portat. Per cassiam vero que et fistula dicitur signatur perseverancia sive longanimitas ut videlicet quis in operacione spirituali non frangatur desperacione nec tedio nec statuit sibi terminum in perfectione sed semper tendit in melius sine termino et in via spirituali perfectum non est stacio. Cassia enim ut dicit Glosa ubi supra in aquosis locis nascitur et crescit in immensum. Sic homo perficiens aquis divinarum graciarum fecundatus crescat in immensum de virtute in virtutem et nunquam cessat donec videat deum deorum in syon. Sed illa unguenta non bene perficiuntur nisi apponatur oleum vivum vel leticie ut videlicet homo leticiam spiritualem habeat in bonis operibus suis et illam ponat in corde atque in sua consciencia non in laudibus hominum secundum Augustinum. Et ysaac est unguentum mane iacobi que habuit quatuor filios scilicet Iacobum qui interpretatur supplantator sive supplantans passiones per pacienciam, Symeonem qui interpretatur obediens per humilitatem, Ioseph qui interpretatur augmentum vel appositio per longanimitatem. Et Iudam qui interpretatur glorificans scilicet deum per spiritualem leticiam. Per flores vel contemplatores aromata tales sunt omnes virtutes mortificacionis deificacionis purgacionis et caritatis perfectio ex quibus fit unguentum suavissimum et odoriferum quod imitatur balsamum et cynamomum que sunt odoris quod Ecclesiastici xx ubi dicit in persona anime ad summum perveniunt statum perfectorum sublimate. Sicut cynamomum et balsamum odorem dedi quasi mirra electa dedi suavitatem odoris. Ubi per mirram accipitur totalis mortificacio que convenit perfectis. Nam penitentibus conveniebat mirra mortificans peccata per amaritudinem contricionis. Proficientibus conveniebat mirra mortificans passiones vincens scilicet remordens contra passiones. Sed perfectis conveniebat mirra mortificans passionum apparenciam rebellionis ne videlicet caro in aliquo rebellet spiritui. Unde Colo. 3. Mortificate membra vestra que sunt super terram. Et hec est mirra electa et probatissima. Cant. 5. Manus mee distillaverunt mirram primam et digiti mei sunt pleni mirra probatissima. Manus enim i. opera penitencium et actiones [illegible] ut dictum est. Sed digiti eorum distillaverunt quasi mirram

i. subtiles et spirituales contemplaciones contemplatorum sunt
plenum mirra probatissima Probata est quidem mirra
penitencium peccatorum perfectorum probatissima est contem-
platorum et perfectorum Per cynamomum accipitur edificata humilitas
Cynamomum enim cortex dum frangitur spiramentum visi-
bile reddit ad modum nebule vel pulueris Sic perfectus
si frangitur aliqua vituperacione emittit odorem dulcis
humilitatis Unde cynamomum valet ad bonum odorem cum
frangitur corporali molestia media in mira labo-
rum frequencia vel quidquid sibi accidit semper spirat visibi-
lem odorem diuine gustacionis Per balsamum caritas per-
fecta intelligitur que foras mittit timorem et omne contra-
rium stare non potest In Ecclesiastico ubi supra dicit autem quasi balsa-
mum non mixtum odor meus Balsamum enim si purum
sit et non adulteratum sole ardente manum penetrat la-
neam vestem non maculat corpora a putrefaccione conseruat
Sic caritas pura et perfecta accedente ardore diuini solis
omnia opera nostra penetrat et deificat Opus enim quodlibet nisi
opus caritate formatum maculam contrahit Caritas
non emulatur non agit perperam Item ubi caritas ibi nulla
la corrupcio hominis interioris ut dicit Augustinus in de laudi-
bus caritatis habe omnem scienciam et malum esse quis
potest habe autem caritatem et malus nullus esse potest
Sed istis perfectorum aromatibus non fit vnguentum sine
admixtione olei diuine dulcedinis que semper con-
tatur predicta tria vnde Ps Sprengkwaste in bleo capit
meum i. mentem quam oleum degustauit idem Appia-
nus dicebat Caritas magna multitudo dulcedinis
tue domine Et istud est vnguentum marie salome que
tur dicte Et mater Jacobi
fuit filia salome vxor zebedei Et mater Jacobi
maioris et Johannis Per Jacobum maiorem intelligitur ra-
tionalis supplantacio vel mortificacio hominis exterioris Per
salome intelligitur edificata humilitas Per Johannem caritas
intelligitur quia erat perfectus a Christo dilectus Sed per zebe-
deum qui interpretatur fluxus intelligo diuinam dulcedinem
qua caritas cui fluit et affluit delicijs intimis Itaque
cuilibet vngentis quilibet iuxta statum suo debet vngere
ipsum Sed qui vult predicta aromata habere oportet ea emere
Ille enim qui emit dat de suo et accipit de alieno Et
sic in operibus laboriosis aliquid recipe ad operandi facultatem

Unde Rom. 7° velle adiacet michi perficere autem non habeo
Cor. 1° 15° aut ego sed gratia dei mecum. Vel adeo
recipimus gratiam prevenientem una per subsequentem
liberam voluntatem etc. Subditur primus
Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum
orto iam sole. Secunda pars in qua describitur preve-
niendi ad deum ydonea dispositio, que attenditur in
tribus, scilicet ut mane iter arripiat, ut ad monumentum
vadat, et ut obstacula removere procuret. Primum in-
nuitur in eo quod iste mulieres valde mane vel orto iam
sole venerunt. Secundum in eo quod ad monumentum venerunt.
Tertium quod de removendo lapide sollicite fuerunt. Circa ad
primum est sciendum quod iste mulieres voluit ita mane quod
adhuc tenebre erant. Ideo secundum Lucam venerunt diluculo
que claritas media noctis tenebras et diei clarita-
tem, que aurora appellatur, ut secundum Augustinum. Circa secundum
hoc mulieres venerunt orto iam sole et potuit esse ad-
tam quod valde mane cum adhuc tenebre essent ceperunt,
diluculo autem venerunt, sed orto iam sole pervenerunt
ad monumentum. Et nota quod non sine misterio evangeliste ita
diversimode loquuntur de isto mane, sed omnes concordant
in hoc quod fuit mane. Nam ut patet ex premissis evangelium mi-
stice procedit secundum tres status, scilicet quod sunt tres mane.
Primum autem quod Johannes dicit Cum adhuc tenebre es-
sent, respicit statum incipientium. Secundum ubi Lucas dicit
diluculo, respicit statum proficientium. Sed quod Marcus
dicit orto iam sole, respicit statum perfectorum. Et hunc
sensum attendit Glosa super illud Ps. Mane exau-
dies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo.
Mane inquid. Glosa. Est finis tenebrarum et inicium
lucis que semper crescit ut luci rapientes quod claudantur.
qui consuetudine et amore peccandi distedentibus
qui tenebris incipiunt deum videre. Hoc quantum ad incipi-
entes. Et subdit: Et inde paulatim proficiunt. Hoc quantum
ad proficientes. Et sequitur: Mane astabo tibi et vide-
bo. Hoc de mane contemplatorum, quod est orto iam sole,
quando iam clare deum vident. Debent ergo fideles quen-
tes Christum quilibet pro statu suo mane venire vpa 26

thanc evigilabis ad te q est contra pigros / debent ergo
venire una sabbatorum id est quod pax et quies designatur
Sabbatum requies interpretatur 2 Thym 3o Quietam
et tranquillam agamus vitam Vnde cum mens pacem in tempore
bene colit pacis auctor q est contra discolos et
discordes de quibus dicitur Mt 5o Si offers munus
tuum et recordatus fueris ¶ Secundo ad 2m quaerentes xpm
debent venire ad monumentum et ibi eum quaerere
sicut ille sancte mulieres fecerunt / Monumentum est memo
riale quietum ad quelibet statum / Primo cor penitentium
dicitur monumentum vere luctus quia circa monumenta
solet fieri Vnde iste mulieres sedentes ad monumentum
lamentabant dominum / Econtra ~~dne~~ verus penitens
quotiescumque ~~en~~ revolvit cor suum non invenit ibi
nisi quoddam sepulcrum et ossibus mortuorum operum
vilium quibus dicitur Mt 23 Similes estis sepulcris
dealbatis que afforis apparent hominibus speciosa intus
vero sunt plena ossibus mortuorum et omni spur
cicia / Et vos hoc in spiritu ve penitentes non potest
nisi flere et lugere super seipsos / Secundo activorum cor
dicitur monumentum racione operis sive quod in sepeli
endo mortuos exercetur. Et hec activorum est in istis
operibus misericordie / Contemplativorum vero cor dicitur mo
numentum vere quietis / Dicitur cum in monumentis
quies et requies maxime pertinet ad contemplativos
contra quod monumento proprijs (?) statur et vere quietis
corporis Vnde Aug in li confess Tu quesivisset
deum in celo et in terra et per omnes creaturas interrogando
de deo suo / Responderunt non sumus deus tuus. quaere
super nos deum. et tamen in creatura rationali invenit vesti
gium et similitudinem sui creatoris / Sic etiam iste
sancte mulieres et similiter invenerunt eum in monumento corpora
liter invenerunt tamen vestigia resurrectionis eius
et viderunt et audierunt angelos nunciantes ipsum ubi
eum invenire debent ut patebit in processu sequenti
¶ Tertio ad tam quaerentes xpm ut ad ipsum pervenire
valeant debent obstacula impedientia removere que

intelligitur per lapidem magnum ad volutum hostio
monumenti quo obsistente mulieres non poterant in-
trare monumentum. Sic in quolibet statu est quoddam
obstaculum sine obstante ubique posset intrare
ad intima mentis et orare actus suo statu. Lapis
enim obstans principiantibus est pravitas ad malum. Pro-
ficientibus difficultas ad bonum. Contempla-
tivis est mutabilitas corporis. Et iste lapis pro quolibet ple-
rumque removetur ad solum desiderium divine pre-
sencie. Sicut dicentibus istis mulieribus ad in-
vicem quis revolvet nobis lapidem ab hostio
monumenti. Et respicientes viderunt revolutum
lapidem non dubium quod ab angelo ut dicitur Mat.
28. Et sic in proposito. Sextodecimo sedens

Et introeuntes in monumentum. Tria per inqua
describit invenienti divina enigmatica visio-
nem circa quam hec tanguntur. Primum in qua forma deus
in statu quolibet videatur. Secundum qualiter homo vi-
dendo deum in stuporem inducatur. Tertium in quo talis
admiratio mentis divinitus compleatur. Et hec tria
in hac particula designantur. Primum notatur
in iuvenis visione. Secundum in mulierum obstupefactione
ibi: et obstupuerunt. Tertium in angelica invitatione
ibi: qui dixit illis. Circa primum sciendum
quod in hac vita deum videre non possumus iuxta illud
Exo. 33. Non videbit me homo et vivet. Unde dicit
Apostolus 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum et
in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Unde sicut
in speculo non est ymago ut dicit Augustinus
in speculo non est ymago de deo cognoscimus quia
quidquid in hac vita de deo cognoscimus
in ymagine videmus sive videmus. Unde ipse
mulieres non viderunt ipsum in se ipso sed viderunt pro
hostium monumenti apertum. Unde introeuntes vi-
derunt ibi iuvenem. Circa primum dicitur fuisse an-
gelus in quibus verbis innuitur quod non sub vel deum
forma videbitur deus angelus sed dicitur in di-
versitate statuum. Nam in incipientibus apparet deus

260

in forma hostii aperti / proficientibus in forma pueri iuvenis
perfectis et contemplativis in forma angeli / Apparebit enim quasi
velamine ante oculos scilicet presidio vel aliorum peccatorum neminem
deum videre potest. Sed ad quos conversi sunt ad deum perfecte
et primam tunc auferetur velamen ut dicit Apostolus 2 Cor. 3o
Et ideo incipit videre deum licet in enigmate et valde obscure
in ymagine scilicet sub forma hostii primo tunc sibi aperit
per gratiam iustificationis. Hoc hostium est Christus quo intratur ad
salutem unde ipse ait Ioh. 10 Ego sum hostium per me si quis
introierit salvabitur. In eo autem quod ipse in multis lapidibus sublato
patefactum est hostium mortui data est forma incipientibus
quod scilicet ablato velamine presidio quando ad fideles / et tunc
deus apparet eis scilicet per gratiam iustificationis sicut in
[illegible] impium Apoc. 3o Ecce dedi coram te hostium ap-
ertum quia modicam habes virtutem / Ubi per hostium singulorum
intelligitur Christus per quem intratur ad vitam In incipientibus
enim qui adhuc modicam habent illud hostium datur apertum
et bene dicitur quod datur quia per se aperire non potest nec
attingere nisi divinitus eis datur. In cuius figura deus ap-
paruit Abrahe sedenti in hostio tabernaculi in valle mam-
bre Gen. 18. Proficientes vero qui iam intraverunt per hostium
distinctionis vident deum quasi per formam iuvenis Unde dicitur
quia iuvenes procedendo scilicet per hostium quod apertum
proficientibus / Nunc vixerit iuvenis. Et in mente
deus apparet proficientibus in forma iuvenis Etenim
iuvenis est in continuo incremento. Sic proficientes sunt
in continuo incremento de virtute in virtutem. Interior namque homo
nunquam senescit sed semper renovatur. De die in diem Unde
semper Christus crescit in cordibus eorum. Iste autem iuvenis di-
citur adolescens / Virtuosis namque mentibus semper deus adolescens
est sicut enim habet dicere ad [illegible] Cum adolescens est [illegible]
ne conmonear [illegible] Hoc dilatatum est cor meum. Quanto
cum homo virtutibus crescit tanto amplius dilatatur
cor eius ad amplius ascendendum / Unde Rich. 1o de contem-
platione c. 9. Quanto ingenium ad altiora ducitur
tanto amplius dilatatur et crescit / Dicitur autem iste iu-
venis coopertus stola candida / Apparet in qua coopertus

stola candida Candor enim vestis candorem mentis indi-
cat in quo instrumentum est volumus deum unde oportet nos
esse munditia candidos Unde Mt. 5º beati mundo corde
quoniam ipsi deum videbunt perfecti enim et contemplati ad-
huc clarius vident deum Quarta in specie angeli tertia
cap. dicit angelum domini descendisse de celo quoniam fi-
gura Jacob. ad angelum vidisset et cum eo luctatus
fuisset dixit vidi deum facie ad faciem et salva
facta est anima mea dixit autem facie ad faciem
Quarta in forma illa angelum videbat in qua deus ei
apparuerat ut dicit Glosa Tertia quantum ad primum est sciendum
quod novitas rei insolite et supra naturam inducit stuporem
Quarta naturales vires absque tremulencia sufferre non
prevalent quod hic super eas accidit Unde Richardus ubi sup-
Tertius magis necessarium inde fit admiracionem etc. aliquis
cuius praeter spem et supra estimacionem Novitas magnitu-
dinis et rei ad dubium solet admiracionem mentis et
stuporem quo aliquid in tantum videri quod vix credi pos-
sit habeat ibi Et ideo bene dicit hic de istis mulieribus
quod ad visionem angeli obstupuerunt Sic mens videns
deum in qualitate specie obstupescit Et hic stupor in-
surgit ex inquantum hominis pertinet quantum ad incipi-
entes vel ex fervore devocionis et exhilaracione spei
quantum ad proficientes vel ex dulcedine contemplacionis
quantum ad contemplativos Quarta ut dicit Richardus ubi sup-
Tertius humana vim est in sublevacione semper ad altiora
crescit dum diu crescendo tandem aliquando humane capacitatis
metas transcendit sic deum ut ipsa penitus de fi-
ciat et supra humanum quodammodo transformata affectum tota
suspensum est Exemplum ad hoc familiare in alauda que in
ascensu suo dulcissima modulacione iubilat et cadens
summo fuit est obstupefacta deficit a se ipsa et cadit in
terram Sic in proposito de isto et stupore est Exemplum in piscato-
re qui stupor dicitur quia facit stupere manum piscatoris per
aliquam virtutem occultam in isto pisce latentem Sic in
proposito adaptabis Tertia quantum ad tertium est sciendum quod an-
tequam deus in qualitate specie dignatur ostendere semper
dimittit sine consolacione quod patet in omnibus apparicionibus
fuis post resurrectionem Na-

mariam magdalenam. cui primo apparuit in specie ortulani
plorantem consolabatur. postulus cum ipso nomine d(icens). Maria
ad quem illa statim consolata et edocta cognovit
cum magno gaudio dominum dicens. Rabboni. Revelavit
ei misterium voluntatis sue dicens Vade ad fratres meos
et dic eis quia ascendo ad patrem meum. Item duobus
discipulis euntibus in via apparuit in specie peregrini quibus
sensum aperuit scripture et eorum corda fecit ardentia
et consolabatur eos plene in fractione panis. Item cum appa
ruit undecim congregatis in unum propria specie consolabatur
eos dicens Pax vobis. Quid turbati estis. Ego sum. Vide
te manus meas et pedes meos et aperuit illis sensum
ut intelligerent scripturas. Ecce quo deus in apparicione sua sepe
consolabatur. videlicet et cum aliqua revelacione. Sic et istis
mulieribus angelus qui apparuit consolabatur dicens. Noli
te expavescere. et mandavit eis ut gauderent. quia no
va nunciabat eis gaudiosa. d(icens). Ihesum queritis nazarenum cru
cifixum surrexit non est hic. Sed ite dicite. Signanter dixit
non est hic adeo deus qui a nobis queritur in quolibet statu
non invenitur. Hic nuda et aperta visione. Et quia ipse
precessit nos in galilea transmigrando de mortalitate ad
inmortalitatem. Si autem nude et aperte videre volumus oportet
nos eum sequi in galilea. que transmigracio interpretatur
scilicet ab hoc corruptibili corpore ad patriam ibi eum videre re
vera sicuti est. Qui vivit et regnat cum patre et spiritu sancto per in
finita secula seculorum. Amen. Dominica I post pasca

Cum esset sero die illa una sabbatorum et fores essent clause
ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum
venit ihesus et stetit in medio eorum et dixit eis pax
vobis. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus et late
tus. Gavisi sunt discipuli viso domino. dixit ergo
eis iterum pax vobis. Sicut misit me pater et ego mitto
vos. Hec autem cum dixisset insufflavit et dixit
eis Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata re
mittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas
autem unus de duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando
venit ihesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus
dominum. Ille autem dixit Nisi videro in manibus fixuram

clauorum et mitta manum meam in latus eius non credam.

Solet dominus et saluator libenter interesse congregacioni fidelium dicente eo Mt 18 Ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum sum dicit dominus. Ubi hec dicit de duobus uel tribus quanto magis ubi plures. Hic est quod discipulis congregatis in unum loquentibus. Audierant enim a mulieribus et duobus discipulis iam reuersis de Emaus eum resurrexisse unde conferebant de eo loquentes. Et tamen reputabant se indignos visione Christi. Sic igitur congregatis eis in unum et de Christo loquentibus presenciam suam eis exhibuit. quam tamen Thomas videre non meruit. Et tamen quia absens in congregacione non fuit sed postea in congregacione existente non solum videre sed eciam palpare meruit. Et hoc evangelium circa tres partes dividitur. In quarum prima agitur de diuina apparicione ad probandum resurrectionis veritatem In secunda ubi agitur subiungitur alia apparicio ad tollendam discipulorum dubietatem ibi Et post dies octo. In tercia autem describitur multitudo signorum Christi ad confirmandam fidei sinceritatem ibi Multa quidem. In prima parte circa apparicionem Christi sex tanguntur. Quorum primum est tempus. Mira fuit ista apparicio quod videlicet ianuis clausis est ingressus. Unde eo dicitur Cum esset sero die illo. Nota quidem quod mulieribus mane apparuit discipulis uero sero. Et hoc propter quatuor causas. Prima quia voluit venire in hora in qua totos simul inveniret. Ideo venit sero. Secunda quia de die dispergebantur ad diuersa negocia quia exibit homo ad opus suum et ad operacionem suam usque ad vesperam. De sero et per noctem ad inuicem morabantur. Tercio quia tempus serotinum et nocturnum est magis pauidum unde Ps A timore nocturno. Ideo tunc voluit venire ut eos assecuraret Ps Adiutor in tribulacione. Quarta ut ostenderet quod ipse sero i. in fine seculorum apparere voluit electis suis ad retribuendum eis premia pro laboribus eorum Mt 20 Cum sero factum esset dicit dominus vinee procuratori suo Uoca operarios et redde illis mercedem suam. Tercia ut hee apparicionis confortarentur corda eorum quibus apparebat. Ipsi enim erant tenebrosi et increduli ut patet Luce ubi dicitur quod videntes eum conturbati sunt et conterriti existimabant se spiritum videre. Ideo dicitur ut nocturno

tempore ad eos venit. Sicut luce 24o se exhibuit in forma pe-
regrini duobus discipulis euntibus in Emaus et quasi
alienus et peregrinus se exhibuit. Tertia alienus sunt
incredulis corporis. Due autem prime venie locales sunt. Due
autem sequentes magis mistice. Videns subditur tempus appari- 2
cionis. Die illa scilicet qua resurrexit que fuit prima id est una
vel una id est prima quo placet. Math. 28. Prima autem sabbati
sabbatorum et post sabbatum dies dicta est. Et advertendum est
quod romani dies septimane denominabant a suis dijs dicentes
diem dominicum diem solis, diem martis etc. Iudei autem a sabbato tamquam a
digniori omnes alios dies denominant dicentes prima sab-
bati id est secunda post sabbatum. Ecclesia vero dies vocat ferias ut secunda
feria 3a feria a feriando id est cessando quia omni die a malo cessare
id est feriare debemus. Et non quod noluit Christus quod dies ista sue resur-
rectionis transiret quin demonstraret se apostolis post hoc videlicet quod
in ipsa die iam diu fuit inter discipulos colloquium
sue resurrectionis post verba marie magdalene et aliarum
mulierum. Unde id est illum desiderabant eum apostoli videre.
Et non minus desiderabat se Christus eis ostendere. Et fores erant
clause. Et hoc propter duo. Tum quia iam erat hora tarda. Tum quia
timebant iudeos ne apertis foribus eos caperent. Mistice
per discipulos stantes in domo clausa designantur devoti
homines in secreto cubili orationi vacantes. Math. 6. Tu autem
cum oraveris intra in cubiculum et clauso ostio ora patrem tuum
in abscondito. Ubi autem discipuli congregati. Congregati autem
in monte syon in cenaculo ubi tempore ante passionem cenam fecerat
cum discipulis suis. Tres autem sunt cause quare congrega-
bant. Prima quia propter mortem Christi adhuc contremebant (?).
Altera quia ad locum ubi cum ipso in ultima cena manducaverunt
discipuli vivente Christo semper fuerunt simul congregati unde ab
[illegible] antiqua adhuc congregabantur in unum locum. Et
verbum forte audierant a magistro videlicet illud: Ubi duo vel
tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum sum
dicit dominus. Tertia quia metuebant iudeos. Ideo propter securi-
tatem conveniebant in unum quia unus confortat alium qui unitur aspe-
ritati (?) civitas sua cohibebat propter metum iudeorum. Duo sunt propter
que timebant iudeos. Unde quia fuerunt discipuli eius quos
persequebantur. Iohannes 15. Sicut persecuti sunt me sic et vos
persequentur. Alia quia reprobabant eos quod erant furati corpus.

xpi discipulorum venit ihesus Et cum fores essent clause
ut dicitur Joh. 20 quod cum eis resurrexit iacente lapide adhuc
de super monumentum Et attende quod dicit luc. quod tunc xpc
venit ad discipulos quando illi duo discipuli quibus
ipse apparuit euntibus in Emaus regressi sunt in ierusalem
et renunciabant discipulis congregatis quomodo viderant dominum
et cognoverunt in fractione panis Et una vice ex altera parte
alii dixerunt quod surrexit dominus vere et apparuit Simoni
ut dicitur verbum predictum venit ihesus et stetit in medio
discipulorum suorum In medio quidem stetit quia ipse
medium est in quo divina et humana natura iuncta sunt
iuxta quod ipse dicitur mediator dei et hominum homo xpc ihesus
Secundo quod dicit Salustius quod medius locus dicitur est
est locus dignitatis et debetur honorabilibus sive honora-
bilioribus propter quod xpc stetit in medio discipulorum suorum sicut
sol inter stellas ut eos illuminaret sicut flos inter lilia ut
eos decoraret Sicut princeps inter milites ut eos robo-
raret Sicut magister inter discipulos ut eos informaret
Sicut pater inter filios ut eos concordaret Sicut cor
inter membra ut eos vivificaret Et sicut centrum circuli
ut secundis conservaret unde quando sunt plures aliquem
diligentes si sapienter statuunt eum in medio ut sin-
guli possunt frui eius presencia Item nota quod tempus
dominus elegit medium In medio civitatis celebravit con-
vivium vnde dan. 13 Sedet in medio mei dicit pater
et spiritus sanctus In medio temporum concepit Gala. 4o ecce at
ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum. ple-
nitudo temporis i. medium temporis si sit phas dicere. Sicut luna
tamen est media quando est plena In medio noctis nascitur
Sap. 18 dum medium silencium tenerent omnia et nox
in suo cursu medium iter perageret In medio qualiter
elevatur Abacuk 1o In medio annorum vivifica illud in notum facies
Ysa. 10 [illegible] hos possessionem suam et [illegible] prope
dominus fuit in medio discipulorum ministrando ut docetur luc 21o aut
Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat In
medio doctorum disputans repertus luc 2o Invenerunt eum
post triduum in medio doctorum In medio latronum crucifigitur
Joh 19 medium autem ihesum In medio discipulorum post re-
surrectionem manifestatur ut hic Et luc 24 Stetit ihesus

in medio discipulorum suorum et dixit pax vobis. In medio septem
candelabrorum aureorum declarauit. Apoc. Dicit b. Greg. [illegible]
ergo non per resurrectionem corpus domini si verum corpus fuit ia-
nuis clausis intrauit. Si verum corpus fuit domini et corpu-
lencia sunt perfusi non potuit nisi corpus diuidendo
quod videtur quod corpus Christi non sit verum corpus Christi. Item palpa-
cionem probat. nichil enim palpatur nisi palpanti resistat. Et quia
aer non resistit nobis ideo impalpabilis est. Secundum vero naturalem
duo est resistencia. unum non intrat aliud nisi diuisione
illius. Cum igitur corpus Christi esset palpabile videtur quod ia-
nuis clausis ingredi non potuit. Contra hoc arguit Augustinus
de agone christiano dicens quod tamen quod Christus ianuis clausis subito
apparuit non putandum est quod corpus fantasticum fuit. Decorem
cum suo factori potuit quod voluit. ante passionem enim
tunc illud clarificauit in transfiguracione ut splendorem
solis excederet. Et in resurrectione ad quantam voluit pos-
validitate redigere. Sicut igitur clarificatum fuit corpus
illud supereminente gloria et permanente natura. Ita subtili-
tate assumpsit in suo corpore ut ianuis clausis intraret vir-
tute tamen corporis permanente. Non enim Christus deposuit propriam cor-
pulenciam et magnitudinem atque dimensionem corporis ut
ianuis clausis transiret. sed omnibus istis permanentibus virtute
subtilitatis glorificate que non repugnat nature ianuis clau-
sis intrauit. Sed diceres bene video quod virtute assumpte subti-
litatis glorie intrare potuit ianuis clausis. Sed tamen permanet
manens [illegible] corporalis videtur quod illa impedire debuit
subtilitatis actum. Ad hoc videtur Augustinus in sermone quod Christus
ambulauit super mare et tamen corpus eius fuit ponderosum
sed hoc ideo quia virtute diuinitatis impediebat actum pon-
derositatis ne deorsum traheret. Ita in proposito virtus subtilita-
tis corporis non destruxit quidem naturam corporis Christi. sed quando
voluit retraxit actum resistendi. Propter totum argumentum prime
questionis dixit Eutichius ut recitat Greg. 2. mor. quod corpus
Christi gloriosum [illegible] corpus fuit sed impassibile. Contra
aere et ventis subtilius existat. Christus autem resurgens
palpabilem se reddidit discipulis suis dicens palpa-
te et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me
videtis habere. Hoc non fecit per effectum sue potencie sed per
virtutem sue nature. Sic in ipso igitur corpore duo erant palpabilitas
scilicet corpulentie et subtilitas glorie et quam voluit usus est.

vna sine altera ita egrediendo ianuis clausis vsus est
subtilitate sine actu palpabilitatis. ipsa tamen palpabilitate
manente. Cum vero palpandum se exhibuit vsus est
actu palpabilitatis sine actu subtilitatis. ipsa tamen subtilitate
manente. Et dices quomodo potuit hoc fieri. Audi quod videat Aug.
contra manicheos de passione. Si comprehenditur modus non
est id est nichil est mirabilius vbi deficit racio ibi est
fidei edificacio. Item ad idem Greg. divina si operacio
racione comprehenditur non est mirabilis. fides
non habet meritum vbi humana racio prebet experimentum. Cursus
igitur corporis ingressus ad discipulos ianuis clausis. quemad-
modum radius solis transit vitrum clausum. Et quemadmodum
tota ymago transit quodammodo sine divisione. Ita corpus
Christi gloriosum non qualemcumque spiritualem per subtilitatem habuerat sed
spiritualem per assumptionem glorie [illegible] corpus absque divisione
potuit penetrare. Tercia causa quemadmodum voluit fecit in
celo et in terra. Secundo ostendit quod ipsa apparicio domini fuit
grata quia pacem annunciat que est summum bonum. Et
dixit eis pax vobis. Glosa qui pacem dicit uno verbo
omnia annunciat et comprehendit. Bene erat oportunus pacem
necessaria quia erant expositi periculis mortis. Notandum
autem eloquendo de pace inuenta et honesta ipsa est ex-
cellentissimum bonum quod patet cognicione. Primo quidem
quia pax est bonum in quo sunt omnia bona. Tercia quia
bus pace habita omnia in pace cum omnia bona eveniunt homini-
sine sit sanitas corporis ut robur et pulcritudo. Sine
sunt bona anime ut virtus et sciencia [illegible] que
sunt bona [illegible] ut bona bona ut hono-
res pedibus et [illegible]. Job 12° [illegible] pacem et prosperitatem [illegible]
[illegible] et diuicie [illegible] est homo
[illegible] fructus et [illegible] dies videre bonos. Et post
qui vult vitam diligit dies videre bonos. Et post
[illegible] in qua pace et prosperitate [illegible]. Secundo pax est bo-
num sine quo nichil est bonum. Sine pace omnia bona hominis
sunt [illegible] que tamen si ad tempus maneat non sunt
sine impedimento. Quantumcumque homo sit plenus omnibus
bonis [illegible] et diuiciis homo sit plenus omnibus
sublimatus honoribus. Omnibus [illegible] sit vallatus [illegible]
sine pace omnia nichil proficiunt. Tren. 2°. Repulsa est
a pace anima mea. Oblitus sum bonorum. Tercio pax
est bona. Nam ut quidam dicit doctor grecus diuinitas

ipa et vera dei in unitate subsistit. Et quomodo custodit
ab angelis et divinis potestatibus ut ad invicem se habeant
pacifice. A supernis cum spiritibus diffunditur pax in hominibus et
in tota creatura et tota pulchritudo universi in pace consistit.
Ipa denique pax … est 2o in uno · secundum corpus · secundum ani-
mam quibus ut in quiete situacione … secundum corpus nos in com-
situacione membrorum et elementorum quorum alterum pulchritudo
alterum sanitas appellatur. Quarto pax est omnibus op-
tata. Hester 13. Optata cunctis mortalibus pace fruatur. Ideo
quidem bonum tam est desiderabile ut etiam … scilicet bel-
lum et pugna gloriosum pace intendat. Non cum pugnat
homines ut tamen in pugna sint sed ut devictis inimicis tran-
quilla et gloriosa pace fruantur. Unde Augustinus ad Boni-
facium: Bellum necessitatis debet esse voluntatis ut liberet domesti-
cos et conservet in pace. Non cum pax queritur ut bellum excite-
tur, sed bellum geritur ut pax acquiratur. Et cum pugnat
pacifice ut eos quos expugnat ad pacis perducat vincendo
… Ex quo patet quod bellare iniustum est et licitum quando de bel-
lant qui tam desiderant universalis pacis infringere et pertur-
bant, multo cum melius est talibus resistere quam iniusta pu-
tate primare. Et non quamlibet pacis bonum deus non dat …
… quia non habent illud hominibus malis et peccatoribus. Ysa. Non
est pax impiis dicit dominus. Et licet alii fruantur pace mundana
illa tamen non est pax. Jer. 8 dicentes pax pax et non sit
pax. Consequenter scilicet mundana sunt qui aliquam superveniente adversi-
tate … beatam tam pacem non in veritate. Eternam non …
corde querunt. Eze. 7o. Angustia superveniente requirent pa-
cem et non erit. Unus tales … veram pacem in …
eternam sed dampnacionem. Jerem. 4o. Cum dixit … pax
et caritas reperitur eis supervenit … Hoc igitur
bonum pacis non consequuntur mali sed boni tantum. Unde dixit:
Pax vobis scilicet et quibuscumque bonis. Luc. 2o. Et in terra
pax hominibus bone voluntatis. Tercio ostendit quo ista
apparicio fuit facta. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus
et pedes et latus, in quibus erant vestigia vulnerum et clavorum
lancee. Erant enim que Christus resurgens a mortuis vel
… passionis reservavit. Dicendum quod hoc signa multe
sunt cause. Prima ad probandam suam resurreccionem. Unde
cum Christus ostendebat manifestabat quod idem resurrexerat.

qui in cruce pependerat luc. 24 videte manus et pedes meos
quia ego ipse sum. Beda ad commendandam eius dilectionem
Domicellus Sicut si quis cum domicellus esset vulneratus amore sue dilecte
sibi mellet suas cicatrices in signum amoris. Apoc. 1o di
lexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Tercia
ad ostendendam nostram redempcionem. Quia illa vulnera fuerunt
nostre redempcionis signum. ysa. 53 ipse vulneratus est propter in
iquitates nostras attritus est propter scelera nostra. Quarta propter nostram
edificacionem. Quia cum in corpore xpi glorioso eciam manebant
signa sue passionis et nos eadem vulnera continue in
mente portemus. ad philip. hoc sentite in vobis quod et in
xpo ihesu. Et Gal. 6o Michi autem absit gloriari nisi in
cruce domini nostri ihesu xpi. Unde Cantica 2 in principio passionis
portemus in memoria penas et obprobria xpi coronam spi
neam crucem clavos et lanceam. Et plagas sanctissimas
omni laude dignissimas. acetum fel amaritudinem et mortis
amaritudinem. Quinta propter nostram recordacionem. Nequaquam
enim xpus nostri obliviscatur pro quibus sic crudeliter fuit pla
gatus. Unde tamquam memoriam easdem plagas in suo corpore
reservavit ut eas inveniendo nostre misereatur et recordetur
ysa. 49o Ego tui non obliviscar. et subdit tamen. Ecce
in manibus meis est amaritudo descripcio tua. que descrip
cio sunt plage crucifixi. Sexta propter patris reconcili
acionem ut deus pater ignosceret quando quidem filius eius osten
dit vulnera sua quanti precii sit genus humanum pro quo sic
est plagatus. Et sic patrem nobis reconciliat. i Joh. 2o
advocatum habemus apud patrem ihesum xpm et ipse propiciacio
peccatis nostris. Unde dicit Bernardus. Securum habet homo
accessum ad deum ubi mater ostendit filio latus et ubera
filius ostendit patri latus et vulnera. nichil dubium est ubi sunt
tot dilectionis insignia. Septima ad impiorum confusionem
Unde dicit Augustinus Ipse xpus ostendet peccatoribus vulnera sua
peccatoribus dicens Ecce hominem quem crucifixistis quem
hostem hoc probos et ipse vos aptus est nec
inimicos voluistis. Octava ad electorum exultacionem gracia
ut dicit Beda Magnum gaudium erit sanctis videre
vulnera in carne xpi fulgida per que victor triumphavit
de morte et salvavit electos. Et attende quod dicit Augustinus
quod eciam in corpore nostrorum apparebunt cicatrices vulnerum qui

pro xpi nomine sunt passi / Si tamen aliqua membra ab
eis ablata fuerint non erunt sine illis membris sed cicatrices
in membris relictis apparebunt. Nec ista vulnera erunt alicuius
deformitatis vel indecencie. sed erunt dignitatis et pulchritu-
dinis. sicut stelle in celo. sicut lapis preciosus in anulo
sicut flos in capite. et sicut rubeus color in rosa / Ter-
cio ostendit quod ipsa apparicio fuit leta / Gavisi sunt discipuli
et gaudio pleni viso domino Joh 16 Iterum videbo vos et gau-
debit cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollat a vobis.
Et nota quod visio xpi replet hominem omni gaudio / Primo
quia est res pulchra et delectabilis ps Speciosus forma pre
filiis hominum Item est amabilis Si enim videmus gaudemus
videre amicum post longam peregrinacionem magis tamen gau-
demus videre liberatum a gravi morte langwore. sed maximum gau-
dium esset si esset mortuus et resurgeret. xpus enim est
noster amicus et discipulorum. ergo omnia secreta eis revelat.
Joh 17 Iam non dicam vos servos sed amicos meos quia omnia
que audivi a patre meo nota feci vobis. Ergo dura pro eis
morti se exposuit. Et ideo est mirum quod eo viso non essent
gavisi. Item videre xpm est gloriosum et utile. Libenter
enim videmus eum qui nobis est gloriosus et utilis / Hester
17 Valde mirabilis es domine et facies tua decora et
plena graciarum / Sed dubium est quomodo fuerunt discipuli gavisi
viso domino. Cum lucas dicat eos conturbatos fuisse et con-
territos. existimantes se spiritum videre. Respondent quidam concludentes
credentes velle quod ista fuit alia apparicio ab illa quam recitat
luc. sed sustinendum est quod eadem fuit / Dicendum est secundum Ambrosium
primo discipulos fuisse co[illegible] territos deinde loquente
xpo et se illis ostendente gavisi sunt / Quarto ponit
quid xpc mandavit discipulis seu mandato patris / primo
dicit Dixit eis iterum pax vobis Glosa Iteracio pacis est
pacis confirmacio / Dat enim deus pacem super pacem. Ergo pax
est hic incepta et in futuro. ysa 26 Servabis pacem ~~servabis~~
~~pacem~~ quia in te speravimus / Et nota quod die resurreccionis
apparens xpc discipulis bis eis annunciabat pacem scilicet
in ingressu ad eos / et antequam manducaret cum eis favum
mellis et partem piscis assi ut dicit luce. Et hinc est
quod pontifex qui gerit vicem xpi in sollempnitate misse
ep In principio salutat populum dicens Pax vobis Similiter

ante suspensionem eukaristie a patre mandata imponit eis offi-
cium. Sicut misit me pater .i. ad ea adque pater me
misit filium me. Et ego mitto vos ut illa nunc impleant.
Et nota quod pater misit filium ut viam salutis evangeli-
zaret ysa. 61. Evangelizare pauperibus misit me. Iste
misit eum ad redemptionem humani generis ut viam mortis
subiret. Sed nunc iam christus suum officium sibi a patre inpo-
situm conplevit et a mortuis resurrexit pro tanto quia
nec ut ultimus cum mortalibus vitam ageret sed ascensurus
erat in celum. Et ideo apostolos suos misit sicut ipse missus
fuerat. Misit quidem eos evangelizare mar. 16. Euntes
predicate evangelium omni creature. Item misit eos in
humilitate sustinenda morti se exponent mt. 10. Ecce ego
mitto vos sicut oves in medio luporum. Et alibi tradent
enim vos in conciliis et in sinagogis suis flagellabunt
vos et ante reges et presides ducemini propter me in testimo-
nium illis et gentibus. Hec autem cum dixisset insuf-
flavit in facies eorum et dixit eis Accipite spiritum sanctum
quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Secundum quod dicit
Aug. 12° de trinitate ille flatus corporeus christi non fuit
substantia spiritus sancti sed signum sue missionis sed
conveniens addidit ut dicat ibidem. Primo quia dictum fuit
spiritum sanctum non tantum a patre sed et a filio procedere. 2° quia ista do-
natio spiritus sancti ordinabatur ad dilectionem et caritatem proxi-
mi. Et hoc est quod in faciem eius spiravit spiraculum
vite. Nota secundum Gregorium quod spiritus sanctus bis datus fuit
apostolis primo in terra scilicet die resurrectionis de quo nunc agitur
et secundo in die penthecosten. Duo enim sunt caritatis precepta
scilicet videlicet dilectio dei et proximi. In terra igitur datur spiritus sanctus
ut diligatur proximus. De celo autem ut diligatur deus. Vel potest
dici quod ministerium eius ad duo ordinatur. Unorum primum est ut
ipsum perficiat et informat per intelligenciam extollendo igno-
ranciam et salutarem doctrinam annunciando. Alterum est ut per-
ficiat affectum hominum a culpa abstrahendo et gratie pul-
critudine instaurando. Neutrum autem istorum facere potest nisi ad-
iuvante spiritu sancto. Ideo in die penthecosten datus fuit eis
spiritus sanctus in linguis igneis ut eorum doctrina haberet vim
illuminativam. In die vero resurrectionis datus fuit in flatu
ut eorum ministerium expelleret culpam et vitam gratie tri-
bueret. Unde christi donatio spiritus sancti ordinaretur et ad culpa

remittenda per illud patet quod sequitur Quorum remiseritis
peccata remittuntur eis. Item contra ad hoc quod dicit Accipite
spiritum sanctum videtur quod hoc non dicere debet cum dare spiritum sanctum. Contra
dicit Iohannes nisi ego abiero paraclitus non veniet ad vos. Ergo
si nondum ascenderat nondum debebat dari spiritus sanctus. Responsio
quod spiritus sanctus videtur dari vel accipi non racione essencie sed
effectus. Habuerunt igitur discipuli spiritum sanctum ante passionem
quantum ad salutis operacionem quem et per graciam habuerunt post passionem ut in
insufflacionem ad peccatorum remissionem habuerunt post ascensionem
ad fidei sue publicacionem. Ideo tunc confirmati fuerunt et in
linguis igneis spiritus sanctus descendit. Item dubitatur an
in ministro requiratur spiritus sanctus ad hoc quod peccata remittere
possit. Et dicendum quod spiritus sanctus non requiritur quo ad illa
dona que gratum faciunt hominem sicut est caritas. Eciam
eciam per malum ministrum sacramenta conferri possunt. Cum ipse non sit auc-
tor principalis sed instrumentalis. Requiritur tamen ideo spiritus
sanctus hoc modo si velit sine peccato sacramenta tractare. Eciam
minister malus dampnabiliter peccat sacramenta exhibendo. Sit
criminibus irretitus. Ideo mandat i. Thym. i° d. fidelem
me existimavit ponens in ministerio. Requiritur tamen
in ministro spiritus sanctus quo ad quedam dona gratuita.
Eciam quod habeat ordinem et iurisdiccionem super illos quibus
peccata remittit que sunt quedam dona spiritus sancti. Item licet
quod de potestate discipulis collata dicatur eis cum Quorum re-
miseritis peccata remittuntur eis. Ysa. xliii° Ego sum qui
deleo iniquitates tuas. Ysaie xliii°. Ut autem sciatis quia filius
hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata ait paralitico tibi
dico surge. Item eiusdem potestatis est remittere et creare mun-
vabilem sed illud quod impossibile et infinite et solius dei
et dei remittere peccata. Remanet igitur quo differunt sic dei
et hominis et sacerdotis. Item dubitatur quod subditur Quorum reti-
nueritis retenta sunt. Ergo videtur quod sacerdotes possunt claudere
ingressum regni celorum. Sed dicendum quod in peccato duo con-
siderantur scilicet culpa et reatus pene. Culpa dimittere est
solius dei effective quia solius dei est dare graciam que
delet culpam. Dimittere non hominis Christi remittere peccata exemplariter(?)
sacerdotis dispositive quia hoc facit quo facto deus remittit
conferendo scilicet sacramenta puta baptismum contra originale primam

contra mortale communem vero contra veniale. Est autem alia remis-
sio quantum ad penam. Et sic habent scilicet potestatem sacerdotes supponentes
remissionem culpe et Christus homo, scilicet potestas Christi hominis est ex
excellencie et utilitatis. Potestas vero sacerdotis et ministri est
+ pº specialis. Et hec potestates ordinate quia sacerdos non habet
effectum in remittendo penam nisi per passionem Christi nec nunquam
passio Christi alicui confert nisi autem deus remittit culpam.
Quod obicitur quod solum est in manu sacerdotis. Dicendum quod potestas
illa intelligenda est clave non errante. Tunc autem errat
quando vel qui solvit quem deus non non vinculavit vel qui minus
ligat quam sit ligandus. Unde Greg. Illi discipuli sol-
vunt vinctum solvunt quem magister suscitaverat mortuum.
Si enim discipuli solverent mortuum fetorem magis ostenderent
qº quam virtutem. Item obicitur quibus pluraliter dicitur Accipite
spiritum sanctum etc. videtur quod pluribus. Contra Mt. 16. Tibi da-
bo claves regni celorum dixit dicit dominus Petro. Ergo
videtur quod potestas relaxandi peccata fuit specialiter data Petro.
Quam videtur quod omnibus. Et dicendum quod potestas dimittendi sive
potestas solvendi data est omnibus apostolis. Tamen specialiter
data est Petro plenitudo potestatis et eius successoribus tamquam
principi et capiti omnium apostolorum. Quod autem caput est dicitur in
Mt. Tibi dabo claves regni celorum. Omnia non alii sive
potestatem tamen principes. Ideo dicitur Accipite. Item cum dominus non
dixit nisi undecim Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis
etc. videtur quod non omnes sacerdotes habeant hanc potestatem sed
solum illi qui tenent locum apostolorum qualiter sunt episcopi non
simplices sacerdotes. Item videtur Greg. hic dicitur quod solvendi
et atque ligandi auctoritatem recipiunt qui locum regiminis sorti-
untur. Ad hoc dicendum quod dupliciter est ligare vel solvere
vel in foro penali vel in iudicio iudiciali. Primo modo convenit
presbiteris circa racione ordinis. 2º modo convenit episcopis et
ceteris superioribus racione dignitatis. Unde Hugo de sancto victore
Alia est ligacio qua ligantur in foro ecclesie [illegible] penitentes
debite in modo satisfaccionis. Et alia qua ligantur
incorrigibiles delinquentes vinculo anathematis. Ad hoc obi-
ciunt heretici de hoc quod prius dicitur Accipite spiritum sanctum. Et
postea quorum remiseritis. Ergo hic videtur quod nullus sacerdotum
habet potestatem ligandi et solvendi nisi habeat spiritum sanctum in
habitantem. Ergo mali sacerdotes non absolvunt. nec et

summi pontificis. Quod si habeat in speciali est solucio vera. Ad quod
multiplicat videtur. Circa hec tamen dicitur quod spiritus datur ipsis
sanctis et per gratiam conceditur potestas solvendi. Que solucio vel
remissio non sit nisi in caritate et per eum. Unde dicitur quod non
est necesse quod sacerdos habeat caritatem sed sufficit quod saltem sit in
eo. Alii dicunt quod duplex est solucio scilicet meriti et
gratie. Aliter videtur quod ad hoc quod merito solvat necesse est quod habeat spiritum sanctum.
officio. Ad hoc quod merito solvat officio non oportet.
Sed ad hoc quod habeat officium solvat officio non oportet. Secundum quod dignus est
Quod autem dominus dedit primo spiritum sanctum hoc est quod dignum
erat ut ad signandum quod sine gratia spiritus sancti non dona-
retur remissio peccatorum sed non oportet quod illa gratia sit in sacerdote sed
in penitente. Potest etiam et aliter dici quod spiritus sanctus dicitur
dari quando dantur dona sua. Sunt igitur quedam dona que
sunt ipsi spiritu sancto et numquam ad ipsum sancto ut timor similis. Et
et alia que sunt ipsi spiritu sancto et possunt esse ad spiritum sanctum et sunt
et tales sunt conversaciones. Circa potestas concedendi et solvendi
et ligandi sunt tales. Tamen in possessio iusti et iniusti
et hoc dicitur dispensacione est actu ut petitur placata sub
dico non prudenter. Thomas autem quasi in interpretatur
te discipulo sit invocata. Thomas autem qui interpretatur
abyssus. Sunt enim abyssus quia altitudine divinitatis
alta fide penetraverunt. Unde dixit: Dominus meus et deus meus.
Grece dicitur Didimus. Didimus grece latine dicitur geminus
qui dicitur Didimus. Dubium tercium quare
Circa cognomine convenit Thome. Ideo dubium tercium quare
non erat cum eis quando venit Jhesus. Respondeo
non erat cum eis id est ad discipulis quando venit Jhesus. multa n-
overt abesse congregacionem et societati bonorum. multa n-
mala et pericula evenit. Sed queritur hic secundum Bedam. Co-
sciat enim quod tunc apparuit discipulis qui duo discipuli
reversi sunt de Emaus et invenerunt congregatos undecim
dicentes quod surrexit dominus vere. Et ipsi narrabant quomodo
cognoverunt eum in fraccione panis. Et ad hoc dicebant
venit Jhesus et stetit in medio eorum ut dicitur Luce 24.
igitur videtur quod Thomas ibi fuit. Et dicendum aliquod
tempus intervallum inter narracionem discipulorum et apparicionem
fuisse. In quo medio Thomas non audiens verbis discipulorum
exiit. Quo medio Thomas non egresso vel reliquis apparuit
egressus est cenaculo. Circa non egresso vel reliquis apparuit
Deinde ponitur discipulorum narracio. Dixerunt ei alii disci-
puli qui ad me eos affuit qui gaudentes de visione domini et do-
lentes de absencia Thome Didimus dicitur. Sicut audiuimus

apertio et ad discipulis et mulieribus ita et videntibus demum
ponitur. Visio thome. Ille autem dixit eis. Nisi videro in
manibus eius fixuram clavorum q. d. vos dicitis vidisse
sed non sufficit testimonium vestrum nisi et tangam. Unde et ad-
dit. Et mittam digitum meum in loca clavorum ita ut ad
digitum propria vulnera eius cicatrices. Et mittam manum
meam in latus. Magnum ergo fuit vulnus illud sacratissimi
lateris in quod non digitum sed manum mittere cupiebat apostolus
Unde Johannes non dicit quod domini latus percussum fuit lancea. sed
quod manibus militis lancea latus eius apperuit ut ostenderet
plage magnitudinem. Non credam. Et attendendum quod deus
obtulit se discipulis ad videndum et ad palpandum. Luc. 28.
Palpate et videte quia spiritus carnem non habet sicut me   et ossa
videtis habere. Apostoli tamen ipsum non tetigerunt eum. sed sufficie-
bat eis ad credendum sola visio. Thomas vero apostolus de-
siderabat eum tangere ut crederet. Queritur quare Christus
istum suum discipulum permisit esse dubium contrarium aliorum
tam apparuit et non sustinuerit eum sic dubitare. Di-
cendum quod hoc totum propter nos factum est. Unde dicit Augustinus
nullo modo deus permitteret mala fieri nisi adeo potens
esset quod ex eis bona eliceret. Dubitatio autem thome
non est dubium quin fuit mala. sed ex ea venit fidei firmi-
tas. Dum enim audimus eum dubitasse de resurrectione
Christi ex quo nullo modo aliquis iam dubitare posset. Et cum
hoc verius legimus quod in fide solidatus fuit. tunc non re-
manet in nobis dubitationis locus. Dubitavit igitur
Thomas et in fide fuit firmatus ne amplius dubitemus.
Et post dies octo iterum erant discipuli eius   Evangelium
intus et thomas cum eis. Venit ihesus ianuis   Pr.
clausis. et stetit in medio et dixit eis Pax vobis. Deinde
dicit thome Infer digitum tuum huc et vide manus
meas et affer manum tuam et mitte in latus meum et
noli esse incredulus sed fidelis. Vidit thomas et dixit
ei Dominus meus et deus meus. Dicit ei ihesus Quia vi-
disti me thoma et credidisti. Beati qui non viderunt
et crediderunt. Secunda post signa describitur altera domini
apparitio ad tollendam thome dubietatem. Ubi quinque ponuntur
Primum est discipulorum conventus ibi Et post dies octo

a die resurrectionis tali die sicut est hodie forte tot di-
ebus distulit Christus apparere si forte medio tempore commoneretur
incredulitas Thome ut dicit Iohannes 20 non ponitur hora istius
apparitionis et forte fuit eadem hora qua prius steterat in medio di-
scipulorum ianuis clausis in eodem forte cenaculo quo prius eis prius
apparuerat Et Thomas cum eis Non enim recedebat Thomas ab
aliis discipulis si forte deus sibi ~~apparuerit~~ et se ipsum revela- apparerit
tum ostendet. 2. est Christi adventus Venit Iesus ianuis
clausis eodem quo prius ubi supra Ioh. 20 considerandum est clemen-
tia salvatoris que sollicite fuerat curam ne in eorum pectore
maneat se ipsum velatum ostendit Et stetit in medio quia
omnibus notis est in medio Et dixit eis Pax vobis semper
pacem annunciat qui pacis federa dei et hominis fecerat Unde
cena pacis ipse fidei instituit. Et attendendum quod tribus vicibus
in hoc evangelio apposita est pax dei intimata Est enim triplex
pax Prima hominis ad se ipsum que tollit omnem mentis
anxietatem de qua Iudicum 6 Pax tibi Ionathas non
morieris Hanc pacem Christus primitus annunciavit discipulis
qui erant clausi in cenaculo timore Iudeorum ut omnem
fugaret ab eis timorem. 2a pax est hominis ad proximum
de qua Rom. 12 Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus
hominibus pacem habentes. Hanc pacem Christus discipulis
2o intimavit Unde statim ad curam eos ordinavit
proximorum mittentes eos ad peccata remittendum. Tertia pax
est hominis ad deum que consistit in vera fide id est quod nichil
horum que facit deus sibi displiceat de qua Ioh. 16
Hec locutus sum vobis ut in me solum pacem habeatis. Rom.
5o Iustificati ex fide pacem habeamus ad deum. Hanc pacem
tercio loco Christus suis discipulis intimavit ut formam in ea
fide haberent Unde statim locutus est Thome ut probaret
eum esse Christum ex quo non solum Thomas sed reliqui eciam
discipuli magis fuerunt in fide solidati. 3o ponitur Christi
ostensio ad Thomam Deinde dicit Thome Infer digitum
tuum huc in locum clavorum et vide manus meas. Hoc
autem desiderabat Thomas et tangere et videre. Et affer
manum tuam et mitte in latus meum. Et eadem verba dixit.

ilius quibus thome visus fuerat ut ouidet quod dum ad discipulos loquitur ipse ibi erat. Et non quod xpistus noluit thome tamen apparere sed sicut ipse palam coram omnibus discipulis dubitacionem suam expressit ita coram omnibus quasi in arcando se illi manifestabat ut ex eius nemo corde dubitaret amplius. Attendendum autem quod non dolebat xpistus cum thomas vulnera corporis eius pertractaret licet recencia facta essent. Erant cum illa vulnera in corpore dolorosa quod impossibile videtur. Deinde thomas non credens admonetur. Xpistus noli esse incredulus sed fidelis. Magnum malum est incredulitas que tollit lucem eterne aditum Joh. 12° Qui incredulus est filio non videbit vitam eternam. Ita ut dicat Hebre 2° Incredulis dixit dominus quod non intrabunt in regnum suum propter incredulitatem suam sed fidelis. Fides enim est quasi annulus quo anima desponsatur. Deo. Osee 1° Desponsabo te michi in fide qua fidem usque ad mortem servare debet Joh. in apoc. Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite. 2° adiungitur thome confessio. Ubi considerandum est quid timuerit atque erubuerit gloriosus iste apostolus audiens salvatorem et audiens eum reprehendentem sue infidelitatis. Unde Respondit thomas et dixit. Trepidus et verecundus sed iam fidelis. Dominus meus. In quo humane nature veritatem asserit. Cui data est totius creature dominium quasi d. Confiteor te illum esse qui dixisti Vocatis me magister et domine et bene dicitis sum etenim. Et deus meus. In quo diuinam eius naturam confitetur quasi d. Confiteor te esse eum que petrus confessus est dicens Tu es xpistus filius dei vivi. Queritur an thomas tetigit xpistum. Et secundum glosam dicendum est quod non fuit ausus eum tangere ne ipse faceret ei violentiam. Cui quia mente erat attonitus. Sed dicat alia Glo. Aug. Videbat thomas et tangebat hominem et confitebatur deum. Et similiter in lu. Infra sicut. Mitte manum tuam in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis. Misit manum qui non credebat et deum et dominum repperit. Simile dicit leo papa in sermone hodierno. Hoc autem videtur probabilius

Secunda quia et si noluisset tetigisset et ad xpi. sed tangere noluit
ne forte post ea relapsus in dubium peniteret cum non tetigis-
set. Tercio propter xpi responsionem dicit ei Quia vidi-
sti me thoma credidisti non dicit Quia tetigisti non
quod cum non tetigit Et quia ut dicit Augustinus Nomine vi-
sus alii quattuor sensus generaliter consueverunt nominari Credidi-
sti Non credidisset si non vidisset Cum igitur ea que viden-
tur fidem non habent sed cognicionem Ergo quia beatus thomas
vidit non credidit. Sed contra. tamen fuit fides eius ut dicitur
hebre. xi° Est substantia sperandarum rerum argumentum Et solvit
Gre· Quia thomas aliud vidit aliud credidit / vidit
eum hominem et credidit deum quem non vidit / non enim fides
de xpo est de sola humanitate sed de homine deo unita imputa-
cione qui natus est de homine homo deus / passus est ut ho-
deus · surrexit ut homo deus in celum ascendit ut homo
deus · et venturus est iudicare mundum ut homo et deus
Quia omne iudicium dedit pater filio Joh 6 / deinde
fidem commendat gencium qui credunt in ipsum que non
viderunt in carne Beati qui non viderunt et crediderunt
utitur verbis preteritis pro futuro Quia ut dicit Augustinus Pre futurum
iam erat in sua predestinacione noverat fore Cum igitur ut
dicit Crisostomus aliquis dixit in xpisto utinam fuissem temporibus
illius et vidissem xpm mirabilia facientem hic cogi-
tet quia Beati qui non viderunt et crediderunt Tercia
Multa quidem et alia signa fecit ihesus | pars
in conspectu discipulorum suorum que non sunt scripta in
libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihesus
xpus est filius dei et ut credentes vitam habeatis in nomine
eius. Tercia pars in qua significatur multitudo signorum
ad confirmandam fidei certitudinem Ubi tria tanguntur primo
est obmissio scripture multorum signorum Multa quidem
denotatur quidem in virtute magna Et alia signa preter
ea que scriptura et ceteri ewangeliste scripserunt fecit ihesus
ante resurreccionem et post ea in conspectu discipulorum
suorum non fecit ea clam sed manifeste ut omnibus con-
staret quod essent nova signa. Que non sunt scripta in li-
bro hoc i. in ewangelio Johannis sed in aliis ewangelistis

dicit enim Johannes in fine ewangelii sui. Sunt autem et
alia multa que fecit Ihesus que si scribentur per singula
nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt
libros. Nota de hiis signis que fecit dominus non omnia
sunt per antea scripta sunt. Vel quia incomprehensibiles fuissent
homines omnium eorum aut multorum que fecit. Secunda quia in
tellectus sparsus ad multa non potest perfecte singula
intelligere. Vel ut fides maior esset multi quod per auctores cre-
dens dei filius. Secundo ponitur quid intendatur per illa
pauca que sunt scripta. Hec autem quo ad nos scripta
dicitur scripta sunt instigante spiritu sancto docente et
meo te. Ut credatis. scilicet corde ad iustitiam et ore
confitendum ad salutem opere ostendentes ad fructum vite.
Secunda quia fides sine operibus mortua est. Secunda quia et sic
est filius dei. Ad hoc enim Christus fecit miracula ut discipuli
crederent. Joh. 10. Opera que ego facio in nomine patris mei
ipsa testimonium perhibent de me. Ad hoc enim omnis
creatura ordinatur. Joh. 5. Scrutamini scripturas in quibus
putatis vitam habere. ipse sunt que testimonium perhibent de
me. Tercio ponitur credendi utilitas. Ut credentes
et vitam habeatis. Fides autem est spiritualis vite principium.
Abacuk 2. Iustus meus ex fide vivit. dum tamen fi-
des non mortificetur malis operibus. quemadmodum de qui-
busdam dicit apostolus. Confitentur autem se nosse deum
factis autem negant. In nomine eius. Virtute nominis
Christi salvatoris habetur vita eterna. ut cognoscant te
verum deum et quem misisti Ihesum Christum. Quam vitam nobis
perducat qui sine fine vivit et regnat. Amen.

Cum esset sero die illa una. Sermo de primis
sabbatorum et fores erant clause ubi erant disci-
puli congregati venit Ihesus et stetit in medio eorum
et dixit eis Pax vobis. Joh. 20. Secunda quia dominus et re-
demptor noster libenter est in congregatione bonorum. dicit-
co Matt. 18. Ubi duo vel tres congregati sunt in nomine
meo in medio eorum sum. Hinc est quod discipulis congregatis
in unum ipso die resurrectionis presenciam suam illis dominus
exhibere dignatus est ut legitur in ewangelio hodierno.

Et quia in omnibus factis xpi aliquid nobis tacite i
innuit quod et nos facere debeamus Circa omnis xpi actio 27 dn.
S. in aug. nostra est instructio Jn hac sua apparicione docemur
in quo statu debeat esse fidelis ut ei xpus velut cum
sua presencia mentaliter dignetur exhibere Nam sicut disci
puli de passione xpi desolati et mesti sed devenerunt
tunc anxii et dubii · audierant enim tam a maria mag
dalena quam a petro et eciam a discipulis duobus eun
tibus in emaus quomodo eis dominus apparuit Unde anxii et solli
citi et adhuc dubii de ipso colloquebantur ad eorum conso
lacionem et confortacionem in fide presenciam suam corporalem eis
exhibuit Ita adhuc cuilibet fideli aut devoto sollicite
ubi eciam sua non dedignatur exhibere presenciam spiritualem
si tamen mens ad hoc sit disposita spiritualiter sicut isti di
scipuli dispositi fuerunt corporaliter Circa autem in verbis premis
sis de disposicione discipulorum ad lucem describuntur primo
describitur temporis oportunitas · Circa cum esset sero una sabbatorum
2o loci congruitas quia fores scilicet cenaculi erant clause
3o describitur congregacionis unitas quia erant discipuli con
gregati in unum · Ex hiis tribus accipimus spiritualiter et in
structura que exigunt in anima fideli apparicionem ubi menta
liter fiat · Primum est ut ab omni opere dolorum vacatio
Quod notatur ibi una die sabbatorum Nam sabbatum enim re
quies significat quo iudei ab omni opere vacabant Secundum est munio
ab omni specie concupiscencia tanta custodia quod notatur in eo
Circa fores erant clause · fores enim iste sunt corporis
sensus et vires anime Tercium est virium omnium ad intima
recollectio · quod notatur in discipulorum in unum congregacione
vires enim anime sunt corporis quasi quidam discipuli sui
magistro ubi eciam Circa tamen ad primum est sciendum quod que
dam est vacacio mala et quedam bona Sicut et sab
batum · quoddam est detestabile · et quoddam laudabile
Sabbatum detestabile est quando quis vacat ocio vano quod
fit dupliciter Primo hoc fit ex torpore et desidia · quando quis
ex sola pigricia negligit bonum opus Secundo hoc fit ex
presumpcione et perfidia sicut illi qui presumunt se ad tantum
culmine perfeccionis pervenisse et ita libertate perditi quod per

putent exemptos ab operibus civitatis et actibus viciosis
quorum erroribus alibi impediam. Et tamen viciosos taliter
vacantes loquitur dominus per prophetam. Sabbata vestra et
festivitates odivit anima mea. De talibus eciam dicitur
Lamentationum j° viderunt eam hostes et deriserunt sabbata
eius quia maligni spiritus etiam eo tempore et pre
sumpserunt erronea et ocia vacare conspiciunt derident
et immundas quasdam cogitaciones ingerunt. Unde sic ydem
cuiusdam philosophi. Ocia dant vicia fugiamus ergo primo illa.
Et de ista vacatione et sabbato malo nichil ad propositum
nunc. Est eciam alia vacacio vel sabbatum bonum et laudabile
quod triplex est secundum triplicem statum hominum quibus dominus ap
paret. Primum sabbatum est vacacio ab operibus illicitis
et competit penitentibus seu incipientibus. Secundum est va
cacio ab operibus carnalibus et corporalibus in proficientibus
vacacionem ad deum pro loco et tempore et competit proficientibus
et activis. Tertium sabbatum est vacacio ab omnibus actibus
propriis ut homo soli deo vacet et hoc est sabbatum perfectorum
et contemplatorum. Prima vacacio est inchoata. Secunda debita  polymnia / porphiria / epistola
tertia perfecta. Primum ergo sabbatum est vacacio ab omni ope
servili id est peccatis. Nam qui facit peccatum servus peccati est. Et
sic opera servilia dicuntur quecumque peccata. Et hoc sabbatum
requiecionis est de quo Levitici xvi. Sabbatum requiecionis
est et affligetis animas vestras religione perpetua. Ubi tanguntur
duo ad illud sabbatum necessaria. Primum est ut penitens quiescat
a peccando. Et ideo dicitur sabbatum requiecionis iuxta illud
Cessasti quiescere. Secundum est ut penitens de peccatis suis
doleat. Propter quod dicitur affligetis animas vestras religione perpe
tua. Et hec duo complicat Augustinus in de spiritu et anima. Pe
nitencia vera est punienda non committere et admissa de
flere. Et propter illud religione perpetua. incidit questio
utrum homo teneatur perpetue id est quamdiu vixit de peccatis

suis perfecte penitere. Ad quod dicendum secundum Hugo. de sancto
Victore quod quando deus solvit hominem a vinculo pecca
ti ligat eum vinculo perpetue detestacionis. Sed detestacio
peccati perpetua est duplex. Una eciam scilicet habitu ad quam
homo semper tenetur. Alia post peccati perfecta remissione
de qua eciam dicit Augustinus loquens de penitente. Semper

doleat et de dolore semper gaudeat et non semper doluisse
doleat ¶ Alia est detestacio in actu ad quam non tenetur
homo semper ¶ Item sabbatum est vacacio ab operibus corpora
libus que impediunt vacacionem ad deum quod potest dici
sabbatum sanctificacionis de quo dicitur Memento ut diem sab
bati sanctifices ¶ Item cum grece dicatur agios i. sine terra
¶ Sabbatum igitur sanctificare est a terrenis et corporalibus operibus
quiescere et deo vacare orando meditando contemplan
do sermones audiendo etc. ¶ Opera cum caritatis possunt etiam
operari que sunt corporalia ut est sanare infirmos et curare
cecos suscitare mortuos / expellere demones / qualia xpus fe
cit in sabbato qui est dominus sabbati ¶ In sabbato enim licet bene
operari et bene facere Vnde ipse dominus dicit / Mt. 12° ¶ In hiis
ergo que sunt ad honorem dei et ad edificacionem proximi et
que ad cultum diuinum pertinent omni tempore boni activi se
exercere debent quod pertinet ad sabbatum corporis ¶ In omnibus
cum talibus operibus intendunt vacare deo et sic orant
Vnde super illud Luc. 18 ¶ Oportet semper orare et non deficere
dicit ¶ Glosa Non deficiunt orare qui non desinunt benefa
cere ¶ Item sabbatum est vacare ab omnibus actibus propriis tam
corporalibus quam spiritualibus ut homo totus solum ad deum
sit suspensus quod tunc videtur homo pergere quando toto conatu suo tandem ad
intuitum diuine gracie se pre sue facultatis modulo conatur
quasi vltra progredi non valens se totum ab omnibus actibus
suis naturalibus et gratuitis deserit et in illo ocio supina
mentis aciem diuine illuminacioni committit / expectans quid
deus in ipso dignetur operari quod dicit cum propheta ¶ Audiam quid
loquatur in me dominus deus quoniam loquetur pacem in plebe
sua ¶ Et istud sabbatum est illud delicatum de quo dicitur
Ysa. 58 ¶ Si vocabis sabbatum delicatum quod non facis vias tuas /
et non inveniatur voluntas tua et tunc delectaberis super domino
et sustollent te super altitudinem terre et dabo tibi here
ditatem ¶ Jacob patris tui / ¶ Et nota quod homo se reddit
ad istam vacacionem quando vias suas i. actus suos et
voluntatem suam in omnibus viribus suis deo totaliter
submittit / tunc est sabbatum delicatum quia in illo ocio
delectatur eciam spiritus creatus Vnde sequitur ¶ Tunc delectaberis

sup[er] dominum quia tota delectacionem suam ponit in domino etc. inebriabit
eum suavitate divine dulcedinis. hic in pregustacione
et plena in beata fruicione. Hec enim deus largitur menti
contemplacioni dedite. scilicet cognicionem limpide veritatis et gustum
intime suavitatis. Ad hanc vacacionem istius sabbati invitat
nos propheta dicens Vacate et videte quoniam suavis est dominus
beatus vir qui sperat in eo. Ubi autem duo implicantur videlicet
interne vacacionis sedeat sponsa in canticis cum dixit Ego
dormio et cor meum vigilat. Dormio quantum ad sensum et
cum vilium ab actibus propter vacacionem sed cor vigilat per
in divine influencie contemplacionem colligitur. quecumque anima
hoc spirituali sabbato vacaverit pro statu suo illi dominus presen
ciam suam exhibebit. Sed sciendum quod dominus non venit ad
discipulos nisi sero ipse enim in premissis verbis dicit cum ita
cum esset sero die illa. per sero intelligitur perfectio
boni operis per glossam super illud Gen. 1o Factum est vespere
et mane. Non enim in inicio boni operis dominus apparet
sed sero per pugnam vel divine gracie auxilium suum perget
perfectionem operis. tunc dominus homini se ostendit. Ex. Gen.
de columba que venit ad Noe ad vesperam portans in ore
suo ramum olive virentibus foliis. per columba spiritus
sanctus intelligitur qui ad vesperam perfecto scilicet boni operis
peracto venit ad archam consciencie scilicet initium sui status
portans signum pacis et gracie. quemadmodum Christus dis
cipulis suis portavit signum pacis in ore suo dicens
Pax vobis et ostendit eis manus et latus cum cicatricibus
vulnerum in signum gracie. Iste sermo alibi est scriptus (Sermo 2us)

Sub[?] 2us qui incipit Et fores erant clausae nisi[?] lxx[?]

Ubi erant discipuli congregati. Hic tria notantur
discipulorum congregacio mobilis. Ubi sciendum quod di
scipulorum Christi erant tres ordines. Primus erat quorundam
bonum fidelium. Nam in primitiva ecclesia fideles dicebantur
discipuli sicut dicitur inter Paulum qui sequebantur
Christum audiendo eius doctrinam. 2us erat eorum qui doctrina
Christi ita iam erant imbuti ut mitterentur eam ad pre
dicandum de quibus dicitur Luc. x. Designavit Jhesus et
alios septuaginta duos et misit illos binos an
faciem suam in omnem civitatem et locum quo ipse erat venturus

In ordo erat 12 apostolorum qui singulari prerogativa electi in-
struebantur a Christo sublimioribus sensibus. Quibus dixit
Vobis datum est nosse misterium regni dei ceteris autem in
parabolis. Et propter hunc triplicem ordinem est triplex congre-
[gatio.] Una est omnium communis fidelium. Et hec dicitur ecclesia. pro qua
congregatione dicit psalmista in personis fidelium Memor esto
congregationis tue quam possedisti ab initio. Et ista congre-
gatio respicit statum incipiencium tamen multi inter eos fidem
habeant informem quantum ad homines mundanos. Et ideo
indigent in preceptis doceri. Alia est congregatio religiosorum
in monasteriis deo servientium qui sunt imitatores dis-
cipulorum ordinis secundi. Et hii signant statum proficiencium
tendencium ad perfectionem. De qua dicitur in psalmo. Hec est quia
[illegible] dum. Tercia congregatio maiorum prelatorum in
ecclesia scilicet episcoporum et superiorum qui sunt successores apostolorum ut
dicitur Marci 12 d. in novo testamento. et hii gerunt typum
perfectorum. Unde eorum status est perfectionis acquisite. non solum
acquirende. sicut horum de 2° ordine discipulorum. Et de
hac congregatione dicitur in psalmo in persona singulari eorum Con-
fitebor tibi domine in toto corde meo in consilio iustorum et con-
gregatione. Vobis enim perfectis est consilium domino in toto corde
Unde Augustinus super illud psalmi. Clamavi in toto corde meo domine.
sic Tunc in toto corde clamatur quando non aliunde cogitatur.
Ad qualibet harum congregationum vult venire dominus ihesus quod a
primo discipulorum congregatio est communis omnium fidelium. Et hec
attendit per veram unionem caritatis sicut dicitur Actuum 2
Multitudinis credencium erat cor unum et anima una. Et
hoc per unionem caritatis licet enim ad hoc in primitivo tempore
fidei fideles omnes congregari potuerunt in unum locum
corporalitate credencium. sicut legitur quod in die penthe-
costes centum viginti discipuli congregati fuerunt
propter sanctos. Nunc autem per totum orbem fidelibus multipli-
catis non possunt omnes discipuli Christi congregari sed caritate
eos venit quantumcumque per orbem dimissos. Et de hoc discipulis
dicit dominus Joh. 13 In hoc cognoscent omnes quia mei
estis discipuli si dilectionem habueritis ad invicem. Utile est
tamen ad multitudinem fidelium propter congregari in ecclesia
propter tria. Primo propter orationis exaudibilitatem. Unde

Dicebat eis salvator Mt. 18 Si duo ex vobis consense-
rint super terram de omni re quacumque petierint fiet illis
a patre meo etc. Nos ubique pertractamus Leo papa super Can-
dicat sit plena concordia corporum obtinet absolute qui totius
ecclesie status est oratio una. Si enim duorum vel trium fidelium
pro consensu omnia que poposcerint deus prestanda promittit
quid negabit multorum milium plebi unam observanciam
pariter exequenti et provum cordis concordanti supplica-
2º ipse innuitur caritatis cumulat te. Fideles enim cum sese
fiunt in dei laude congregati mutuo coalescunt et
defectus unius per alios suppletur. Exemplum naturale in car-
bone vivo qui si ex tota congerie segregatus fuerit
tabescit et extinguitur in se ipso. Si vero in congerie
plurium fuerit bene ardet cum aliis ut dicit beatus Augustinus
ideo in dei desiderabile pluralitate. Unde post predicta
verba subdit Mt. 18 Si duo vel tres congregati fuerint
in nomine meo in medio eorum sum dicit dominus. Et si
hoc de duobus vel tribus [illegible] multomagis de pluribus
hinc erat exemplum est in sancto Thoma qui prima vice non me-
ruit dominum videre ut in pasca clausu quia in congregatione
non fuit sed postea eo in congregatione existente non solum
videre sed et tangere meruit. Et eadem congregatio secundum
ordinis discipulorum est religiosorum quorum discipu-
latus attenditur in omni terrenorum renunciatione. Non enim
sufficit eis illa primus unio caritatis de qua dictum est
de primis discipulis primus et illa tunc debeant longe
commorantes quia primi. Sed ultimo etiam requiritur
ut omnibus terrenis renuncient si volunt huius secundi ordinis
esse discipuli. Unde dicebat Luc. 18 Nisi quis renun-
ciaverit omnibus que possidet non potest meus esse disci-
pulus. Ubi sciendum est quod omnia que possidemus
comprehenduntur sub tribus que sunt res exteriores, corpus
et anima. Quibus omnibus renunciare oportet volentem
esse de discipulatu illorum ita quod nichil sibi remaneat
proprium sed fuit illius omnia. Sub isto autem discipulatu
comprehenduntur non solum religiosi ordinum approbatorum in
ecclesia sed eos etiam qui in aliqua congregatione licita se
divino obsequio mancipaverunt renunciando tribus predictis

per auctoritatem voluntariam. quantum ad renunciacionem proprie voluntatis que est nobilius aliis / per castitatem quantum ad abdicacionem omnis voluptatis carnalis inordinate / et per obedienciam sub aliquo patre spirituali in hiis que sunt ad deum quantum ad renunciacionem proprie voluntatis que est nobilius aliis. Isti igitur sunt in statu perfectionis. Isti in ipsa renunciacione non statim sunt perfecti sed tendunt ad perfectionem que convenit hiis qui sunt de tercio ordine discipulorum de quibus subditur. Tercia congregacio tercii scilicet ordinis discipulorum que est ad instar apostolorum attenditur in perfecta sequela vite et doctrine christi in qua consistit omnimoda perfectio. Unde super illud Matthei xix Ecce petrus dicebat Ecce nos reliquimus omnia. ibi non consistebat sed adiunxit quod perfectum est / et secuti sumus te. Ista namque sequela facit veros et perfectos discipulos. Iuxta illud Johannis 8 Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Et luce 14 Qui non baiulat crucem suam et venit post me non potest meus esse discipulus. In quibus autem hec sequela consistit. longitudine sermonis exposicionis cuius. sed breviter quantum ad presens dicere possumus. quod perfectio istius congregacionis tercie. est in hoc quod quidquid est in homine quantum ad omnes partes eius sit bene congregatum et ordinatum. ita quod nulla sit repugnancia vel rebellio iuxta illud Job Respice terram pacem erit tibi in appetitu. In quibus omnibus homo autem consistit ex tribus partibus scilicet spiritus anima et corpus. Et quando et potencie consistunt sunt bene ordinata tunc totus homo est in pace. In qua pace consistit perfectio istorum discipulorum. Et hanc pacem docuit christus discipulos verbo et exemplo. sicut patet in ewangelio hodierno hinc super illo allegato luce 18 ubi tangit commentum super illo allegato luce 18 ubi tangit commentum Et ubi duo vel tres congregati fuerint possumus hoc intelligere spiritualiter intelligere quod ubi spiritus et anima corpus quasi concordes fuerint et non inter se bellum dimiserint ubi tres consenserint et non inter se bellum ... fuerint ... limitatum ... commentum ... peccaverit imperaverit ... Nulli enim dubium est quod bona ... verum postulacio sit ubi corpus vult habere ea que spiritus habet. commentum Ulterius ...

Cum esset sero die illa ubi sup(ra). Rema in hoc ewangelio
describit(ur) quo(modo) d(omin)us venit corporalit(er) ad discipulos
suos. Et q(uonia)m quid (christu)s gessit nostra disciplina sunt more
s(ecundu)m Aug(ustinu)m potest ergo totus passus ille q(uan)tum ad primam
p(ar)tem ewangelii moralit(er) exponi. In quo textu docemur
sive docet(ur) qualis debeat esse anima ad quam dignet(ur)
venire spiritualit(er) d(omin)us. Circa quod tria sunt videnda. P(rimu)m
est qualit(er) fidelis a(n)i(m)a ih(esu)m i(d est) salvatorem susceptura ad se
digne p(re)paret(ur). 2o qualit(er) veniat. 3o quid p(ro)ce(dat) ih(esu)s
in tali a(n)i(m)a operet(ur). Circa ad p(ri)mum est sciendum q(uod) ad
hoc q(uod) a(n)i(m)a ad suscipiendum ih(esu)m digne sit disposita
requirunt(ur) quatuor. Primo requirit(ur) q(uod) sit sero. i(d est) p(ost) occa-
sum solis i(d est) p(ost) occasum furoris sive furore gehenne m-
dalis cui a(n)i(m)a iam sunt tenebre ignorantie et obli-
vionis rerum t(em)p(or)alium et affectuum mundialium sicut
dicit Aug(ustinus) in s(er)mone de s(an)c(t)o Paulo q(uod) q(uando) cecus non
videbat deum videbat. Unde dicit(ur) de Jacob Gen(esis)
xxviii quod dormiret p(ost) solis occasum vidit scala(m) et
d(omi)num innixum scale. P(salmu)s Qui ascendit sup(er) occasu(m)
d(omin)us nomen illi. Ut sit sensus: Cr(istus) magis ascendit sup(er)
occasum illorum, suavis est omnib(us) qui occasum et
defectu(m) paciunt(ur). Ipse n(am) est nominatus d(omin)us. Rema
dicat(ur) mundo et corporis eius. P(salmu)s Tu dominaris pote-
stati maris, motu(m) aut(em) fluctuum eius tu mitigas. Hoc
est g(rati)o primum disponens a(n)i(m)am ut i(n) ipsam veniat d(omin)us
ih(esu)s. 2o requirit(ur) q(uod) sit dies. lux s(cilicet) gr(ati)e ut videl(icet)
a(n)i(m)a iam obtenebrata p(er) ignorantia et oblivione
t(em)p(or)alium illustret(ur) p(er) gr(ati)am desiderio eternorum. Unde d(icitur)
hic die illa. Sed diceret aliquis s(ecundu)m q(uod) accipit(ur) sero
q(uod) est tenebrosum et p(ost) solis occasum ut dictum e(st)
q(uomod)o tamen hic dicat(ur) esse dies. Dicendum q(uod) i(n) mora-
libus bene compaciunt(ur) se nox et dies. S(ed) i(n) diversis
comissis. Erit in p(ro)posito effectu t(em)p(or)alium obtenebre-
scente simul gr(ati)a illucescit in mente. Joh. 1o lux
in tenebris lucet. Unde Job 12 de sanctis viris dicit(ur)
Noctem verterunt in diem. Rema s(ecundu)m Greg(orium) Elati q(ui)a

nocte adinstat in diem vertunt consolacionis quia videlicet
gaudent in tribulacionibus / Sic in opposito sic viri tene-
bras concupiscencie mundanorum vertunt in diem desiderii eternorum
Et quia sancti viri non possunt semper ad eterna esse suspen-
si sed oportet eos plerisque vicibus eciam occupari aliquibus tem-
poralibus contemplacionis serenitas vertitur / Ideo bene dicitur in Job 2°
Rursum post tenebras spero lucem / Unde de sanctis animalibus
dicitur Ibant et revertebantur / 3° requiritur quod sit una
sabbatorum / Sabbatum requies significat eterna in sabbato requievit
deus ab omni opere quod patrarat / Exmestat ergo dia
tales quecumque ab omni tumultu temporali / Sic [illegible] sabbatiza
vit beatus Aug 12° confessionum Intrem in cubile meum id est in
timum mentis mee / quod pro tanto cubile dicitur
Eterna ibi est perfecta quies ab omni tumultu cogita
cionum et volubilium fantasmatum / Et cantem tibi a
matoria cantica pro te cor meum in amore tuo perfecte
accenditur nec umquam cantare donec imperfecta pace sim
4° requiritur quod fores sint clause per custodiam sensuum
ut Mt 6 Intra in cubiculum tuum et clauso hostio ora pa
trem tuum Cuius figuram mulier illa de uxoribus
prophetarum de qua legitur 4 Reg 4° Ad verbum Helizei
clausit hostium super se et filios suos / Et sic impleta
sunt sibi omnia vasa oleo / Sic eciam in anima clausis
foribus sensuum superfundat gracia divina replens omnia
receptacula anime / Ex omne receptaculum anime / cha
ritas divina replet / Idem est eciam in hoc quod dili
genter clausit hostium ac fenestram archie ne aqua
fluxibilitatis per inundacionem intrare possent / Sed tr
totaliter claudere sensus et vires est omni homini impossi
bile absque adiutorio divino / Sicut nec Noe sufficiebat sibi
ipsi ad claudendum hostium clausure archie nisi deus co
adiuvaret / Unde clausit a foris hostium deus / Hoc
t.cp sciens Aug orans deum pro liminari adiutorio in li
Soliloquiorum sic dicit Obsecro te o summa bonitas ne per
mittas me in aliqua re delectari quam in te / Sed precor
ut omnia michi marcessant ut solus tu dulcescas
anime mee / Quinto requiritur quod discipuli sint congregati

in bonum discipulorum cum sunt vires et affecciones anime que debent esse congregate et recollecte ut tota virtute et tota anima ametur deus. Et ut hoc fiat oportet animam intrare in se ipsam et recolligere se totam ut docet Richardus de contemplacione. Animam ad se ipsam intrare est se totam in se ipsam recolligere et exteriorum omnium obliuisci et in solius dei dilectione figere et firmare et delectari. Postquam cum anima hiis quinque bene sit disposita tunc venit ihesus. Et hoc quantum ad primum. Secundo ad 2m videndum est qualiter venit. Et quidem venit ianuis clausis. licet cum difficile sit videre quomodo corpus quod paulo ante pependerat in cruce et iacuit in sepulcro potuit intrare per hostia clausa. non tamen est difficile intelligere quomodo deus intrat in animam foribus anime eo modo quo deum est clausus. Cum ipsum domicilium sit intima anime Augustinus 3 confessionum. Tu domine es interior intimo meo et superior summo meo vita anime mee. Notandum tamen quod quedam repagula sunt quibus ita concluditur deus contra animam intrare non potest clausis ianuis ad huiusmodi repagulis que sunt peccata mortalia cum obstinacione voluntatis. Quia valde subtilius est corpus tale quale erat christi intrare domum foribus vectibus clausam quam intrare domum anime obstinata voluntate serata. Nichil enim est quod ita resistat deo sicut voluntas peruersa. et hoc non de resistencia formali que est contrarii ad contrarium sed resistencia effectiua qua aliquid resistit agenti, licet deo nichil est contrarium. Unde de potencia absoluta deus eciam posset saluare demonem sed non potest id est non vult de potencia ordinata intrare in animam nisi volentem.

Et ideo ut dicit Augustinus Qui creauit te sine te non iustificabit te sine te. Nam ad iustificacionem impii requiritur motus liberi arbitrii et consensus voluntatis. Propter quod sponsus in Canticis 5° pulsat ad hostium sponse dicens Aperi michi soror sponsa mea. Et licet exponatur de anima contemplatiua potest tamen eciam exponi et accipi de anima peccatrice ad thorum tamen sponsi predestinata quam nichilominus appellat sororem et sponsam. Adhuc anime hostium deus pulsat

velud primus motor ad primam. Sed requiritur consensus vo-
luntatis quod est pulsare ad hostium requirendo sibi aperi-
ri consensum liberi arbitrii. Cum quia isti discipuli de
quibus hic agitur habebant voluntatem paratam quod desi-
derabant dominum videre, ideo quo ad parte eorum voluntates nullum
obstaculum fuit. Unde ingressus est ad eos non obstanti-
bus foribus essent clausae. Sed contra omnes res cunctas quae
inquietare possent talem animam de qua hic loquitur. Ta-
lem intrantes deus in animam suam ad conclusionem omnium rerum
inquietancium prout Anselmus in de contemplacione domini nostri ihesu
christi sic inquirens: Taceant cunctos signis tumultus
carnalium delectacionum, taceant fantasiae creaturarum
terrarum aeris et aquarum et poli, taceat suprema et
infima omnis revelatio, omnis lingua, omne signum
et quidquid transeundo sit, sileat sibi et ipsa anima et tran-
seat se non cogitando se sed te deum meum. Hec Anselmus.
Secundo ad tertium videndum quid sit veniens in animam operetur.
Operatur namque quatuor. Primo stat in medio discipulorum, id est cum
virium animae quia inspirat et ipsam essenciam animae, quae
medium est omnium passionum potenciarum perficit et fecundat
confirmando sibi esse divinum. Prima Cor. 15°: Gratia dei sum
id quod sum. Secundo annunciat discipulis pacem. Pax vo-
bis. Ps.: loquetur dominus pacem in plebem suam
et super sanctos suos et in eos qui convertuntur ad cor. Ecce
quibus dominus loquitur pacem quia discipulis. Esto et
tu discipulus disciplinae et eris capax christi. Et ad
quos loquitur quia in plebe sua et super sanctos suos
et super eos qui convertuntur ad cor. Esto et tu talis et
audies. Tertio ostendit eis manus et latus ostendendo scilicet
eis divinas operaciones quae primarum et excercitatas
cogitaciones et affectiones quae placent ubi cor latum
desiderat. Ihesus enim in anima operatur magna si ibi est,
operari renuit si ibi non est. Secundum Gregorium. Et prima Cor. 15°:
Gratia dei in me vacua non fuit, ubi sequitur: habundan-
tius omnibus illis laboravi, non ego solus sed gratia
dei mecum. Quarto facit gaudere discipulos visitando
in eis. Videbitis gaudium intimum. Ps.: Cor meum et caro mea

exultavit in deum verum. Et hoc est quod dicitur Gavi
si sunt discipuli viso domino. Sed autem sequitur Dixit
eis iterum pax vobis. signat quod talis causa ad quam dominus
venire dignatur scilicet pacem non solum in se ipsa sed etiam
ad alios qui fortis sunt. vel quia non solum in presenti sed etiam
in futuro. ¶ Cristus insufflat dando eis spiritum vivificato
rius ad novam vitam. Et hoc est quod dicitur Insufflavit
et dixit accipite spiritum sanctum. In quo flatu dedit eis
spiritum vivificantem tanquam spirituali vivent tam sibi quam
aliis ad salutem. Unde addicit Quorum remiseritis
peccata. Ad cuius evidentiam sciendum est quod in principio deus
inspiravit in faciem primi hominis spiraculum vite ut
dicitur Gen. 2°. Et nunc quia ipsa vita fuit multum sauciata
omnibus cum caro corrupisset viam suam. Ideo Xpistus
novus homo et nunc spiritualiter in resurrectione reno
vatus novitate vite sue discipulis qui in eam volebat
insufflavit eis de novo spiraculum vite spiritualis
In cuius flatum vigore ipsi sunt et fiunt spiritu renovati quia
voluit ab eis propter vetustates abstergere et ipsi
aliorum peccata. Et hoc est quod subditur Quorum remise
ritis peccata. Similiter ad hunc in quamcumque auctam dignatur
dominus venire insufflat ei spiritum nove sanctificationis
quo refocillatur spiritus eius et renovatur. Scilicet ad ser
viendum deo vita spirituali ad gloriam dei et ad edi
ficationem proximorum ad quam novitatem spiritus ut dicitur
Glosa super Act. 2°. In operibus novi hominis Xpisti non
nris viribus attingimus sed gratia spiritus sancti. tanquam
lex est in animo renovato que et hominem facit
spiritualem. Unde etiam Aug. in li. de civitate dei loquens
de ymagine dei in homine in qua deus inspira
verat spiraculum vite. Sed deformata per ea peccato. Scilicet
in ipsa ymago illa / ab illo renovatur a quo for
mata est. non enim se ipsam reformare potest sicut
potuit deformare. Et hec est racio quare Xpistus insuf
flavit in discipulos. ut scilicet per spiritum sanctum renovaret
in eis ymaginem deformatam ut sic primi attin
gere opera novi operis id est novi hominis Xpisti. Ad quos

invitat apostolus Rom 6 Quomodo Christus ambulavit in novi-
tate ita et vos ambulate. Quod vobis concedat
qui sine fine vivit et regnat Amen. Dominica pta p9 secund pasce

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor
animam suam ponit pro ovibus suis. Mercenarius autem
et qui non est pastor cuius non sunt oves proprie videt
lupum venientem et dimittit oves et fugit et
lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius autem fugit
quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus

de honore Naturale est hominibus aspirare. Si attenderent onera
et pericula ipsis prelatibus et honoribus ecclesiasticis an-
nexa non ita affectarent fieri pastores ecclesie quia
ut dicit Augustinus in quodam sermone Nichil est in hac
vita et maxime hoc tempore difficilius laboriosius
et periculosius episcopi et presbiteri officio sed apud deum
nichil beatius si eo modo militetur quo imperator noster
iubet. Contra autem sit omnis cura pastoralem hoc
docet dominus in presenti ewangelio ostendens in se ipso quid ex
eorum officio incumbat pastoribus ecclesie que sunt tria
Debet igitur prelatus ita commissum sibi gregem diligere
ut pro eius salute si necesse fuerit propriam vitam exponat
Secundo sic in eum debet attendere ut diligenter sibi
commissos agnoscat ubi Ego sum pastor bonus
et cognosco oves meas. Tertio sic debet insistere ut
errantes ad unitatem ecclesie reducat quod notatur
ibi Alias oves habeo. In prima igitur parte ewangelii
ostendit dominus se esse bonum pastorem et duo facit
Primo cum tota bonitate in se et a se ostendit dicens
Ego et non alius sum bonus pastor quia ut dicitur
Joh 10 Omnes qui venerunt preter me fures sunt et
latrones. Nota quod hec quatuor verba presentis dicto competunt
Ego enim veram substantiam significat quia non est in
bene in hoc mundo. Item ego quia non dependet ab
alio sed per se et in se ipsa stans et ad ipsam et propriam
stans omnia. Sum quia sine qualitate sine accidente
sine specie sine genere nichil eum preter deum merae

substancia per singularitatem sicud ego dominus tuus. Et hoc est quod
xpus dominus dicit. Ego sum dico dicit singulariter. hoc ratione dominus
est secundum illud Ose 2° Et nunc est visit me. Et hoc est quod dicitur
in psalmo singularitatis sum. Tercio autem dicitur tamen pastor quia si-
militer deo est. Ipse enim est et solus est qui nos
pascit et omnia que sunt in celo et in terra pascit. omnia a te
expectant ut des illis escam in tempore. Quarto autem dicit bo-
nus quod deo est patet Luce 18° ubi dicitur nemo bonus
nisi solus deus. Nullus igitur bonus est pastor qui
preter xpi dispensacionem regimine sunt animarum. Ipse enim est
princeps pastorum ut dicit prima Petri 5° Ideo ad eum pertinet
pastores ordinare in ecclesia Ephe. 4° Ipse dedit quosdam
apostolos quosdam prophetas alios vero evangelistas alios doc-
tores prelatos et pastores. Unde ergo causa quod xpus dominus dicit
dicat namque se esse pastorem et dicit quod pastor bonus sit
pastorum namque officium est oves pascere. Unde pastor dicitur
a pascendo. Pascit autem xpus nos quia sumus oves
pascue eius Ysa 40 Sicut pastor gregem suum pa-
scet. Ezech 34° greges pascue mee oves. Est
no hic considerandum quod quadruplici alimento pascit nos xpus.
Primum est corporalis alimonie. hic cibum corporalem
deus prebet omni carni ps. Qui dat escam omni car-
ni. Confitemini deo celi. Item oculi omnium in te sperant domine
et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum
tuam et imples omne animal benedictione. Secundum alimen-
spiritualis tum est corporalis intelligencie. Cibus enim spiritualis
est verbum dei quo mens pascitur pro sua intelligencia
eius ps. Dominus regit me et nichil mihi deerit in loco
pascue ibi me collocavit. Super aquam refectionis educa-
vit me animam meam convertit. Tercium alimentum est sa-
cramentalis eukaristie refectione scilicet corporis et sanguinis
ihesu xpi Joh 6 Caro mea vere est cibus et sanguis
meus vere est potus. Quartum alimentum est super-
celestis glorie quo non pascuntur nisi electi. Unde Aug.
in libro meditacionum. Pascua electorum sunt vultus
dei patris ibi eterna gaudia sempiterne vite ubi
visio dei angelorum et conspectus supernorum animarum

Ibi dulces sollempnitates nre peregrinacionis. Ecce est illa
pascua que semel dns electis omnibus promittit dicens
Eze. 34o. In pascuis uberrimis pascam eos in montibus ex-
celsis israel pascua eorum ibi requiescent in herbis virentibus
et in pascuis pinguibus pascentur. Et attendendum quod xpc · no
ascendens celum pastores in ecclia constituit qui gregem
dni custodirent et pascerent. Unde in persona dni vnum dixit
petro post resurrectionem pasce oves meas Joh. 21o. Et lo
idem pastor est ecclie ceteros hortatur pastores 1a Pe. 5o.
Et pascite qui in vobis est gregem dni. Debet tamen pa-
stores ecclie pascere populum dei triplici cibo scilicet corporali de
hoc autem scilicet ecclia possessiones et divicias ut subveniat
indigentibus. Unde Ambrosius li. 2o de off. Et habetur in
decreta 12. q. 2. Aurum ecclia habet non ut servet sed eroget in-
digentibus necessitatibus. Sed ut idem dicit in eodem ca.
pro alimonia pauperum pro redempcione captivorum pro sepultura
mortuorum. licet vasa ecclie sacra confringere et in necessitati-
bus distribuere. Item ut dicit Aug. in li. de qua vita clericorum
Clero est quo ac se removere manus meditacioni Jeronimus similiter
dicit. Glosa. Epi est necessitatibus pauperum providere. Unde
dicebat Ambrosius. Omnia que mea sunt pauperum sunt atque
Item quod dicit Leo papa. Epus rebus ecclie tamquam propriis ac-
commodat non tamquam propriis utatur. Unde Greg. in omel.
Primum nobis est potiora nra misericorditer omnibus impen-
dere. postremum vero si necesse sit eciam vitam nram pro eis de
omnibus ministrare. Qui autem non dat pauperibus substanciam suam quos
pro eis datum est animam suam. Et ponitur decreta 16. q. 1. c.
multi episcoporum. Sed heu valde dolendum est quod tot bona ecclie
que pauperibus essent eroganda multi pastores aliter di-
modorum distribuunt. quidam superflue in convivijs et lasci-
vijs Eze. 34. Nonne greges a pastoribus pascuntur pa-
stores israel pascunt semetipsos. Quidam vane donantes
divicias ecclie histrionibus. aut in equorum apparatu aut
in jumentorum multitudine in ornatu aurorum equorum in
edificijs altis et latis pallaciorum quibus obiciebat
Pu illud poetarum dicite pontifices non in ... sed in

ypocrito quid facit aurum. Quidam nunquam distribuunt bona
ecclesie ut ditent proximos et consanguineos. Non fuit talis pa
stor beatus paulinus nolane urbis episcopus de quo recitat beatus
Greg. in dialog. quod dum ytalia in partibus campanie fuisset
a wandalis depopulata paulinus qui nolane omnia que
habere potuit ad captiuorum precia captiuis et indigentibus
expenditus est. Et cum nichil sibi remansisset ad redimendum
filium cuiusdam vidue seipsum se fecit et cum genero regis wandalorum
qui predixit mortem socero esset agnitus quis esset ad
suam peticionem omnes ciuitates et ciues relaxati sunt et cum
suis nauibus frumento onustis ab affrica ad propria redierunt. Verbis
libris quibus debent pastores instruere fidelibus est spiritu
29 alis doctrina et sciencia ubi Iere. 3. Dabo uobis pastores
iuxta cor meum et pascent vos sciencia et doctrina. Sciencia
pertinet ad intelligenciam doctrina uero ad bona opera. Sed
in rei veritate frequenter aliqui preficiuntur pastores tam in
docti et indocti ut magis sit eis opus vel pascua doctrina
et sciencia quam ut alios possint instruere. Tales debent
illam sentenciam timere Osee 4. Audi tu qui scienciam repu
listi repellam ego et te et ultra sacerdocio non fungaris
michi. Sed non sufficit pascere oues doctrina nisi et pa
scant conuersacione et exemplo. Tercius cibus qui mi
nistratur a pastoribus ecclesie est sacramentum. Scilicet corporis et san
guinis domini nostri ihesu christi que dispensanda reliquit
prelatis Mt. 2o Fidelis seruus et prudens quem constituit
2o dominus super familiam suam ut det illis cibum in tempore. 2o pro
bat christus se esse bonum pastorem Bonus pastor animam
suam id est vitam suam dat periculis et morti pro ouibus suis
ne pereant. Hoc autem probat bonum pastorem. Cum boni
tas pastoris sit diligere gregem. Nullus autem amor ma
ior est quam quod quis ponat animam suam id est vitam
suam pro ouibus suis. Christus igitur bonus pastor est
summa de dilectione sui gregis dedit animam suam i. Io. 3o
In hoc cognouimus caritatem dei quia ipse pro nobis animam
suam posuit. Est autem diligenter notandum quod sicut dicit
no. Bernardus in quadam epistola Tanta debet esse dilectio
pastoris ad gregem ut et paratus sit se exponere in
irae schemma pro salute gregis. Unde dauid cantans

C 6 8

dicit Si ambulavero in medio umbre mortis non timebo ma-
la quoniam tu mecum es. Ita et anima xpi ad inferna descendit pro
nobis. Ecce igitur in quanto caritatis culmine debet pastor bonus
et fidelis consistere quod bona mundi distribuat quod est minimum
est inter omnia quod afflictiones contemnat fugat assistat mortem
contempnat salutem propriam pro aliorum preponat salute. Et
ultimo etiam ipsas inferni penas non timeat. Unde moy-
ses rogans pro offensa populi israel dixit deo Aut dimitte
eis hanc noxam aut dele me de libro in quo me scrip-
sisti Exo. 32 Similiter et paulus cupiebat anathe-
ma fieri i. supra maledictionem in currere ut salvarentur
fratres. Nam xpus ut dicit apostolus maledictionem sustinuit
Gal. 3 maledictus erat omnis in veteri lege qui pendebat
in ligno secundum istud sanctorum desiderium magis facit eos gratos
deo. Dubitatur autem hic aliquis utrum prelatus teneatur mori
pro subditis. Et videtur quod non quia pati martirium est supereroga-
tionis sed ad opera supererogationis nullus tenetur nisi se
astrinxerit. Ergo videtur quod prelatus ad hoc non teneatur. Sed
contra hoc quia dicit dominus Bonus pastor animam suam pon-
it pro ovibus suis. Item videtur quod omnes teneantur ad hoc
1 Joh 3o Et nos debemus animas pro fratribus ponere. Ad hoc
dicendum quod mori pro grege duobus modis potest fieri. Vel pro
ipso de bono in melius promovendo et sic est superoga-
tionis quantum ad omnes prelatos. Aut pro ipso ab imminente
periculo liberando et sic tenetur quilibet prelatus quia susce-
pit curam gregis dominici et demum cuius requiritur. Ut
pro ipso in maximo necessitatis articulo constituto qui non potest evadere
dein dampnacionem nisi homo morti se exponat. Et dico
quod est necessitatis quantum ad omnes sicut bona sua et dare
pauperibus qui sunt in maxima necessitate. Et secundum has vias et
timere(?) tenentur. Sed sciendum quod aut est persecutio generalis
aut personalis. Si generalis tunc debet pastor animam suam
ne dispergatur totus grex ponere ut dictum est. Si vero
est personalis persecucio tunc licet declinare persecucionem. Exemplo
xpi cum a facie herodis fugit in egiptum. Et Act. 9 in exemplo
paulo qui a fratribus per murum submissus fuit in sporta
unde augustinus fugiat minister xpi sicut in egiptum xpus

dum palam fama est certo salus sunt aut dicitur Si vos
persecuti fuerint de una civitate fugite in aliam de hac
materia legitur et notatur vii q. i. Scisitaris Cum vero
in tali certo casu ubi solus queritur pastor debet oves
pro pastore animas ponere ne passo pastore dispergantur
oves secundum Greg. quemadmodum dicit Aug. primo Confess.
de Ambrosio in civitate Mediolanensi instigante ariana Iu-
stina Valentini regis inquieta Ambrosius in plebe que excubabat
in ecclesia et parata erat mori cum episcopo. 3o ponitur differentia inter
verum pastorem et mercenarium. Mercenarius autem mercen-
narius dicitur vel quia mercede ductus vel conductus et scilicet
3o symoniacus vel quia mercedem sperat eternam istorum est nullus
pastor. Unde subditur Et qui non est pastor. De eo qui
symoniace ordinatus est non dubium quod non sit pastor et
quia non potest ministrare ut dicitur i. q. 3. c. ultimo De
eo qui non est symoniace ordinatus est mercenarius tamen
est quando bene se ministrat dicendum secundum Greg. quod talis
intus nomen pastoris perdit eo quod terrena sibi plus quam
oves diligat Cuius non sunt oves proprie sed potius querunt
temporale comodum eorum intentione sunt in ecclesia Videt lupum
venientem Per lupum potest intelligi dyabolus Je. 4o lupus ad ve-
speram vastabat eos Crema cum dyabolus cecidit a claritate
lucis eterne quasi ad vesperam vastare dicitur Ecce lupus venit
ad oves ut eas recipiat Aug. Ecce lupus omnis glutto
apprehendit eum dyabolus adulterium persuasit Vel per lupum hereticum
potest intelligi Mt. 7 Attendite a falsis prophetis qui veniunt
ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapa-
ces Iste lupus venit ad gregem et capit per falsa doctrina
Vel per lupum potest intelligi quicumque tyrannus et
persecutor fidelium Ezech. 22 principes in medio eius quasi
lupi rapaces i. rapientes predam Iste lupus venit
ut temporaliter affligat oves Adversus omnes istos lupos
Bonus pastor animam suam ponit i. resistit temptationibus
demonum arguendo et increpando vitia quia si quem
videt obstinatum corripiat 2 Thimo 4 Insta opportune
importune obsecra increpa Resistit fallaciis hereticorum
vera predicando 2 Thim 4o opus fac evangeli-
ste ministerium tuum imple Resistit etiam persecutionibus malorum

+ fideli

orando et implorando celeste beneficium ut Ambro. Etiam
legitur 23 q. 8 Convenior. Adversus milites gothos et
arma lacrime mee arma sunt talia munimenta sunt
sacerdotis aliter nec possum nec debeo resistere. Sed audiamus quid i
textu isto facit mercenarius. Mercenarius autem videt lupum
venientem et dimittit oves. In morsibus luporum lacerandas
et fugit ut salvet seipsum dimittit oves dampno et ipse
fugit dampnum. Notandum autem quod non sunt utilitates si mer- b
cenarii tollantur in ecclesia dicit enim Augustinus diligendus est
pastor cavendus est latro. Mercenarius enim tamdiu utilis est
quamdiu non videt lupum neminem i. furem vel latronem
Cum autem viderit fugit. Nec enim mercenarius diceretur
nisi acciperet mercedem. Sed filii cum patre patienter
expectant mercedem. Mercenarii non temporalem mercedem se
stinanter optant et in pluribus verborum divina xpi
ystoria defamant. Unde quod ledit unde mala facit. Non bu-
bona dicit botrum carpe spinam cave. Quando botrus ali-
quando de radice vitis exortus pendet in spinis. Multi
quidem in ecclesia commoda terrena sectantes xpm predicant
et per eos vox xpi auditur et sequuntur oves non mercenarium
sed vocem pastoris. Attendendum etiam secundum Augustinum quod mercenarius aliquando
corpore resistit sed animo fugit. Est tamen quod ad ultimum
non timeat maculas et corpore ad ultimum fugit tu
animo licet persistat corpore. Item si contempnit predicare vita-
tem ut eligat arbores aut ceteros pervenire non obiciat
se tyrannis volens principum captare benivolentiam dimittit
oves curam eis non impendendo et fugit corpore ab eis
Considerandum est in hoc dicto veri pastoris et mercenarii. Verus
enim pastor fuit salvator noster qui videns in passione
sua non lupum unum sed multitudine luporum venientem pro-
misit se gregi discipulorum suorum ad invictos. Quem queritis
Illi autem dixerunt Ihesum nazarenum. Ipse non fugit nec
discipulos reliquit. Sed adiunxit Ego sum. Si ergo me
queritis sinite hos abire. Non fuit mercenarius. Et ideo dicitur Eze-
34. Disperse sunt oves mee eo quod non esset pastor. Mer-
cenarius autem fugit quia mercenarius est. Greg. Utrum
aliquis sit mercenarius vel verus pastor veraciter cognosci
sci non potest si occasio desit necessitatis. Ipse enim tranquillitatis

non cognoscat naufragium. Iste mercenarius sicut bonus verus
pastor videt hoc circa gregem. Sed lupus veniens ad
indicat utrumque. Effugit enim mercenarius. Et mercenarius est
quia non querit nisi lucrum sine mercedem lucrari ideo fugit
ne illud perdat. Quia non pertinet ad eum de ovibus
Omnes lucra querit terrena parte quod diu solo querit stipendium
Nichil est sibi cure de gregis dispersione dummodo non
perdat quod principaliter amat. De 2a parte ewangelii

Ego sum pastor bonus et cognosco meas et cogno-
scunt me mee. Sicut novit me pater et ego ag-
nosco patrem et animam meam pono pro ovibus meis.
Secunda pars in qua 2o probat se dominus esse bonum pasto-
rem ex alio medio puta quia ipse cognoscit oves suas
et cognoscitur ab eis et quantum ad hoc facit. Primo premittat conclusionem
et intentionem assignat medium probandi quod est noticia
omnium. Ego sum inquit pastor bonus non ex accidenti bonus
sed essencialiter bonus ut dicit Gregorius. Causa sue bonitatis
assignat omnium noticiam. Et cognosco oves meas etc.
Crisostomus 2o. Novit dominus qui sunt eius. Ille vero sole sunt
oves Christi que vocem eius audiunt credendo doctrine
eius et ipsum sequuntur per vitam intentionem et operationem. Ille
oves sequuntur quia sciunt vocem eius. Joh. x. Et nota
quod noticiam debet habere quilibet prelatus et vigilare suo gregi
quia oportet eum rationem reddere de omnibus sibi commissis.
Hebr. 13. Obedite prepositis vestris et subiacete eis. Et
debet autem vitam et scientiam subditorum cognoscere ut di-
stinguat oves ab edis. Prov. 27. Diligenter agnosce
vultum pecoris tui. Debet autem agnoscere si aliqui sunt
peccatores notorii ut eos arguat. I Thim. 5. Peccantem
coram omnibus argue ut et ceteri timeant. Item scire debet
qui sunt pupilli et pauperes in civitate ut eis subveniat
qui vero paciuntur iniuriam ut eos subveniat. Eccli. 7o
Pecora tibi sunt. Sed heu verum est quod dico quod multi
pastores oves suas non cognoscunt sed possessiones tamen
diligenter considerant. Redditus vero et expensas subtili
examinatione computant. Verum vero aliquis relicta parochia

tenecat concubinam. qualiter regat populum quam gwisset. Et
cus hoc non attendunt quam plures maxime cum speculatores
ecclesie facti sunt ysa. 56 Ipsi pastores ignorauerunt intel
ligenciam. omnes in viam suam declinauerunt unusquisque ad a
uariciam suam Vnde quantum in eis est ipsi tot animarum sunt
causa dampnacionis quot sunt eis commisse. Et ideo ergo fiat
talis pastor in die iudicii nisi penitencie egerit. Et ideo audio
de te Redde racionem villicacionis tue iam non poteris villicare
Redde michi racionem quibus tradidisti bona ecclesie. quibus et non
dispensasti sacramenta dei. qualiter custodisti animas de omnibus
Christi sanguine redempti Tunc pauperes dabunt voces quod
fame perierunt. tunc multe oues lamentabuntur quod eorum causa
sunt dampnati. Secundo ponitur quod et oues Christi cognoscunt
ubi Et cognoscunt me mee. Oues Christi cognoscunt non
tercia quam per dileccionem operatur. Et ideo non possunt decipi in contra
rium membris. Distinguerit eum pseudo Christum et pseudo prophetas
a fructibus eorum eum cognoscent eos. Nota quod pastor non
debet esse priuata persona sed palam omnibus debet demonstrare
ut sit lucerna non sub modio abscondita sed lucerna in debet
super candelabrum esse ut lumen fideles illuminet. Mathei 5o sic
luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona
et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Et tunc vita et
[illegible] et et moribus subditis bonum prebeant exemplum
imitacionis et et conuersacione in caritate
Ad Thimotheum 4 Esto exemplum fidelibus in verbo et conuersacione in caritate
in castitate. Deus diligenter attendendum quod exemplo oues debent
cognoscere pastorem summopere tamen est ipsi pastori
propriam vitam. Vnde dicitur de officiis li. Forma debemus
esse actibus non solum in opere sed et in sermone castitate et
fide quales videri possumus. tales et simus et ipse offen
dimus tales appareamus. Item Ambrosius in suo pastorali
dicit in tanta celsitudine sublimior ut consciencia sacerdotis habi
tur regnat ut locucionem similemus columbina et me
tem habeamus canina ut professionem in pectore omnia et fi
delitate habeamus supina ut dignitate prophetam dicat Ieremias
patris labiis me honorat cor autem eorum longe est a me
Nouum propter illud quod dicitur Et cognoscunt me mee. quod

ipsi cognicionem multis modis perueniunt ut habetur in gradu
g agitali Glo. sup illud Rom 1o Quod notum est dei
manifestum est illis Primo per naturalem cognicionem ps. Signa-
tum est sup nos lumen vultus tui domine Sed habetur ysa 1o
dicitur Cognouit bos possessorem suum et asinus presepe
domini sui israhel autem non cognouit me Secundo per gratiam infu-
sionis ps. illumina vultum tuum sup nos Sed habetur ysa 45o
Accinxi te gratia et non cognouisti me Tercio per euangelicam
reuelationem Gene 12 Nunc cognoui quod timeas dominum i.
cognoscere te feci Sed habetur leuit 10o Stultus populus meus
me non cognouit filii mei insipientes et vecordes Quarto per
humanam eruditionem ps. Quanta audiuimus et cognouimus
ea et patres nostri narrauerunt nobis Sed habetur ysa 6 videte
te visionem et nolite cognoscere Quinto per creaturarum inspec-
tionem Sap 13o A magnitudine speciei et creature possimus cognoscibiliter
in cognicionem creatoris qui fecit illa Sed habetur Joh 1o mun-
dus eum non cognouit Sexto per spiritualem lectionem Joh 1o
Nunquam non principes cognouerunt quia hoc est xps. Septimo per
scripturas 1 Cor 2o Sapientiam loquimur quam nemo prin-
cipum huius seculi cognouit i. nouit Octauo per reuelationem
diuinam ad probandum quia ipse suarum omnium habeat noticiam
Ibi Sicut nouit me pater etc Considerandum est secundum quod dicit
Augustinus omnes sunt omnes electi et predestinati ad vitam
Cognoscere autem qui sunt predestinati nobis est impossibile
Unde Apostolus Rom 11 differens de predestinatione dispu-
tans tandem dixit abscondita O altitudo diuiciarum sapi-
entie et sciencie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et in-
uestigabiles vie eius Quis enim cognouit sensum domi-
ni aut quis consiliarius eius fuit Solus autem deus nouit
hoc secretum Innuit autem secundum quod xpus totam noticiam
habet a patre ita quod pater non celat aliquid filio
Considerandum igitur est quod omnes creaciones omnes predesti-
naciones que sunt in pectore summe principii sine principio prin-
cipii nouit filius ac per hoc cognoscit oues suas Et
hoc est quod dicit Sicut nouit me pater Cognoscit
autem filium pater totaliter quod nichil est in filio nisi quod
intimauit verba patris ut eo quod nascendo accipit Eodem
filius autem modo cognoscit patrem Unde consequens est quod filius

ovium suarum i. electorum et predestinatorum habet notitiam Joh. 13.
Ego scio quos elegerim Ephe. 1o Elegit nos in ipso ante mun-
di constitutionem. Sed dicat aliquis secundum hanc deductionem bene
probatur quod xpistus habet perfectam notitiam omnium suarum sed non
probatur qualiter oves cognoscunt eum. Dic eum respondit verba
xpi Cognosco oves meas sicut novit me pater et cognoscunt
sunt me mee sicut ego cognosco patrem. Similia similitudo
apparet ex deductione facta. Sed 2a non patet eum quod pater perfecte
cognoscit filium et filius patrem et quod filius perfecte cognoscit
oves sed qualiter oves cognoscunt pastorem non est clarum sine
~~declaratione~~ declaratio Pro quo est sciendum secundum Aug. quod glo. dicit Cog-
noscunt me mee sicut ego cognosco patrem sibi ly sicut est nota
similitudinis non equalitatis sicut alibi Joh. 17. Filius o-
rantis pro discipulis patrem d. Ut sint unum in nobis sicut et
nos unum sumus et sic eum ut dicat Crisostomus ut nos est nota
oves et patrem mensura cognitionis xpi subdit. Sicut
novit me pater et ego agnosco patrem q. d. Inter me et
patrem est equalis cognitio non autem inter me et oves licet
ego eas et ipse me agnoscant. Secundum autem quod pastor ma-
xpistus oves suas certissime cognoscit certitudine fidei
Ulterius regreditur se ad probandum se esse bonum pastorem. Dicens
licet eum quod bonus pastor dat animam suam pro ovibus suis
Et hoc fuit maior ymmo nunc subiicit mortem ipse eum
hoc fecit Et animam meam inquid pono non coactus sed sponte
Joh. 10 potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi
eam pro ovibus meis. Volens eum omnibus xpi prefecit
eius passio. Nota quod ut nobis remitteret debita pec-
cati fuit quasi fideiussor quam gravis tradens animam suam
pro magnitudine peccati. Venit enim filius hominis animam
suam dare pro multis et hoc fuit signum magne caritatis
quia animam suam tradidit. Et attendenda est maior ca-
ritas quia animam suam tradit pro nobis non solum parvum sed
sed etiam inimicis Jer. 12. Dedi animam meam dilectam in manus
inimicorum. Et non quod excellentissime ymmo dat hanc
caritatem sine caritatis gratiam qua etiam animam suam expo-
suit morti Ysa. 53. Tradidit animam suam et cum sceleratis
reputatus est [illegible] fanati filius. Hanc tantam
grandem fideiussorem nec unquam debemus oblivisci. Eccl.

quam fidem seruauit tibi ne obliuiscaris. Et dicit exemplum circa V
Et alias oves habeo que | Dnica post pasche [?] | Sermo
non sunt ex hoc ouili et illas oportet me adducere et
vocem meam audient Et fiet vnum ouile et vnus pa
stor. Circa primo principaliter in qua ostenditur quod xpus dis
persas oves ad vnum reduxit ouile et tria facit. Primo
cum signat se habere alias oves, scilicet dispersas ibi Et alias
oves habeo per ostinatas scilicet congregantibus que non sunt ex hoc
ouili · ipsi iudeorum pertinati quibus cedit tamen multis
congregantibus qui erant de ouili ipsi ipso, sed non dum erant
20 in ouili dni congregati. Secundo ponitur xpi sollicitudo in
tendens omnibus. Et illas oportet me adducere. Hoc
quod dicit oportet secundum Crisostomum non est necessitatis de iuratum sed
consummatum eius quia omnes oves suas saluas faciet.
Nota xpus ut dispersas oves congregaret in vnum que
sunt eius in hoc mundo · clamando peregrinando · passus la
borem · sudorem famem sitim vigilias et molestias
plurimas et tandem mortem sustinuit Ioh. xi.o xpus
moriturus erat pro gente scilicet iudeorum · sed non tantum pro gen
te · sed ut filios dei qui erant dispersi in vnum congrega
ret. Et vocem meam audient. Hec enim non sunt
oves errantes · quia audierunt vocem pastoris credentes
tes eius et obedientes fide ysa. 12. Attendite qui
longe estis quid fecerim Et alibi · populus quem non co
gnoui seruiuit michi in auditu auris obediuit michi
Audientes igitur oves ipsi sacerdotis et pastoris voce
ad eum se conuertunt i. Pe. 2.o Eratis aliquando sicut oves
no errantes · sed nunc conuersi estis ad pastorem et episcopum anima
rum. Nota quod fideles vocantur ouibus comparantur
et assimilantur. Primo propter innocentie simplicitatem
2.i Reg. vlt.o Isti qui oves sunt quid fecerunt. 2.o propter
ymolande martirii ydoneitatem Ps. Estimati sumus
sicut oves occisionis. Tercio propter patientie tranquillitatem
ysa. 53 Sicut ouis ad occisionem ductus est. Quarto propter
vtilitatis doctrine fertilitatem ysa. Nutriet homo duas o
ues · et prae multitudine lactis comedet butirum. Quinto
propter vellus · i. caritatis fomentum et caliditatem Iob
31.o de vellere ouium mearum calefactus est pauper

6° propter luporum i. tyrannorum et persecutorum Mt 10 Ecce
ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Septimo
propter ~~fructificationem~~ ubertatem fructificationis Can 6 Omnes ge-
mellis fetibus ps. Oves eorum fetose. 8° propter pastoris cogni-
cionem Joh 10 Oves mee vocem meam audiunt. Non
dicitur super illud vocem meam audient quia vox christi est melo-
dia grata que est dulcis ad consolandum Cant 2° Vox tua dulcis
virtuosa ad conterendum ps. Vox domini confringentis cedros
et commovet deus cedros libani Gen 3° Audivi vo-
cem tuam et timui. Amara ad audiendum ps. In voce
exultationis et confessionis sonus epulantis in mensa
dei. Potens ad remunerandum Joh 10 Voce mea au-
diunt oves mee vocem meam audiunt et ego vitam eternam do
eis. Efficax ad audiendum Job x. Voce quasi aure
lenis audivi. Et nota quod hoc quod dicitur. Alias oves habeo
que non sunt ex hoc ovili quia nulla ovis est eius ta-
est contra etiam quia nulla est in potencie. Item quod dicit
illas oportet me adducere contra illud Mt 15 dicitur Non
sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel
Ergo non debet nisi illas adducere. Responsio quia illas
oves de gentibus non dicit vocatas secundum presentem iusticiam
sed eterna electi secundum predestinationem etiam illas
suas dixit. eterna addixit merito passionis et non predicationis sue sed apostolorum
adduxit in propria persona et specialiter et principaliter venit
eterna ipse in propria persona quibus missus erat et agnibus ~~erat~~ fuit
ipso consilio predicare quibus missus erat et agnibus fuit
Et secundum hoc exponendum est illud Mt 15 Non
sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. Tercio
tangitur unitas eterne. Et fiet unum ovile et unus pa-
stor. quia in unitate fidei Ephesios 4 Una fides et unum bap-
tisma unde non est ipsius ovile iudaicum vel gentile
licet in ipso congregentur iudei et gentiles sed est ovile christi
ubi non est distinctio iudei et gentilis. Et unus pastor
pastor unus est christus Ez 34 Suscitabo super pecora
mea pastorem unum qui pascet ea 2 Reg 21 Servus
meus david rex erit super eos et pastor erit unus omni-
um eorum. Nota quod pastores [illegible] multas oves habent que
non sunt ex hoc ovili. Unus cum patre licet [illegible] compute

int[er] oves o[mn]ib[us] pastoris multo tam[en] no[n] est de g[e]n[er]ali ce[te]r[um]
s[ed] de sp[eci]ali sp[irit]uali. Q[ua]m (ergo) duas su[n]t habe[n]t ovile de quo
dicit[ur] in ps[almi]s: Sicut oves in inferno posita sunt mors de-
pascet eos. Istas oves debet bonus pastor reducere pre-
dicando exhortando et amonendo ad primam. Sed hec
de quibusdam conqueritur d[omi]n[u]s Eze. 34 d: Ve pastoribus Israel
qui gregem meum non pascebant. Quod infirmum fuit non consoli-
dastis et quod egrotum non sanastis, quod fractum erat non alli-
gastis et quod abiectum erat non reduxistis et quod perierat
non reduxistis sed cum austeritate imperastis eis et cum potencia.
Et infra hoc dicit d[omi]n[u]s: Ecce ego ipse super pastores
requiram gregem meum de manu eorum. Si vero pastor
eos ad primam reduxerit tunc non erunt in terra sua
duo ovilia sed erit unus pastor et unum ovile. Et tunc
pastor fidelis remunerabit[ur] a pastore omnium pastorum Iª Pe.
2º: Cum apparuerit princeps pastorum pastores per[cipient]
[per]cipient immarcessibilem glorie coronam. Eternam nobis prestare di-
gnet[ur] Ihesus Christus. Amen. Sermo 2e dnice post

Ego sum pastor bonus Ioh. 10. Sicut dicit Augustinus
super eodem verbo d[omi]n[u]s omnibus suis predicatoribus et qui
tunc affuerunt et futuris scilicet nobis. Et [qui]squot post nos
oves fuerint spem magnam omnibus dedit ut omnes greges
audiant vocem pastoris dicentis: Ego sum pastor bonus.
Licet enim Deus pascat omnem creaturam de bonitate
sua corporali iuxta illud Mt. 6: Respicite volatilia
celi quia non serunt neque metent. Specialiter tamen animam
pascit sua bonitate gratuita et spirituali, quem pastum
ab eo petimus in oratione dominica cum dicimus: Panem nostrum
cottidianum da nobis hodie secundum Lucam. Et hoc iam olim
pollicitus fuit per prophetam Eze. 34: Ecce ego pascam oves
meas etc. d. Super glosam: non committam alienis pastoribus
sed ego prime ipsum pascam eas. Beati ergo sunt illi
oves que habent tam benignissimum pastorem. Sed ac-
diendum autem quod oves sunt in triplici differencia. Et secundum hoc
iste pastor tripliciter pascit eas, quia quedam sunt agnie,
quedam perdite et reinvente, quedam vero sunt fete.
Dicuntur fideles qui sunt oves pascue Dei, quidam

sunt agni p innocencie puritate / quida vero vincte ppue
vitate / quida vero scte sine scorde popin securditatem
has qualitas omes sibi dus pascit in tplici prato et tplici
genere herbaz / primas pascit in prato nature herba origi
nalis iusticie / Secudas in prato creature herba mudalis ast
monie / Tercias pascit in prato scripture herba spiritualis sa
monie ut attendit illud qui 2a scripta sunt prata et
apparuit virtutes herbe / Ubi glosa scripta sunt pascua
sacramentorum celestium que diu fuit figuris legalibus
clausa apparuit nouitas evangelice virtutis et gracie
omnibus domine pasture forme / Item omes sunt agni
agni p innocencie puritatem quantu ad statu innocencie
Ubi sciendum quod status est dicte de statu innocencie et de
statu innocentium / Status enim innocencie fuit in paradiso
ante peccatum / Sed post peccatum status ille annichilatus est / Xpus
tunc verus agnus illum tempore annichilatum reparauit
et restaurauit / Sed statu innocencie qui fuit in paradiso
non reformatur / Et isti agni pnt quidem esse in statu inno
cencium sed non sunt in statu innocencie / Virtutis plures sunt
innocentes qui tamen non sunt in statu innocentium / status
enim quanda immobilitatem importat / Ideo dicitur status asta
do / Ad cuius plenior notitia est notandum quod inter istos
innocentes est dare gradus / Sunt enim septem gradus
innocencie / Primum et supremum gradum tenet ipse verus
dei agnus xpus qui est pastor aliorum agnorum / Ipse namque
perfectissima innocentia fuit / quia nec peccato origina
li nec actuali contaminatus fuit nec contaminari potuit
Secundus gradus fuit primorum parentum quos deus in statu
innocencie posuit / Iste status multas privilegiatas p
fectiones includit perfectionem tamen innocencie xpi
non attigerunt / Xpus enim non potuit peccare quia homo
deus / Secundus vero adam potuit non peccare et peccare / quia
quamvis homo purus / Xpus et omnes illas privilegiatas perfec
tiones et conditiones nature humane quas habuit homo in
statu innocencie in se et conditione nature sue habuit quia
natura humana in eo non in obedientia omnimoda perfectione p
stini status reposita fuit / licet penalitates passibilitatis

et mortalitatis dispensative ipse assumpsit non necessitate sive
mortalitate suum liuoris in necessitate. Vide hoc supra a. b.
Primus gradus innocencie fuit in ista candidissima ag-
na scilicet beata virgine maria que licet in peccato originali con-
cepta in utero matris sue fuit preservata et sanctificata in qua
actuale tamen commisit. Immo post christi conceptionem eciam impec-
cabilis fuit. Unde dicit sponsus in Cant. Tota pulcra
es amica mea et macula non est in te. Post istam agnam
inmaculatam in gradu innocencie fuit Johannes baptista qui
primus post mariam virginem elegit puritatem qui tenera
tenere etatis annis ad heremum confugit ne levi saltem macu-
la vitam famare posset. Et ideo ipse primus tamquam
agnus meruit agnum verum scilicet christum digito demonstra-
re. Ecce agnus dei. Unde in quo libro dicit Bern. dicens
Dei agnus innocens et Johannes agnus. Sed non et ipse
innocens et quis innocens aut quantum innocens ex
tam tali radice. Tercius gradus est status virginum que
christo virginitatem suam carne et mente illibatam custodie-
runt et ab omni peccato saltem mortali se continuerunt et christo
agno et sponso suo bonorum operum lampadibus obviam
occurrerunt. Agnarum harum agnarum primicerius fuit Joh. ewangelista. Cui
virgini virgo mater agni in tantum fuit commendata. Inde
agnes que et ab agno nomen sortita est. beata katherina ce-
cilia agatha et dorothea et cetere virgines agnum in albis
sequentes. Apoc. xiiii. Quartus gradus est parvulorum qui
vel unda vel sanguine christi abluti sicut innocentes ab
herode interfecti vel fonte baptismatis in christo regnante in sua
innocencia decesserunt. Cum omnes licet magnum gradum
apud deum obtineant innocencie non tamen ut ille agne
inmediate preventi qui temptacionum insultus et tamen passi
si sunt. Et ideo ille multo illis innato preminent. Virgin-
tamen hii qui ille sequentur agnum inmaculatum quocumque
ierit virgines enim permanserunt. Et ideo regnant cum deo
et agno id est christo dei filio. Septimus gradus est eorum qui
ab innocencie statu ceciderunt et per primam eam re-
cuperaverunt de quibus patebit in sequenti sub sermone. Hii
enim innocencie gradus signati sunt per septem agnas
quas abraham statuit seorsum agnoscere testimonium

federa quod init cum Abymelech Gen. 12°. Iste Abyme-
lech fuit rex qui rapuerat uxorem Abrahe quam
dixit esse sororem. Cuius causa servi abstulerant Abrahe pu-
teum quem foderat. Per Abraham spiritus per Saram anima per Abymelech
caro vel corpus intelligitur. Hec enim tria sunt in homine
secundum Greg. super Ezech. omel. 10. Cum enim dicat quod caro con-
cupiscat adversus spiritum et spiritus adversus carnem, media
ponitur anima, que vel desideriis spiritus acquiescit vel ad
carnis cupiditates inclinet. Hec Greg. Tunc quasi Aby-
melech rapit Saram cum caro scilicet in suo regno prevalens
in homine animam ad carnis concupiscentiam trahit. Habet
enim caro etiam regnum suum in homine sicut spiritus sed regnum
suum. Sed Abymelech divinitus correctus sive correptus
Saram dimittit in pace. Sic fidelis anima licet carnalibus
desideriis rapiatur, divino tamen nutu in puritate sue
innocentie conservatur. Tunc Abraham init federa cum Abyme-
lech quando spiritus regnans tali federe carnem stringit ne eius
innocentiam violet aut perturbet. Et extunc spiritus ab
impedimento carnis quietum divinarum gratiarum puteum
ac possidebit. Quod autem Abraham seorsum agregare istas
septem agnas statuit, signat quod in cordibus animarum segre-
gande sunt actiones. Tertia sicut dicit Bernardus super
Cant. Difficile est inter turbas vitiorum et innocentie ve-
stem candore. Istas agnas omnes in quolibet statu contentes
Christus pascat in prato anime nostre, videlicet istius anime. Est enim
natura humana anime rationalis quoddam pratum specio-
sissimum quia ymagine et similitudine dei ornatum
ubi deus susceptum esse potuit etiam ad unionem personalem
ut dicitur in libro de spiritu et anima. Est preciosissimum quia
ipsa est capax totalis virtutis deifice et omnis crea-
ture. Unde anima rationalis dicitur esse omnia secundum philosophum in 3° de anima quodammodo.
Hoc quasi prato nostre misericordie deus pascat agnas suas videlicet
animas innocentes herba originalis iustitie per quam conditas ad
ymaginem dei ponit in sua rectitudine et similitudine
deiformi sensualitas perfecte subiicitur spiritui et spiritus deo.
In hoc enim consistit originalis iustitia ex qua virtutes o-
mnes pullulant in anima et inter rationalis maximus delecta-
mbus

obseruancium pascat voluptatum Vt dicit Ambros(ius) de tali
prato vel agro dicit Orig(enes) sup(er) Cant(ica) Vnius anime et
sapiencie que est filia vnius habet aliquem agrum plenum sed
fuit ille ager Iacob cuius suauitate promotus ysaac ysa
ac dicebat Ecce odor filii mei sicut odor agri ple
ni cui benedixit deus In hoc igitur agro vel prato anima di
ligentis studet plantare omnes illas bonos fructus
et omnes anime virtutes scilicet et vires operum spiritualium Hec Orig(enes)
E contra alii innocenciam non habentes cum ymago dei in eis
sit a sua rectitudine retorta et deformata non pascuntur
talibus delectacionibus intus Quia hec herba originalis
iusticie non pullulat in prato anime nisi verbo dei irrigata
Vnde dixit deus Gen(esis) 1o Germinet terra herbam
virentem vbi secundum glo(sam) per terram intelligitur anima fructi
fera que per herbam virentem bonorum operum fructum accipiunt
Tunc igitur terra herbam virentem germinat quando fidelis anima
in illis viribus in quibus ymago dei attenditur perfectam
originalis iusticie fructum bonorum profert operum Vnde
mox subditur Et protulit terra herbam virentem id est actus
et habitus virtuosos quibus ymago dei vera perficitur Re
ctitas enim ymaginis magis in ipsis attenditur in illis
viribus anime scilicet memoria intelligencia et voluntate
in quantum sunt perfecte per actus et habitus quasi induta ac
aptata Sicut enim sigillum deus voluit in sede anime inde
nisi vestiret

Dominica secunda post pasca pro pastor

Ego sum pastor bonus Secundum quod oues sunt quedam ali
quando perdite per peccata recuperate de quibus est parabola
illa luce 15 de centum ouibus et vna perdita et in re
ta per quas intelliguntur ille anime fideles que ali
innocencia ceciderunt sed postmodum ad statum innocencie
redierunt Et hii pertinent ad tercium septimum gradum innocen
cie ut dictum est Sed circa hoc cadit dubium vtrum
innocencia semel amissa valeat recuperari Et videtur
quod non Ieron(imus) in 1a ad Eustachium qui sic dicit Audenter
loquar cum omnia possit deus suscitare virginem non
post ruinam Sed contra Greg(orius) in quadam collecta qua vtitur
in ecclesia in qua dicit Deus innocencie restitutor

va/ exuberancius pascat voluptati ut dicit Ambrosius de
tali prato vel agro dicit Origenes super Cantica Omnis ecclesia
et perfecte que est filia nichil habens aliquem agrum quendam
sicut fuit ille ager Jacob cuius suavitate permotus ysa
ac dicebat Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni
cui benedixit deus [illegible] agro vel prato ecclesia dilige
ter studet plantare omnes bonos sensus et omnes ve
ritates et vires operum contollere hec Origenes / tacite [illegible]
Dicendum quod innocentia sumitur dupliciter Uno modo prout
negat actum sicut dicitur innocens qui nunquam cum
sit aliquid quo fiet nocens vel reus Et sic innocentia
perdita reparari non potest quoniam hoc solo privatur deus ge
nita facere ingenita secundum philosophum 6 ethicorum Et sic intelli
gendum est verbum Jeronimi quoniam deus non potest facere quod corrup
ta sit incorrupta quantum ad actum preteritum Alio modo sumitur
innocentia prout negat culpam sicut et sonat vulgare
unschult Et sic potest reparari quoniam deus potest omnem ma
culam culpe abluere et signaculum fractum reintegrare
ut ecclesia tanta confidentia intrat et caro tanta integritate
floreat sicut prius ante omne peccatum Et sic intelligendum
est verbum Gregorii Homilia de utroque scilicet primo intacto et in
lutatum peccato sed aliud non potest quod sordidum est et magis
bene sordes tamen ablui potest ut recipiat innocentie et
candore pristinum Eo quo [illegible] Tertium quod debet
actui vel operi reparari non potest ut amicabile virginum quod
modo debet in uno radice cantatus reparari etiam potest
in gradu ampliori sicut de petro dicit Ambrosius li
primo libro de fidelibus fidelior inquit factus est
petrus postquam fidem perditam deflevit atque ideo ma
iorem graciam meruit recepit quam amisit Tunc qualiter
aut per penitentiam reparatur innocentia perdita sit est vi
dere secundum Origenem super Cantica Illa innocentia tres habet
pedissequas id est tres nobiles prerogativas cum [illegible]
laures que per peccatum perdunt sed per penitentiam reparantur Prima
est bona fama sed cum fama est illesa dignitatis
status profecti laudem Secunda est prima et suavis co

sciencia Orig hoc habet infidelitas ... ca et pniictis
scia q̄ remorsu mortifero nō sentit quia pctm quod
est mors aīe longum admisit. Et contra semp ꝑsimit
scīa ꝑturbata conscīa Sap. i a Sz vbi animalis
vita morbus nō est ibi nulla ꝑturbatio ibi nulla ꝑ
cupacio ibi summa securitas delectacio g° vbi est i nocen
cia ibi securus cōscia vñ est g° ꝑ psl. 17° dicit̄ secu
ra mens est quasi iuge conuiuium Tcia pedissequa
innocencie est pudica vercudia Orig In vercudie mis
fallor infirmitas male et pessime plus pestilencie
inat est consuetudo peccandi Sz cum male frequent co
mittatur eo ardent committi libencius quo frequencius
Sz sed innocencie si se nobilis associat vercudia in qua p
tota innocencie facie fit rubea ꝑfusio de pctis etiam alie
Sz pedissequa que iste ꝑ pctm fugantur Et ptes alias
nē penitencie renouant pedissequas Prima pedisse
qua vē pnie est pta ab abhominacio que pulcrificat
bona fama vnde Orig Nichil tam efficax adeo
pnto ad recuperanda fama qua ab hominari illud pg
maxime contingit fama maculat Sic cum sit regres
sio ad bonum si plene detestatur contra in famie Hest
ii° Tu scis dne necessitatem meam qm abhominer si
gnum superbie et i amis glie et detester illud quasi
pannum mulieris menstruate Sc̄da pedissequa vere
pnie est dolor de pctis qui dulcorat conscienciam Orig
Quanto magis in scelus sensit a ꝑ pctō commisso tanto vi
dolor accepit Tanto iocunditas interioris tota dulce
sat vnde Hest vbi sup Omnia loca in quibus ania letata
fuerat lacrimarum copia compleuit Tcia pedissequa
vē pnie est verecundia confessionis que i dulcat pudicicia
vnde Orig Bona est verecundia qua in confessione verecundus
penitens sustinuerit Ira et mors confugiunt pudicicia et
vereor complet graciam Igitur qui sic pedissequas innocen
cie reducere fuerat ꝑ pedissequas pnie tunc omnibus
deperditam reponit' in agros sz tamen nō sit agnus
in innocabilitate integrum vt dcm est sit tamen proxima
agnus iuxta illud Pb' Adducent regi virgines

post eam proxime eius offeruntur tibi ubi secundum Glossam per proxi-
mas intelliguntur vidue caste que et si non virgines pro-
xime tamen sunt virginibus. Sed tu non potes dicere canticum
illud quod solis innocentibus assignatum est Apoc. 14. Et nemo
poterat dicere canticum illud nisi solum illa centum xl iiii
milia. Sicut et quilibet verus penitens potest dicere
illud Psalmi Judica me deus quoniam ego in innocencia mea in-
gressus sum. Quia innocenciam custodire non sufficit
sine speciali adiutorio dei. Gracia nemo potest esse continens
nisi deus dederit. Ideo subdit Et in domino sperans non infirma-
bor. Alii autem qui perdiderunt innocenciam quantumcumque eam
reparaverint illud tamen canticum dicere non possunt sed possunt glo-
riose dicere quod sequitur in eodem psalmo Lavabo inter innocentes
manus meas q. d. secundum Glossam Et si non sum vere innocens
lavabo tamen manus meas id est mundabo opera mea scilicet co- bo
fitendo et penitendo et sic inter innocentes conversabor.
Ad hanc innocenciam pervenerunt omnes apostoli post susceptum
spiritum sanctum et Maria Magdalena et plures alii sancti qui
virgines et innocentes plures multum super excellunt. Et
hoc premio essenciali. Et hoc de omnibus potest et ad candida
agnorum redeunt que pascuntur in eodem prato et eadem her-
ba ad agnos. Gracia virtute nec prime reducuntur vita ad
conformitatem divine ymaginis secundum Augustinum. Sed quia non
omnes penitentes ad statum innocencie in tanta excelle-
cia reponuntur Sequitur videre in quo prato et qua herba
penitentes conveniunt pascuntur. Quod in prato creature.
Dicit quod secundum quod sicut homo peccavit abutendo crea-
turis per inordinatam dilectionem sive delectacionem iuste eciam
cum deus uti in istis creaturarum ad peccati expiacionem. Deus
cum post peccatum primorum parentum ad hoc armavit omnes
creaturas ut ulciscantur peccata nostra que in carne abu-
tebamur si quomodo iuxta illud Sap 5° Armabit creaturam
ad ulcionem inimicorum Sap 16 Creatura tua domine tibi
deserviens exardescit in tormentum adversus iniustos Et
inde est quod dicit Hugo in libro de contemplacione domini nostri
Ihesu Christi quod mala creature mundi nobis inferuntur
in vita presenti et cruciant dolores quos toleramus acerba

morbidant. esca in flagicium. ieiunia macerant. sompni dis-
solvunt. tristicie consumunt. sollicitudines pungunt. securi-
tas ebetat. divicie iactant. paupertas deicit. iuven-
tus extollit. senectus incurvat, infirmitas frangit. me-
ror deprimit. dyabolus insidiatur. mundus adulatur. caro de-
lectatur. mens excecatur. totus homo conturbatur. Et post omnia
mors furibunda succedit, hunc namque febribus. illum
consumit doloribus. hunc consumit. illum siti extinguit.
illum suffocat aquis. hunc interimit per laqueos. illum
perimit flammis. aliud vero dentibus bestiarum vorat
ferarum. hunc trucidat ferro. illum veneno corrumpit.
Et omnibus gaudiis finem imponit. Hec Augustinus. que omnia
mala declaratur non accidunt si peccatum non esset. Ecce
latum pratum creaturarum in quo penitentes pascuntur. Sive
iste penalitates imitantur adeo et ad peccata sufferant
sive sponte assumunt pro emenda peccatorum. quod sa-
lubrius est. Et videamus qua herba in hoc prato
pascuntur isti penitentes. Est quedam herba penalis
afflictionis que hec herba in principio amara est
sed accedente gratia dei dulcescit anime penitenti. Unde
Ambrosius in quodam sermone. Cum sit penitas ut tibi a-
mara sapiant in via quod antea delectabat. amar-
itudo te vulneret in corde. tunc bene ingemiste ad
deum. quod bene figuratum est iiii Reg. 4o ubi legitur
quod egressus est quidam in agrum colligere herbas agre-
stes quas decoctas cum socii gustassent pro amaritudine
non poterant comedere clamantes. Mors in olla. sed
cum Heliseus misisset farinam in olla non fuit amp-
lius quoniam amaritudinis in olla. herbe agrestes a-
fflictionis penalis que in principio sunt amare sed de-
cocte in olla cordis igne mentis contritionis. et immissa
farina munde cogitationis de premio eterne vite. tota
amaritudo vertitur in dulcedinem. Unde Beda super ... A-
maritudinem radicis dulcedo pomi compensat. preci-
la mare. spes lucri delectat, dolore mediante
spes salutis se mitigat. Eam despiciat ... fra-
git ... primam agit qui etiam vult ad here bono

2 a. 3 ·Elismo fide·

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor tales oves
quales pascat pastor iste. Oves sunt sancte per quas
signantur fideles, que virtutum bonorum operum fetu fecunde.
Circa quod tria sunt videnda. Primo in quo fetositas
istarum ovium attenditur. 2º in quo prato pascantur. 3º qua
herba vivant. Quantum ad primum est sciendum quod fetositas
istarum ovium attenditur tam operibus vite active quam in
fructibus contemplative. Fidelis cum suis virtutibus fetosa
in utraque vita pascitur. ideo ita ut nunc pateat deo per con-
templacionem nunc redeat ad actionem. sicut de illis animalibus
que ibant et revertebantur. sic et moyses nunc ascendit
in montem ut gloriam dei videret. nunc descendit ad castra
ut necessitatibus populi provideret. Et hec geminacio signatur in
Cant. 4º In grege ovium tonsarum que descenderunt de la-
vacro. de quibus subditur ibi. Omnes gemellis fetibus
et sterilis non est inter eas. Oves cum sponse omnes debent
esse tonse per voluntariam paupertatem ascendentes de lavacro
per baptismalem vel penalem puritatem. Et ista gemel-
larum fetuum alternacio ad literam designatur in natura quarum
que in plerisque terris bis in anno fetificant. Et ut dicit in
libro de proprietatibus rerum. Unius prolimudinem cum superveni-
latus tenet et aliud super aliud quod attestatur predicta
alternacione fetus gemini. Eciam iste sancte oves nunc
per unius aliquem incumbunt actioni, nunc per unius aliud
incumbunt contemplacioni. Unde quidquid tales faciunt agunt
totum est utile. Unde et de ove dicitur quod omnia que ipsa
sunt utilia sunt. lana pellis caro lac. digestiones
et ipse fimus in quo quiescit. Sic et istis sanctis omnibus
omnia cooperantur in bonum etiam ipsa peccata secundum Augustinum. Unde
ipse apostolus in Thymo. 4. pietas ad omnia utilis est. Secundum
Glossam propter pietatem qua colit se ad cultum dei quantum ad
opera contemplative vite et ad operamina quantum ad opera
etiam vite active. Unde hec pietas promissionem habet vite
que nunc est et future ut ibidem dicit apostolus. Generaliter
dicuntur isti gemelli fetus utriusque vite activa et habet
similiter. Docet preterea in doctrina contemplativa. li. 1º dicens
ad activam vitam pertinet nunc ...

motus corporis sine etiam cordis romis nupsio parare. Ad
contemplativam super humana professionis desiderio ascendere
mansuetus agendis virtutibus intendat. Hinc enim est
nulli prius virtutes vocare ab aliis sibi relatis equa
nimitate tollare. Ista scilicet ratio nostra nam scilicet patiens virtute
compescit in moderate cupiditati parsimonie frenos imponit
Cingit desideriis carnalibus nec consentit. pulsatur mun
di huius curiositate nec rapitur. Eruditur diabolica impu
gnatione nec vincitur et deo devota mente subicitur. non
superatur diversis temptationibus sed probatur. Ille scilicet contemplativus
dulces affectiones quibus mens mortalium variatur sanctis virtu
tibus vincit cupiditatum ac perturbationum expedita inte
rior ineffabili gaudio divine contemplationis afficitur
Iste videlicet activus suscipiendo peregrinum vestiendo nudum
gubernando subiectum redimendo captivum tuendo violenter
oppressum ingerit se ab omnibus iniquitatibus suis evacuat
et vitam suam bonorum operum fructibus ditat. Ille scilicet contemp
lativus facultatibus suis in usus pauperum distributis simul
se expoliavit mundo et ammonit. Totisque viribus celo
intendens et tota mente se Christo restituit. a quo immortales
divitias sibi dari orat ut pauper immortalitatis vestime
nto vestiri se cupit ut inde defendi se ab impugnatione
invisibilium hostium supplicat ut fragilitate carnis oppressus
celestem patriam sibi dari desiderat ut peregrinus. Activa
vita habet sollicitum cursum. Contemplativa gaudium
sempiternum. In hac acquiritur regnum in illa capitur. Hec
ille. Ecce quam felix gemmatio gemellorum fetuum et fide
les ille oves que sine ingrediuntur per contemplationem sive
sine egrediuntur pastorum semper pascua inveniunt. Iohannis 10
Tercium ad secundum sciendum quod iste benedicte oves pascuntur
in prato scripture. Hoc nos cuius pratum valde latum est
et amplum. Et accipio hic scripturam non solum in sacris
codicibus scriptam et studio lectionis menti impressam vel
sacra predicatione auditorum cordibus instillatam vel sancta
meditatione menti commendata sed et in cordibus devo
torum digito dei scripta quemadmodum dicit apostolus ad Romanos
2 de gentibus qui sunt lege dei scripta in cordibus suis
Unde legitur in decretis 19 q. 2. Due ~~at~~ autem [illegible]

2 3

lex pape Due inquit sunt leges una publica alia privata publica lex est que a sanctis patribus scripta et confirmata est lex canonum lex vero privata que in instinctu spiritus sancti in corde scribit ... hoc pratum in sui amplitudine oves iste ... Christo nostro bono pastore sit ...

[illegible]

plene

[illegible]

Captus

Beda sic dicit. Nichil in hac vita dulcius sentitur, nichil
audiri suavius, nichil itaque mentem nec ab amore mundi
separat. Nichil sic animam contra temptaciones roborat,
nichil ita hominem excitat et adiuvat ad omne opus et
ad omnem laborem sicut studium sacre scripture. Secundo
vocatur pratum complebatur (?) varias sermone producit de quibus
herbis dicitur Eze 34 Ibi requiescent in herbis quia iste
sacre omnes spiritualem sermonem ab omnibus deliciis
spiritualibus proferunt quia celestem vitam ducentes in
terris. Ad virtutem autem istarum herbarum et ad omnia sacra
vel sanctitatem multa invitat exempla sanctorum. Ad quorum
aspectum oves concipiunt fetus varios operum colorum. Quod
preclare figuratum est Gen 30 in Jacob qui virgas decor-
ticatas posuit canalibus unde bibebant oves ad quarum
aspectum oves concipiebant fetus secundum varium colorem. Virgas va-
rias secundum Greg 12 Mor. intelligunt exempla sanctorum priorum pa-
trum quas aspicientes homines ut spiritus divinarum
intencione sunt Christi singulariter quibus eorum actionibus premis-
cent ut tales fetus operum pariant qualia exempla preceden-
cium videant et diversi colore plenam virtutum ac bonorum
operum videant dum in se varietate exemplorum sanctorum for-
mat non in quantum solum sanctorum virorum sed etiam ipsius Christi pa-
storis. Tamquam sunt iste oves proprie quas ipse vocat nominati-
m et ante eas vadit et oves illum sequuntur quia sciunt vo-
cem eius ut dicitur Joh 10. Hec est illa sancta varietas virtua-
lis sermone qua regina id est anima electa est circumdata Ps.
Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata
varietate id est operibus caritatis circumdata scilicet varietate virtute
bonorum beatitudinem fructuum et meritorum. Qua varietate nos
circumdare et ornare dignetur pastor noster Ihesus Christus sua
immensa bonitate qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen

Modicum et iam non videbitis | Dominica tercia post pascha

Me et iterum modicum et videbitis me quia vado ad
patrem. Dixerunt ergo discipuli eius ad invicem Quid est
hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me et
iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem. Dice-
bant ergo quid est hoc quod dicit nobis modicum. Nescimus

quod loquitur Proverbialiter dicitur dulcia non meruit qui
non gustavit amara. leticia autem et tristicia se habent sicut
dulcis cibus et amarus ut dicit Aug' in li. confess. Volens ergo
deus discipulos suos finaliter multum letificare permisit eos
in hoc mundo aliqualiter tristari. Tamen de sua providencia substrac
cione qua de presencia ad usum eorum presentaretur. Et ut hoc
tollerabilius sustinerent predixit eis et sue tristicie brevi
tatem et securitatem gaudii in mestitate. Et de hoc est presens
ewangelium quod dividitur in tres partes. In quarum prima xpc
denunciavit futurorum eventum scilicet tribulacionis et leticie. In
secundo solvit discipulorum dubium absconse (?) ibi Loque
bantur autem iterum. In tercia adducit dictorum exemplum racione intelli
gencie ibi Mulier cum parit. Circa primum tria sunt
primo cum predicat apostolis licet verbis obscuris sue passionis
resurreccionis et ascensionis tempus instare. Unde oneba-
discipulis materia tribulacionis et leticie. Dicit ergo denunci
ans tempus sue passionis Modicum scilicet est tempus et iam
instat in quo non videbitis me. Modicum quidem fuit tempus
in quo apostoli non viderunt xpm preterquam scilicet mortem eius
licet visum est apostolis tempus illud satis longum. Psa. 21 Lo
quitur pater ad filium In modico dereliqui te. Visus enim
dei filius esse derelictus in manu (?) unde clamavit Deus
meus deus meus ut quid dereliquisti me. Deinde sue
resurreccionis tempus denunciat Et iterum modicum erit tempus
et videbitis me cum a mortuis resurrexero. Re modicum
fuit illud tempus. Circa dicebus quadraginta visus est
apostolis post resurreccionem suam ut dicitur Act. 1o. Item quia
eisdem diebus non frequenter sed certis tantum vicibus illis ap
paruit. Et cum illis apparebat non multum stabat cum eis
sed cito se absentabat. Unde et si xpus multum cum apostolis
fuisset conversatus modicum tamen videbatur eis propter desiderium
et dileccionem manendi cum eis. Deinde ultimo denunciat eis
sua ascensionem Circa vado ad patrem Joh. 16 Vado ad eum
qui misit me et nemo ex vobis interrogat me quo va
dis. Quia ideo xpc fuit modico tempore mortuus Et iterum modico tempore
post resurreccionem fuit cum discipulis. Circa hec itaque dicit

ad patrem ascendens in celum Joh 12 Dicens ihesus quia venit
hora eius hora scilicet mortis et resurrectionis ut transeat
ex hoc mundo ad patrem Sed queritur primo de hoc quod dicit
modicum et non videbitis me quia vado ad patrem Cum
dicat Mt ultimo Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque
qo. ad consummationem seculi Et quid est quod dicit nobis modicum
et videbitis me quia vado ad patrem etiam non videbitis
me qui recedit et manet videtur et non videtur Dubio
intelligendum quod in xpo est esse divinum et humanum et visi
bile et non visibile mixtum et gloriosum Quantum igitur ad
+ esse divinum abscondit se ab electis Quantum autem ad esse
cri. humanum visibile reliquit sub sacramento non reliquit
usque ad consummationem seculi Quantum autem ad esse humanum
visibile reliquit in passione quia non visus fuit passi
bilis nec tamen erit in passibilis conversatione Item cadit hic
qo duplex questio circa modicum temporis mortis et resurrectionis
xpi Prima questio est quare xpo sua resurrectionem non
distulit usque ad resurrectionem communem omnium in fine mundi
Et hoc propter tres causas Prima quia non erat decens cum
in eo tanto tempore mortuum tam bone puritatis sui corporis
tam bone sanctitatis eius Ps Non dabis sanctum tuum videre cor
ruptionem 2a causa est Quia non fuisset conveniens nec
xpus aliquod dampnum reportaret pro beneficio redemp
tionis humano generi collato in morte sua Si ideo resurrec
tio fuisset dilata usque ad finem mundi longa in presentatione
et magnum dampnum sustinuisset xpus scilicet presentationem
me a corpore Tercia causa quia non erat expediens xpo
cum licet fuit sine peccato penas tamen peccati pro nobis assump
sit et solum illas penas assumpsit que sufficiunt ad
nostra delicta delenda 1 Pe 2o peccata nostra in pena peccatorum
nostrorum pertulit in corpore suo super lignum Et ideo mors
eius fuit nobis expediens ad salutem Joh 11o Expedit
vobis ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens
pereat Mortem ergo xpus assumpsit quia nobis expedie
bat Quod autem ipse mortuus mansisset usque ad diem iu
dicii nichil erat nobis utile Et ideo hanc penam portare

non debuit. Tercia causa quia fides non fuisset si cum xpus
mortuus permansisset et quod non resurrexisset perisset fides.
Nullus enim credidisset eum filium dei aut natum de vir
gine aut verum generis redemptorem. Ante enim quam
surgeret sola fides in beata virgine remansit. Unde
duo apostoli euntes in Emaus quibus nondum constabat
de resurreccione dicebant quod sperabant eum esse re
demptorem Israel quasi ultimus hoc non sperantes. Propter quod
1. Cor. 15. Si xpus non resurrexisset vana esset fides
nostra. Quarta causa quia omnem effectum oportet preexistere
in sua causa ut dicit Dyonisius in li. de divinis nominibus.
Virtute autem xpi fiet resurreccio in novissimo die. Joh. 6.
Omnis qui videt filium et credit in eum habet vitam eternam
et ego resuscitabo eum in novissimo die. Unde oportuit
preexistere resurreccionem in xpo ad hoc ut ipse alios resusci
taret. Quinta causa est quia xpus iudicaturus est de
resurgentibus. Act. 10. Ipse est iudex constitutus vivorum et mor
tuorum. Iudicabit omnes in forma humana. Joh. 5. Potestatem
dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Et ideo quia
tamquam iudex resurgencium debet sive debuit ceteros resur
gendo prevenire. Secunda questio est quare xpus sua re 90
surreccionem acceleravit ut in die tercia resurgeret. Dicendum
quod xpus suam resurreccionem acceleravit propter quatuor causas.
Prima quidem ad probandum veritatem sue mortis. Dictum enim est
supra quod mori xpum fuit nobis utile et expediens. Et
si cum permansisset mortuus longo tempore ad nichil profuit no
bis nisi forte longevitas temporis preberet fidem mortis
eius. Si vero xpus resurrexisset ante tercium diem forte
credidissent aliqui eum non vere fuisse mortuum. Tercia vero
dies sufficiens fuit et erat argumentum vere mortis quamvis
nec ultra tercium diem mortuum erat superfluum. ideo nec
ante nec post sed tercia die debuit resurgere. Secunda causa
fuit ad probandum veritatem resurreccionis. Exigit enim veritas
resurreccionis ut idem numero resurgat quod mortuus est.
Memoria enim cum recens fuit in memoria xpi in cordibus
discipulorum tunc ipse resurgere debuit quod erat adhuc

tra die quia forte si recessisset ancora corpus non pu
tasset eum esse xpm resurrexisse sed a simili eum
Unde pri 2° ad . Sibe malleum dum calidum est vn
vulgo dicit dum sunt calidum debes ponere ferrum
Tercia causa quod xpm resurgere fuit ut quam antequam discipu
li dispergerent et devenirent unusquisque ad sua quia tunc co
ram omnibus non potuit se manifestare Ideo festinavit se
manifestare ut plangentes et gementes se consolaret pro
ipse miseria et gemitu pauperum nunc exurgam dicit dominus
Ysa. 18 Consolatur eos lugentes in syon usque in sempiternum
Circa modicum temporis apparitionis tria queruntur fuerunt
q° Primum quare solum diebus xl apparuit dicendum quod tot dies
suffitiebant ad probandum quod vere resurrexit xl enim horis
xpus fuit mortuus scilicet ab hora nona diei veneris
usque ad horam primam diei dominice Secunda quia vere difficile erat
credere eum resurrexisse ideo pro qualibet hora mortis
sue voluit diem esse unum signum sue resurrectionis
ut in veritate verius crederet omnibus Act 1° Prebuit se ipsum
vivum post passionem suam per dies xl apparens eis et loquens
q° de regno dei Secundo queritur Quare easdem diebus non cottidie
xpus cum discipulis fuit conversatus sed tribus tantum horis
illis apparuit dicendum quod hoc ideo ut crederent apostoli
eum adhuc mortalem habere vitam et debere cum eis continue
q° esse sicut ante passionem Tertio queritur Quare modico
tempore stabat cum eis quando illis apparebat dicendum quod hoc
ideo ut eos magis accenderet ad amorem resurgentis quia
admodum delectabile magis quo modicum gustato statim
subtrahitur Unde duo discipuli euntes in Emaus cum
ab eis disparuisset xpus dixerunt ad invicem Nonne cor
nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via et ape
riret nobis scripturas licet autem discipuli modica hora vi
derunt eum illud tamen modicum prevalebat auct delecta
tionibus huius mundi Ps. Melius est modicum iusto super
divitias peccatorum multas Nota quod premissa dum verba modi
cum etiam non videbitis me potest aliter exponi Exposita
cum sit hoc modo Tercia prima modicum intelligitur tempus

mortis xpi in quo apli modicum non viderunt xpm · secundum
nos modicum intelligitur tempus xl dierum post resurrectionem in quo
apli viderunt xpm · secundum · Beda aliter exponit · Quia
primum modicum intelligitur tempus in quo xpc hec verba di
xit discipulis usque in eam horam qua scilicet resurrectionem erat
Quia verba modicum fuit quia ista verba dixit dominus
in ultima cena et captus est immediate et non viderunt
eum discipuli post aliud modicum post tres dies scilicet mortis
sue viderunt xpm apli Dicit ergo modicum tempus est usque
Etiam per illud modicum non videbitis me Joh 13 Filioli
mei ad huc modicum vobiscum sum Et Joh 14 ad huc
modicum et mundus me iam non videt Et istud est modi
cum tempus quia trium dierum tantum nam post tres dies et vide
bitis me a mortuis resurgentem · Item ultimus dicta verba
aliter exponi sunt infra dicetur in secunda parte capituli · Tercio de 2°
ponitur discipulorum dubitatio · Dixerunt ergo discipuli eius
ad invicem non quidem omnes sed quidam ex eis Quid est hoc
i. quid vult significare quod dicit modicum et iam non videbitis
me quia vado ad patrem hec verba domini obscura erant
discipulis antequam essent impleta que dixit Cuius ob
scuritatis secundum Crisostomum duplex erat causa · una quia tristicia mortis
xpi amovebat intelligenciam a mente discipulorum
Altera quia videbatur xpus implicare contraria quia si eum
visuri erant quomodo dicit vado ad patrem Si non ad patrem
erat iturus quomodo non dicit · Et videbitis me · Tercio ponit illud 3°
in quo tota erat difficultas dubitationis discipulorum Di
cebant ergo · Quid est hoc quod dicit nobis modicum
i. quid intelligit per modicum i. quid intelligit per modicum
Nescimus quid loquitur suam ostenderunt imperitiam · Quamquam
meruerunt doceri a xpo vel secundum Crisostomum hoc non intellige
bant propter tristicia que amovebat a mente eorum que dice
bantur · Secundo videbatur eis duo contraria ponere non consisten
cia contraria Si enim videbimus te nunc eum et super videbimus
Et si vadis ad patrem qualiter te videbimus propterea dicunt
Nescimus quid loquitur · Nota super illo verbo Nescimus quid

loquitur quod sicut oportet bonum discipulum quod ad bonum faciendum
multa requirunt que curant inquisita in festivali Glo.
super illud Ioh. 16 Cognovit quemadmodum oportet eum scire
1 Cor. 8 primum est quod sciat humiliter ps. Secundo humiliter scrutaba
bam sine inflatione phil. 2. Tercio humiliter ps. Si non
humiliter sentiebam / Quarto sobrie sine presumptione 1. Cor.
2o Non iudicavi me scire aliquid inter vos nisi Christum
crucifixum Rom. 12. Sed sapere ad sobrietatem / Quinto cer
titudinaliter sine hesitatione 2a Thy. 1o Scio cui credidi
et certus sum quia potens est depositum meum servare in
illum diem / Sexto veraciter sine deceptione 2a Thy. 3o Semper
ad discentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes / Septimo
simpliciter sine sophisticacione 1. Thy. 6 oppositiones falsi
nominis scientie / 8o utiliter ad proximorum utilitatem edi
ficacionem 1a Cor. 12 Alij uero datur sermo scientie secundum eundem spiritum
ad proximorum utilitatem / Septimo liberaliter ad gratuitam
communicationem Sap. 6o ponam in luce scientiam eius et faciam [illegible]
non abscondam / Ultimo efficaciter ad bona operatione Jac.
4o Scienti bonum et non facienti peccatum est illi / Ioh. 16
Cognovit autem Ihesus quia volebant eum interrogare
R 17 et dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi modi
cum et iam non videbitis me. Et iterum modicum et
videbitis me. Amen amen dico vobis plorabitis et fle
bitis vos mundus autem gaudebit vos autem contrista
bimini sed tristicia vestra vertetur in gaudium / Beda post principa
lis ista dubia solvit dubium discipulorum obscurum sibi
et tria facit. Primo cum Christus audiret dubitacionem in corpore ut
melius solvit ibi Cognovit autem Ihesus quia volebant
eum interrogare tamquam ingenium Solus deus est qui mentes
cognoscat voluntates et scit quid cogitet intellectus
et quid velit affectus. Et dixit eis De hoc queritis
inter vos nec aliquis vestrum scit unde quia dixi vobis
modicum et iam non videbitis me. Et iterum modicum et
videbitis me quia vado ad patrem. Considerandum autem
deinde solucionis quod Christus dedit prima verba aliter exponi

presentis Augustinus. Inter duos modos predictos hoc scilicet modo
modicum tempus super est scilicet usque ad ascensionem et iterum iam
non videbitis me. Quia modico tempore xpus ascendit in celum non
viderunt eum apostoli. Et iterum modicum tempus est quamdiu
apostoli vixerunt. Vita enim prius modica est et post illud modi-
cum videbitis me in regno celorum. Ysa. 33. Regem in decore
suo videbunt. Ideo enim xpc apostolis illa verba dixit quia
modicum erat tempus et iterum non erant ipsum visuri quam-
diu vivebant tamen mortales. Vel quia tempus vite hominis
homines modicum. Ideo post illud modicum videbunt eum
in celo quod contingit ipsis. Quia modica vado ad patrem. Ideo post
modicum non erunt ipsum visuri. Item in hoc idem. Quia qui
incerat ad patrem ideo post modicum vite presentis visuri erant
ipsum in regno celorum. Istam autem expositionem tangit insinuat dominus
in hiis que secuntur dicens apostolos debere plorare et flere. et
tristari in modica vite presentis ad modum mulieris parientis. sed
postea gavisuri tamen in regno celorum. Nota quod in veri- · no
tate modicum est tempus vite hominis et ipsum in eternitate modicum
est. Iacobi 1º. Quia quid est enim vita vestra nisi quidam vapor
ad modicum apparens et deinceps exterminabitur. Nota enim vita ad
plus est centum annorum. licet pauci tantum spacium vivant
et tamen centum anni respectu eternitatis minus sunt quam gutta
aque respectu maris. aut calculus respectu arene. ideo ac
momentum respectu temporis. Eccli. 18. Numerus annorum respectu vi-
te hominum ad multum centum anni quasi gutte aque gutte
amare deputate sunt. Et sicut calculus respectu arene
sic erunt centum anni respectu eternitatis. Voluit autem deus
ut modicum esset tempus vite hominis. Primo quod ut homines
vitam presentem contempnerent et celestem propriam desidera-
rent. Quia ut dicit in psalmis modicum est punctillo vel
nichil est momentum vite presentis Job 7º. Nichil enim
sunt dies mei. quia ut punctillo hoc quod eciam erunt
Secundo aliqui cogitant ac si prius vita sit magni
precii. portant sibi in hoc mundo civitatem congregando di-
vicias. appetendo dignitates et edificando domos et
palacia ac si nunquam essent morituri. Isti enim talia

debent contempnere. quia nichil in presenti apparet et eternitate
vite celestis desiderare. Contrarium facit ex parte nichilo
sunt tamen desiderabile. Set audiamus que sunt fructus
de multis divitiis quas congregaverunt dicitur Deutro. 28 Se
mentem multam iacies et modicum congregabis. Secundo est
modicum tempus vite presentis ut illud modicum homines ad
dei servicium expendant. Si enim longa esset vita nostra
forte tederet aliquem diu bene operari. nunc vero brevis est
et ideo tota vita nostra deo attribuatur. i. in servicio dei tenetur.
Luce 16 Qui in modico tempore iniquus est dubium si in maiori
tempore magis iniquus est. Tertio vita vel tempus presens modicum
est ut homines circa vite pericula et temptamenta caveant.
Tota enim presens vita periculis et temptamentis est ex
posita. Tetendit enim dyabolus laqueos temptacionum quasi
in omni creatura. et quod magis provocat dyabolum ad temp
tandum est quia scit quod est modicum tempus vite nostre et
ideo cicius evadimus manus eius Apoc 12 Ve terre et
mari quia descendit dyabolus ad vos habens iram magnam
sciens quia modicum habet tempus. Bonum est autem homini
ut modica sit vita eius. difficile enim esset evadere temp
taciones si longo viveret tempore. Et nec adhuc difficile est
diu persistere in cogitacione temptacionis quin animus consen
tiat. Sap 4 raptus est ne malicia mutaret intellectum
eius aut ne fictio deciperet animam eius. Quarto voluit
deus modicam esse vitam presentem. ut homines cito ad se re
duceret. Sicut enim illi qui aliquos diligunt non diu sine
eis esse volunt Joh 17 pater quos dedisti michi volo
ut ubi ego sum illi sint mecum. Quinto voluit deus
modicum esse tempus presens ut homines modicum laborarent
et tamen pro modico labore multum et magnum premium acci
perent. Ecc 51 Modicum laboravi et multam inveni
requiem. Vere modicus est labor. quia non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur
20 in nobis Rom 8 Secundo ponit christi visio et quod
sit modicum et tamen non videbitis me. Quod declarat in
tribus verbis. Primo quod futurum erat quasi absencia et item quasi

presencia & absencia passionis erant apostoli in tristicia. Ecce presencia
eius gaudium. Et hoc dicitur est quod dicit Amen amen di-
co vobis i. vere vere dico vobis. Prima geminacio veritatis
infallibilitatem vel signum. Quia plorabitis et flebitis vos.
Hoc ideo quia modicum et non videbitis me interdum mortis
mee. Est autem differencia inter plorare et flere. Ille enim flet cui
lacrime ab oculis fluunt. Sed ille plorat qui eciam cum lacri-
mis plorando vocem emittit. Non autem dubium quin apostoli plo-
rauerunt interdum mortis in quo eum non viderunt. Vide capitulo
16 quod Maria Magdalena nunciauit Christi resurreccionem lu-
gentibus et flentibus discipulis. Mundus autem gaude-
bit. Gauisus est mundus de morte Christi homines scilicet mun-
dani a quibus sic fuit derisus. Quia gaudent cum male
fecerint et exultant in rebus pessimis. Vos autem contristabimini.
Unde dicit eciam Tristes erant discipuli de nece sui domini
quem pena mortis crudeli seruum dampnauerunt impii. Joh.
15 Quia hec locutus sum vobis scilicet monitum tristicia im-
pleuit cor vestrum. Nec mirum si tristes erant quia ablatus
fuit eis consolator. Sed tristicia vestra vertetur in gaudium quia
iterum modicum et videbitis me a mortuis resurgentem. Joh. 20
Gauisi discipuli viso domino. Hest. 9. luctus atque tristicia in
hilaritatem conuersa sunt. Nouum sed cum promitteretur ab eo qui
verax esset et potens facere promissa quod omnes illius
lapides verterentur in aurum. Ecce congregauit homo inde lapi-
des quos posset plures et maiores. Nunc igitur promittitur
nobis ab ipso qui verax est et potens super omne quod est
quod tristicia nostra vertetur in gaudium. Igitur multum libenter
debemus sustinere tristicias et pressuras huius mundi. Vel exultare. 40
De hoc quod dicit plorabitis et flebitis. Utrum discipuli
in ista tristicia meruerunt vel demeruerunt. Primum
verum videtur quia dicit 2a Thy. 2o Si tollerabimus magis (conlaborabimus)
et conregnabimus. Secundo conparatur eis victoria. Item tristicia
mala vertetur in maiorem tristiciam. Sed illa que vertitur in
gaudium illa in qua tristicia bona est. Sed tristicia apostolorum
conuersa est in gaudium sicut dicit in litera. Ergo fuit bona et
meritoria. Contra hoc est quia aut volebant quod Christus
moreretur aut non. Si sic tunc peccabant quia petrus

& hec sunt reprehensus Ergo volebant quod non dolebant
Item nota ex textu quod dominus hortatur eos ut non turbentur
quia bonum quod turbari non est bonum Unde Joh. xiv. Si diligeretis
me gauderetis utique. Ubi sciendum quod quinque sunt consideranda
circa tristiciam. Prima quedam est tristicia de delectatione volup
tuosa et carnali ut gulosus tristatur de amissione boni
morselli. Secunda corporalis ut ad in separatione a corpore. Quarta
qua mater in morte filiorum suorum. Tercia corporalis ut
amicus qui corporaliter segregatur ab amico cuius presencia placet.
Quarta spiritualis ut qui aliquem diligit ex caritate et
compatitur patienti. Prima tristicia est culpabilis. Secunda sup
portabilis. Sed tercia et quarta laudabilis. Intelligendum est
autem quod apostoli Christum dominum diligebant scilicet amore sociali quo
diligit aliquis socium. Tercia non vult ab eo separari et amore
spirituali. Ideo in eis fuit quedam tristicia laudabilis quia
compaciebantur Christo. Et quedam supportabilis quia nole
bant separari a Christo. Ex parte modi tristandi intelligendum
quod modus tristandi est in tristicia. Unde dicit Apostolus Non
contristemini. Unde dicit quod tristicia est temperanda gaudio et
ideo posuerunt apostoli reprehensibiles. Prima nullo modo gau
debant. Immo non desperantes dolebant. Et contra ad hunc
modum sine immoderancia hortabatur eos dominus ut non tri
starentur sed ut gauderent. Unde Eccl. Magna est tristicia
tirannorum quia multa nobis utilitate opus est ut resi
stamus huic passioni et quod utile est exigentes ipse super
fluum dimittentes. Ideo laudabiles sunt in tristicia vitupa
biles in modo. Notandum autem quod licet moderata sit tamen bene
ficit tamen et planctu tristitiam illud fideles homines
quia sunt peregrinantes a Christo et non dum sibi coniuncti. Secundo
videlicet plorant quia a celesti regno retrusi sunt in val
lem miserie et tenebrarum peccatorum primorum parentum. Unde hic 2o. Plo
rans ploravit in nocte et lacrime eius in maxillis eius
Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Propter quod
omne quod nascitur in mundo plorando ingreditur. Sap. vii.
Primam vocem similem omnibus emisi plorans. Tercio flent
in recordatione patrie celestis. Aqua sunt adhuc oculos.
Ps. Super flumina babilonis illic sedimus et flevimus dum
recordaremur tui Syon. Et alibi Heu mihi quia incolatus meus

prolongatus est habitatus meus cum habitantibus cedar multum incola
fuit anima mea. Item flent propter elongacionem a patria 2 Reg.
2° David ascendens clivum olivarum et flens nudo capite
et nudis pedibus incedens. Ascendunt viri sancti clivum oli-
varum montem scilicet celestis mansionis in quo sunt plantati sunt
fructus olive eterne viriditatis et ascendunt proficientes de
virtute in virtutem flentes tamen quia sunt adhuc in val-
le miseriarum et lacrimarum. Item flent pro commissis peccatis Joel 2°
Convertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu
et planctu et scindite corda vestra et non vestimenta vestra
ait dominus omnipotens. Item flent pro spiritualia perdita Gene. 27 de
Esau legitur quod eiulatu magno flevit ante ysaac pro
perditis donis primogeniture. Item flent pro afflictione proxi-
morum Job 30 flebam quondam super eo qui afflictus erat et
compaciebatur anima mea pauperi. Item plorant propter peccatores
in ecclesia Jer. 13° plorans plorabit et deducet oculus meus
lacrimas quia capta est grex domini. Item plorant pro peccatorum
et peccata multorum Eccl. 22 Super mortuum plora defecit
enim spiritus eius Jer. 9 Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte
interfectos filie populi mei. Item plorant quia adhuc
in multis periculis distant a consolatore scilicet christo Jer. 10 Ego
plorans et oculus meus deducens aquas lacrimarum quia
longe factus est a me consolator. Isti flent orando ut
ab omnibus miseriis liberentur scientes quod oracio cum lacrimosa
fit exaudibilis Ps. Exaudivit dominus vocem fletus mei no
dominus oracionem meam suscepit. Aliter tamen sunt gradus horum secundum
diversos status et in quolibet statu est fletus et ploratus. Et
secundum hoc est multiplex fletus sive luctus sive etiam gemi-
tus. Primus est penitencie et hic triplex. Primus qui est con-
tricionis Ps. Rugiebam a gemitu cordis mei. 2us confessionis
Eccl. 17 Non despiciet dominus fletus vidue si effundat
loquelam gemitus. 3us satisfactionis Ps. Laboravi in
gemitu meo. Secundus proficiencium. Et hic multiplex.
Primus studiosi meditacionis Ysa. 59 Quasi columbe me-
ditantes gememus. Secundus devote oracionis Rom. 8 postu-
lat cum pro nobis gemitibus inenarrabilibus i. nos

postulac' facit ut dicit Glo 29 scilicet compassionis
c. 26 addidit scilicet deus dolorem dolori meo. quoniam sine
tegmine et non in dexiri (Tanus pastorum et hic multi
plex (Primus desiderii divine visionis Rom 8 ipsi intra
nos gemimus adoptionem filiorum dei (Secundo vite
presentis quos ad se ipsos propter miseria mortis et gemi
tu pariunt unde columbam dicit deus (Tertius pasto
rum et hic multiplex (Primus sollicitudinis interiorum Tren
1o multa gemitus mei et cor meum merens (2 cum do
lorum Job 26 Ecce gigantes sub aquas gemunt (3
spiritualiter dispersi greges Tren 2o posita est gemitus scilicet si
nagoga pro dispersione filiorum (Item propter hoc quod hic dicit
Vos vero contristabimini (Nonus quod ista tristitia contristat
pro multa (Primo pro recordacionem peccatorum 2 Cor n. (Gaudeo
quoniam tristati estis ad penitenciam (2o pro consideracionem cottidianorum
incommodorum Ps tota die contristatus ingrediebar quoniam lumbi
mei impleti sunt illusionibus (Tertio pro formidinem
futurorum Mr. ix Et illi ceperunt contristari (4o pro adversitates in
imicorum Ephes 2o deus inimicus est mihi Et hic vos vero
contristabimini super de morte domini (Quinto pro dampnacione
peccatorum Rom 9 Tristicia mihi est magna et continuus dolor
cordis (Est etiam secundo quod deus sic contristantur quoniam sic
mundus tamen gaudet et exultat (Multiplicat autem
gaudet et exultat unde amatores concupiscentiis ebrie
tatibus Ysa 22 Ecce gaudium et leticia occidere vitulos et
iugulare arietes et comedere carnes et bibere vinum (In cuius
persona dicit Eccl 8 laudavi ego leticiam quod non esset bo
na quoniam in leticia occidet et comedet et bibet (Item gaudium
eorum in tubilibus et tripudiis Judic 17 Omnes populi gau
debat ad mulieribus et virginibus (Item eorum gaudium
est in sonis et melodiis Job 21 Tenent tympanum et
cytharam et gaudent ad sonum organi. Ducunt in bonis
dies suos et in puncto ad inferna descendunt (Item eorum gau
dium est in solaciis et vanitatibus. sicut in coreis et hysto
riis et fabulis novis Ezech 22 plausisti manum et per

vExechielis

cusisti pede et gavisus es ex toto corde tuo et ex toto
affectu. Item gaudium eorum est in rapinis bona proximorum
auferendo. Ysa. 23 Gaudium onagrorum et pascua gregum
In hoc enim gaudent ut depascant greges pauperum. Item
gaudium eorum est de infortuniis et adversitatibus aliorum
Isti sunt qui gaudent de iniquitate ut dicitur Eccli. 29. Gau
dium igitur mundi est tale sicut falsum et vanum sic et
iniquum. Est enim simile gaudio puerorum qui potius gau
dent nuce pomum quam auro. Est simile gaudio fre
neticorum qui gaudent in suis fantasiis. Et simile est
gaudio irrationabilium animalium que gaudent potius esse
in luto quam in serico. Tale gaudium sicut fumus cito de
ficiet Job 22 Laus impiorum brevis et gaudium ypocri no
te ad instar puncti. Considerandum est autem quod Christus in
hac vita gaudet de multis. Primo de beneficiis dei
Ps. In convertendo dominus captivitatem Syon facti sumus sic
consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum et lingua
nostra exultacione. De nativitate eius Luce 2o Annuncio
vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Mt 2o
Gavisi sunt gaudio magno valde. De eius predicacione
Joh. 3 Amicus gaudet propter vocem sponsi. De victoria in pas
sione Abacuk 3o Ego autem in domino gaudebo et exultabo in deo
Ihesu meo. 4. De resurreccione Joh. 20 Gavisi sunt di
scipuli viso domino. De ascensione Joh. 14 Gauderetis
utique quia vado ad patrem. 2o de adversitate mundi Mt. 5o
Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis
Tercio gaudet de prosperitatibus proximi Job 3o si gavisus
ad ruinam. Sed non in celo non amat de gaudiis puta
vite quia gaudebunt in celestibus de multis. Primo de
visione vultus dei Ps. Letificabis eum in gaudio
cum vultu tuo. 2a quia delectaciones in dextera tua usque in
finem. Item gaudebunt quia evaserunt penas inferna
lis Ps. Convertisti planctum meum in gaudium in concidi
sti saccum meum et circumdedisti me leticia. Item gaudebunt
quia vicerunt inimicos suos quibus scilicet carnem mundum
et dyabolum et demonia Apoc. 2o Eiecti sunt in celum cum

leticia corp̄ de̾ isp̄t eis dn̄s salute̾ de̾ inimicis suis
Item gaudebunt de ꝯu̾sione peccatorum luc 15° Gaudiu̾
erit angelis dei sup̄ vno pecc̄ore penitenciam agente Item
gaudebit vnusquisqꝫ de beatitudine in gaudio alterius i°
Corp̄ 12 Si glorificat̾ vnum membrum ꝯgaudent omnia membra
Sic igit̾ gaudent sancti et gaudiu̾ eorum non est mo
mentaneum sꝫ eternum ysa° 7° Et qui redempti sunt a domino
venient in syon laudantes in leticia sempiterna Et eo
~~hoc~~ leticia sempiterna sup̄ capita eorum gaudium et leti
exultacōem obtinebunt Ad q̄ nos pducat qui viuit
et regnat in trinitate pfecta vnus deus Amen Dica
Mulier cum parit tristiciam habz quia venit pare
hora eius Cum aut̄ pepit puerum iam non meminit
pssure pp̄ gaudium quia natus est homo in mundum Et
vos igit̾ nunc tristiciam habetis Item videbo vos et
gaudebit cor vrm̄ et gaudium vrm̄ nemo tollat a
vobis quia hec locutus sum vobis Tria ps principalis
in qua dn̄s adducit ꝯgruum dare exemplum et duo
facit Primo namqꝫ p̄mittit similitudinem mulieris pari
entis Mulier cum parit tristiciam sꝫ nam aialia cetera
dolent in ptu sicut mulier pt dicat̾ ibi degenā
tae aialium Quia venit hora eius sꝫ qua eam pati oꝫ
Cum aut̄ pepit puerum maius gaudium est de pueris sꝫ
masculo q̄ de femella Iam non meminit pssure doloris
ppt gaudium Quia natus est homo in mundum dicat̾ mu
lierem non recordari pssure quia actu non ꝯsiderat de ea
et si ꝯsiderat non tn̄ habet tristiciam Ideo vult non meminit
q̄ maius est gaudium de nato puero quam fuit tristicia in
partu Secundo similitudinem applicat ad ppositum Et vos
igit̾ nunc quidem tristiciam habetis recte nunc dicit̾ quia
ꝯpatum ad eternitatem est sicut momentum et instans q̄
est breuissimum Tristiciam habetis ad modicum pacientes qꝫ
isto modico tpe me non videbitis Item videbo vos Et
fem Alchimeliud me vobis visibilem demōstrabo Itemqꝫ
igit̾ modicum et videbitis me resurgentem a mortuis
et in regno celorum Et gaudebit cor vrm̄ Quantum tale

gaudet nato puero nec hoc gaudium erit sensibile quale
gaudium peccatorum nec erit gaudium ymaginarium quale
est dormiencium nec gaudium fantasticum quale est in
dinij scilicet (?) sed erit gaudium intelligibile scilicet quale
est spirituale gaudium angelorum Et gaudium vestrum nemo
tollat a vobis. Stabile igitur et perpetuum erit gaudium
illud Racio nec homo nec angelus sed nec ipse deus
tollet illud a sanctis Job 36 Non auferet dominus oculos suos
et reges in solio collocat. Perpetuum Nota quod ecclesia et to-
congregacio fidelium mulieri pregnanti comparatur non quidem
vane sexus quo vivit secundum carnem intelligitur sed rone
fecunditatis non cum viri sit sicut steriles et sunt sed fecunde
Canticorum 6 Non erit apud te sterilis vir atque femina Cantica
4 Omnes gemellis fetibus et sterilis
descendunt de lavacro omnes gemellis fetibus et sterilis
non est in eis Pariunt autem triplicem fructum operacionis sue
aperientes eis semina ubi dicitur Aperiatur terra et germinet salvatorem
fidelia. Tamen verbo et opere fructificat Alio quidem Os in
sidera Tamen verbo et opere fructificat. Cantica 7 Videamus si flo
res parturiunt fructus honoris et honestatis. Item quidam
inveniunt vineas et flores fructus parturiunt Item quidam
sunt electi fidelium sunt ita perfecti ut novellos filios spiri-
tuales pariant spiritualiter predicacione doctrina et exemplo sancte operacionis De quorum
numero fuit apostolus Galatas 4 Filioli mei quos iterum parturio
donec formetur Christus in vobis 1 Corinthios 4 In Christo Ihesu per
evangelium ego vos genui De numero istorum fuit mater beata
Augustini. Sequitur legitur cum maiori sollicitudine parturiebat eum
spiritualiter quam carne totiens lacrimas totiens elemosinas
totiens gemitus preces fundens ad deum Item viri sancti
tota vita parti dolores senciunt et tamquam mulieres parien-
tes pressuram senciunt Johannis 16 In mundo pressuram habebitis Et
tota cum pressura est quasi hora parturientis Romanos 8 Omnis
creatura id est homo ingemiscit et parturit usque adhuc sed
tandem in fine vite sancti partu suo de hoc mundo transeunt
quia cum quedam pars est tota alia post acciperet Unde
sanctorum transitus festivitas Bedam natalicia nominantur Cum
enim homo nominis natus est in celo tantum erit gaudium

ut non memorantur passionum preteritarum non enim quidem
in media ut afficiantur ysa. lx. Oblivioni tradite sunt
priores angustie et abscondite sunt ab oculis meis Ecce
ego dominus creo celos novos et terram novam et non erunt
in memoria priora et non ascendunt super cor Sed gaudebitis
et exultabitis usque in sempiternum Ad quod nos perducat qui
est benedictus in secula seculorum Amen Dominica quarta post pasca

Vado ad eum qui misit me Et nemo ex vobis
interrogat me quo vadis Sed quia hec locutus sum
vobis tristicia implevit cor vestrum Sed ego veritatem dico vobis
expedit vobis ut ego vadam Si enim non abiero paraclitus
non veniet ad vos Si autem abiero mittam eum ad vos
Consuetudo est laudabilis quod magnus homo volens
abire in regionem longinquam amicos suos de eius absen
cia dolentes alloquitur verbisque consolatur specialiter dicens
eis utilitatem sui recessus et quibus expedit quod ipse rece
dat Hinc est quod ipse dominus et salvator in discipulos
quibus predixerat vos dixi amicos relicturus et ad patrem
iturus sciens ipsos de suo recessu tristari consolatur eos dicen
do hoc ipsis Expedit vobis ut ego vadam Et de hoc e
vangelio tria possumus notare In prima parte quia apostoli
tristes erant de recessu sui magistri ideo promittitur eis spe
cialis consolacio In secunda quia homines mundani Christum non
receperunt ideo additur spiritus mundi reprehensio ibi Cum
venerit In tercia autem quia discipuli verba Christi comprehendere
non poterant adducitur spiritus sancti instructio ibi Adhuc
multa habeo vobis dicere Circa primum tria facit Primo
namque denunciat apostolis suum recessum ibi Vado dicit Va
do in propria quia iam agebatur de passione sua cum ista
verba dixit exierat enim iudas de cenaculo et tracta
bat cum iudeis ut traderet eum illis Et Christus proximo
dicto tempore captus est Ad eum id est ad deum patrem
Qui misit me Missio enim filii fuit unio in carna
cione Gala iiii At ubi venit plenitudo temporis misit deus
filium suum factum ex muliere factum sub lege ut eos qui
sub lege erant redimeret Nota triplici via Christus re
diit ad patrem scilicet via passionis resurreccionis ascen
sionis

mo et Alt
noes lhug
nt in sapi
d sificio et
r subsept
laugt

Via quidem passionis fuit dolorosa et amara et plena
tristicijs Mt. 26 Cepit ihesus pauere et tedere et dixit disci
pulis suis Tristis est anima mea usque ad mortem Via
uero resurrectionis fuit dulcis et iocunda et plena deli
cijs unde ps letatum est cor meum et exultauit lingua mea
insuper et caro mea requiescet in spe quoniam non derelinques
animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corrupcionem
Notas mihi fecisti vias vite Sed via ascensionis fuit
mira et gloriosa et plena miraculis unde ps admirabile est
nomen tuum domine in vniuersa terra quoniam eleuata est magni
ficencia tua super celos Sed dubium est hic quo Christus po
tuit ire ad eum a quo non fuit separatus videtur enim quod
non vadit quis nisi ad eum ad quo non est et a quo di
stat Christus autem non distabat a patre localiter hoc enim
modo nulla creata distat a deo quia ipse nec distat in natura pro
pter vnitatem nature pater est in filio et filius in patre
ut dicit hylarius Item nec natura quantitatis distabat
a deo perfecta Tercia quia Christi semper fuit plena gracia
et gloria videtur igitur quod nec Christus per diuinam naturam nec
per humanam venit ad patrem Dicendum quod sicut filius fuit
missus non descendendo a patre a quo mittebatur iuxta illud
Jo. 8 Qui me misit mecum est ita et ipse filius dicitur
redire ad patrem cum quo semper fuit Missus quidem fuit
filius non distans a patre et similiter rediens ad eum cum
quo semper fuit Et nemo ex vobis interrogat me quo
vadis Ideo non interrogabat ut dicit Crisostomus quia ita tri
stes erant de recessu eius quod dimissis interrogacionibus mesti
de loquebantur Vel ideo non interrogabat quia iam sciebat
eum ire ad patrem Contra principium Simonis dicit eis
Christus filioli mei adhuc modicum tempus vobiscum sum
queretis me et quo ego vado vos iam non potestis venire
Et tunc petrus interrogauit eum dicens domine quo vadis
Et dixit illi dominus Quo ego vado vos non potestis venire
neque sequi me sequemini autem postea Et infra dicit
Christus quod vadit parare locum discipulis apud patrem et

et subdit Et quo ego vado scitis et viam scitis Thomas
autem non intelligens verba Christi dixit Domine nescimus quo
vadis et quo possumus viam scire Et tunc dixit se ire ad
patrem Philippus autem volens eciam scire quo ibat dixit
Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis Respondit Christus
Qui videt me videt et patrem meum Ideo discipuli post
longam collacionem habitam de via cum Christo quo ibat amplius
eum non interrogabant Et ergo hanc partem introducit dicens
quod discipuli quadam tristicia absorpti sunt propter verba que di-
xerat eis Dominus paulo supra scilicet venit hora ut omnis qui oc-
ciderit vos arbitretur se obsequium prestare Deo et ab-
sque synagogis facient vos quod nunc audientes quod Dominus
subiunxit scilicet vado ad eum qui me misit non fuerunt memo-
res et velud attoniti et tristicia pleni de sua proposicione
obliti sunt solucionem querere et interrogare quo Dominus ire deberet
et quid hoc intelligi deberet Dominus vero quasi obiur-
gando subiunxit Et nemo ex vobis ac si dicat In dubi-
is consuevistis querere et me interrogare nunc tamen ...
Et nemo vestrum interrogat videtur ergo quod amiserit desiderium
vestrum ad discendum Unde valde est reprehendendus
Recedo ponitur discipulorum tristicia Et quia hec locutus
sum vobis Tristicia implevit cor vestrum Videbat Christus
corda discipulorum suorum non solum tristicia sed eciam
plena esse tristicia Tristicia enim erant corda eorum propter verba
que predixit eis ipse cum eiciendi erant extra synagogas
iudeorum Item predixit eis persecucionem Item quod totis
viribus habitum esset vos odio et item quicumque vos occideret
arbitraretur obsequium et sacrificium offerre et prestare Deo Et illud
quam magis implebat corda eorum tristicia est quod eo omnia ita
passuri erant ipse cum ipse tunc recedebat et absentabat
se ab eis Tercio ponitur utilitas recessus ipsius Christi Et
ego qui sum veritas Veritatem dico vobis Expedit vobis
ut ego vadam q.d. secundum Crisostomum Quantumcumque eum modicam
et non contristemini oportet tamen vos audire quia ego vado ad
eum quia presencia mea nobiscum manens nichil prodest vobis
sed expedit vobis ut ego vadam Unde subdit Si enim non

abiero paraclitus non veniet ad vos paraclitus interpretatur
consolator et est spiritus sanctus qui racione sue bonitatis conso
latur in tribulacione positos Cum enim discipuli multas essent
passuri adversitates magnum sustinuissent detrimentum si spiritus
sanctus non venisset Sed queritur quare spiritus sanctus non venisset
si Christus corporaliter apud discipulos remansisset Dicendum quod
sicut innuit in littera prima tunc dicitur nobis mitti spiritus sanctus
cum facit nos dilectores dei et proximi quia cum spiritus sanctus spiritus
amor amor est quo deum et proximum diligamus iste
autem amor non patitur carnalem aut sensibilem amorem
discipuli vero diligebant Christum carnaliter et sensibiliter propter
suum pulcrum aspectum suavem alloquium dulcem consilium conversa
cionem benignam unde presencia eius corporis carnalis sic
animos eorum sensibili dilectione afficiebat ut non erigerent
animum ad eius divinitatem Dicitur ergo Christus quod suam presenciam
carnalem non abstraxisset amor spiritualis et intelligibilis
ipius datus non fuisset Si autem abiero mittam eum ad vos
ut scilicet consoletur vos in tribulacionibus vestris quas passuri estis et
de presencia mea Sed nonne poterat eis dare spiritum sanctum tunc presens
Sed ... potuit ipse dare sed ipsi non
fuerunt Dicendum quod sic tamen capaces eum recipere quamdiu Christus tamen manebat
apud eos

Et cum venerit ille arguet mundum de peccato quidem quia non
de peccato de iusticia et de iudicio
crediderunt in me de iusticia vero quia ad patrem vado et
iam non videbitis me de iudicio autem quia princeps huius
mundi iam iudicatus est Secunda pars principalis in qua ponitur
mundi huius reprehensio facienda per spiritum sanctum pro eo quod homi
nes mundani Christum non receperunt et dicto fuit Primo
premittit tria de quibus mundus arguendus est Et cum venerit
ille spiritus paraclitus qui benignus erit amicis et an
stetus inimicis arguet per linguas apostolorum et doctorum Mat
10 Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis Et Act 2o loquebantur variis linguis apostoli
prout spiritus sanctus dabat eloqui illis arguet mundum id est homines
mundanos sive mundi amatores de peccato de iusticia et
de iudicio Hec enim tria sunt de quibus mundus dignus

est arguere. Arguitur enim aliquis vel de commisso hoc est peccato
vel de obmisso hoc est iusticia vel de contempto hoc est
iudicio. Qui dicitur cum aliquis ad bonum tribus modis
vel ostendendo peccati turpitudinem et ideo fugiendum est.
Unde Seneca: Si scirem homines ignoraturos et deos ig-
noraturos adhuc peccare dedignarer propter peccati vilitatem.
Illi vero qui male agunt non abhorrentes peccati turpitu-
dinem arguuntur de peccato. Alio modo aliqui inducuntur ad bonum
persuasionibus et aliorum exemplis. Qui vero ista non obs-
tantibus peccant arguendi sunt de iniusticia. Alio modo a-
liqui mala dimittunt et bona operantur timore pene ex-
terni iudicii. Sed qui iudicio dei non obstante male agunt
2o arguendi sunt de iudicio. 2o applicat sigillatim quomodo
istis tribus arguendus est mundus. De peccato quidem arguen-
dus quia multi homines non credunt in me. Sed
ut dicit Augustinus: Aliud est credere Christum, aliud vero
credere in Christum. Nam demones credunt eum esse Christum,
sed iste credit in Christum qui sperat in eum et diligit eum.
Et hoc solum peccatum peccatis posuit causa, ut dicit Augustinus:
hoc manente cetera retinentur peccata et eo dimisso cetera di-
mittuntur. Nota quod modo quasi totus mundus arguitur quod in Christum
non credit. Arguitur enim modo nobis vocibus prophetarum. Arguitur
Iudeorum et paganorum predicationibus apostolorum. Facta enim sunt
propter filium dei tot et tanta miracula in mundo isto quod modo ar-
guuntur qui in Christum non credunt nec crediderunt et ad hoc
[illegible] qui in Christum non credunt. Joh. 1o In mundo erat et mundus per ipsum factus est
et mundus per ipsum non cognovit. Ecce magna cecitas mundi
non cognoscit suum opificem. Item ad hoc quod filium dei
cognosceret fecit inusitata opera in carne. Quia nullus
[illegible] fecit que nunquam
[illegible] illuminavit [illegible] et alia mirabilia fecit qui non cre-
diderunt [illegible] potuit [illegible] Joh. 15o Si opera non fecissem in eis que
nemo alius fecit peccatum non haberent. Nunc vero excusationem
non habent de peccato suo [illegible] excusare quod opera
[illegible] causa [illegible] et
[illegible] verba [illegible] applicat quare
arguendus sit de iniusticia. De iniusticia vero arguitur mundus

280

quia ad patrem vado et iam non videbitis me. Hec autem verba
quatuor modis possunt intelligi. Primo secundum Aug. Iustitia enim
credentium est quia in Christum credunt quem non vident.
Multi igitur sunt credentes. Rom. 3. Arbitramur iustificari
hominem per fidem sine operibus legis et infra Credidit
Abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam. Ex maiori
fidelium iustitia est vituperatio infidelium. Ideo mundus
arguetur id est infideles quia credere noluit nisi ea que vi-
derunt. Alio modo exponit Crisostomus: de filio ire ad patrem fuit
argumentum quod irreprehensibilem vitam egit et omnem
servavit iustitiam unde ipse dixit Matt. 3o. Sic decet nos
implere omnem iustitiam. Arguendi igitur erant mundani
homines qui contra iustitiam de Christo dixerant scilicet homo peccator
est et non est hic homo a deo. Tertio aliomodo potest intelligi scilicet
quod arguetur mundus de iustitia quia non servavit iustitiam dando
sententiam mortis Christi cuius causa ipse Christus ivit ad
patrem et ultra non est visus. Vel arguetur mundus de
iustitia id est de eo quod nulla servatur iustitia. Videmus enim quod
alter suffocatur iniustus et alter iustificatur impius et hoc
in muneribus tollitur enim iustitia ab hiis qui paciuntur iniu-
stitiam. Et hodie currit verbo passim potentia et iustitia
vnum et idem sunt iustitia et potentia. Ex quo totum hoc
contingit. Ex quia Christus ivit ad patrem et non vident eum
homines mundani amplius. Si enim stetisset in mundo viri
homines tanquam servassent iustitiam et timuissent presentiam eius aliquid
facere iniustum. Vel arguetur mundus de ipsa iustitia. Ex quia si
Christus ivit ad patrem iustum est ut qui toto corde ad deum
ascenderet et celestia appeteret et contempneret terrena. Colos.
3o. Que sursum sunt querite ubi Christus est in dextera dei
sedens que sursum sunt sapite non que super terram.
Sed quia mundani homines magis ista terrena diligunt
ideo iste mundus arguitur de iustitia quia non
servant. Item 4o possunt ista verba sic intelligi. Arguetur
enim mundus de iustitia quia persequendo Christum iustus probatus
est eius potentia quia ivit ad patrem et ultra non comparuit.
Deinde exponit quare arguendus est mundus de iudicio.

de iudicio aut(em) sp(iritu)s s(an)c(t)us arguet mu(n)d(um). Quia p(ri)nceps
huius mundi .i. dyab(olus) qui dicit(ur) p(ri)nceps quia p(ar)tem capi
tis p(ar)tem o(mn)i(um) ho(m)i(nu)m et p(ar)tem angelor(um) sua suggestio(n)e
cepit Apoc(alipsis) 12. Cauda eius trahebat t(er)ciam p(ar)tem stel
lar(um) et misit eas in mu(n)d(um) quia iudicatus est Explicat(ur)
iudicatus est q(uo)mo(do) s(ecundu)m Aug(ustinum) in de questionibus ve(teris) et nove
leg(is) Iudicatus est dyab(olus) reus quia i(n)tulerat mortem
ut redemptor(is) qui sine causa fuit purus homo et deus
Item s(ecundu)m eund(em) in li(bro) de libero a(rbitrio) Ex quo dyab(olus) eiectus
est de cordibus credencium xp(istu)m iam iudicatus est ut
iam no(n) sit amplius p(ri)nceps huius mundi. Et s(ecundu)m eund(em)
sup(er) Johannem P(ri)nceps huius mundi iudicio igitur et(er)ni i(r)
revocabilit(er) iam iudicatus est. Si igitur p(ri)nceps huius mu(n)
di iudicatus est reus in causa salvator(is) argumentu(m) est
a maiori q(uod) mundani ho(m)i(n)es qui occiderunt xp(istu)m iudi
cabunt(ur) rei. Item si p(ri)nceps mundi huius dei iudicio eiec
tus est de cordib(us) ho(m)i(nu)m arguunt(ur) peccatores qui ei adherent
et iterum eum co(n)stituunt p(ri)ncipem. Item si p(ri)nceps iudicatus
igni est iehenne i(n) s(e)c(u)la in(fini)ta qui eum sequunt(ur) iudicabunt(ur)
et arguunt(ur) quia tam t(er)ribile dei iudiciu(m) no(n) timent 2
Pe(tri) 2o. Si enim deus angelis peccantibus no(n) pepercit
q(uo)mo(do) credibile est ut no(n) iudicet ho(m)i(n)es peccatores. Certe
iudiciu(m) est tale ut dicit(ur) vocab(u)l(o) amorica q(uod) angeli
fortiores et virtute maiores illud portare no(n) poterunt.
Omnes istas igitur exposiciones breuit(er) recolligit Aug(ustinus)
sup(er) Johannem sic dicens Credant itaq(ue) ho(m)i(n)es in xp(istu)m
ne arguant(ur) de p(ecca)to i(n)fidelitat(is). Transeant in n(umer)um fide
lium ne arguant(ur) de iusticia. Caveant futuru(m) iudiciu(m)
ne cu(m) p(ri)ncipe mundi iudicent(ur) que iudicatu(m) imita(n)t(ur).
Potest tame(n) alit(er) exponi argue(re) accipiendo p(ro)
manifestare ita q(uod) argue(re) mu(n)d(um) sit manifestare
mu(n)d(o) .i. malicia mu(n)danor(um) et h(oc) cu(m) eui(de)nciam
sciend(um) q(uod) lic(et) ubiq(ue) h(oc) v(er)bu(m) arguere accipiat(ur) p(ro) redargue(re)
vel rep(re)hende(re) videtur tame(n) co(n)ueniencius hic posse ac
cipi p(ro) i(n)formare vel doce(re) s(ecundu)m illud Ephe(sios) 5o Omnia que
arguunt(ur) a lumine manifestant(ur). Et ad Hebre(os) 11o Fides e(st)

scandarum rerum substancia rerum specialissimum argumentum
Unde eciam apud logicos Argumentum est racio rei dubie
faciens fidem / secundum hoc arguere large accipiendo ly arguet
i. docebit vel manifestabit / Apostolus hoc dicitur de spiritu sancto
Ille arguet mundum de peccato de iusticia et de iudicio / per
adventum namque spiritus sancti tria sunt manifestata mundo
scilicet peccatum iusticia christi et iudicium dyaboli Et racio horum trium
est quia christus est redemptor mundi dyabolus vero deceptor
et mundum detinebat Ad primum propter peccatum infidelitatis Ephesios
6 Adversus mundi rectores tenebrarum harum Et de hoc peccato
spiritus sanctus arguet mundum dum ostendit omnibus suam
infidelitatem Et huic concordat littera de peccato quia non
crediderunt in me / Christus autem mundum redemit suam iu-
sticiam quia iustus fuit psalmus Iustus dominus in omnibus viis
suis et sanctus in omnibus operibus suis Et ideo pati vo-
luit non propter suam iniusticiam sed propter nostram iniquitatem In
cuius iusticie attestacionem sublimatus est ad dexteram dei Et
huic concordat de iusticia scilicet mea quia vado ad patrem
per sublimacionem Et hoc notat cum dicit humiliavit semet
ipsum philippenses 2o Et sequitur ibidem propter quod et deus exal-
tavit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen
quia in nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium
et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus
christus in gloria est dei patris / Dyabolus vero mundum iniuste
detinebat et iniuste contra christum pugnavit ideo iudicatus
est quia amisit dominium i. genus humanum Et huic con-
cordat sequens littera / De iudicio vero quia princeps mundi
huius iam iudicatus est i. in causa salvatoris reus fuit
est / legatur ergo sic littera Arguet mundum de peccato scilicet suo
quia non crediderunt in me / de iusticia scilicet mea quia
ad patrem vado / In huius testimonium / De iudicio scilicet dyaboli
quia princeps mundi huius iam iudicatus est. 3a pars

Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis
portare modo Cum autem venerit ille spiritus veritatis
ille docebit vos omnem veritatem Non enim loquetur

a semetipso sed quecumque audiet loquetur et que ventura sunt
annunciabit vobis. Ille me clarificabit quia de meo
accipiet et annunciabit vobis. Tercia pars principalis in
qua quia discipuli verborum Christi capaces non erant promitti-
tur spiritus sancti instructio et tria facit. Primo enim tan-
git discipulorum Christi indispositionem ad capiendum verba Christi
ibi Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis por-
tare modo. Infinita enim scientia dei sed non potestis portare modo.
Non est dubium ut dicit Augustinus quin omnes veritates Christi in
presenti non cognoscitur cum dicat apostolus Ex parte cogno-
scimus et ex parte prophetamus. Et ideo dicit cum hic simus in presenti
vita non possumus portare illa infinita que dicit
nobis Christus sed cum viderimus eum sicuti est facie ad fa-
ciem tunc similes ei erimus et perfecte cognoscemus.
Vel secundum quod multa habuit Christus dicere apostolis exponen-
do et declarando veritatem divinitatis sue quam propterea
cognoverunt per seipsum sanctum que non potuerunt portare pro
tunc quia adhuc carnales erant sed ista carnalitas
removenda erat per adventum spiritus sancti. Secundo tangit
doctrina spiritus sancti ibi Cum venerit ille spiritus veritatis
quia procedit a filio qui est veritas. Item quia ipsum esse est
veritas. Item a se ipso est omnis veritas. Unde Ambrosius veri-
tas a quocumque dicatur a spiritu sancto est. Docebit vos omnem
veritatem. Vel secundum aliam literam Deducet vos in omnem
veritatem. In omnem quidem veritatem hominem spiritus sanctus
deducit que utilis eius est saluti. Et quia per seipsum
sanctum eciam veniat omne mendacium vel deducet in omnem
veritatem que futura in vita ubi tota veritas implebit
intellectum beatorum. Secundo probat quod spiritus sanctus doce-
bit vos omnem veritatem Non enim loquetur a se sed a se-
metipso. sed secundum quod dicit Dyonisius loqui secundum trinitatem non est
loqui secundum humanam consuetudinem sed secundum intellec-
tum iuxta formam incorporalis nature. sed secundum quod dicit
Augustinus loqui spiritus sancti est spiritus sancti esse. et quia non
est a semetipso sed est a patre et filio Ideo a semetipso
non loquitur sed secundum Augustinum. Spiritui sancto audire est eius
esse. Et licet origo spiritus sancti sit eterna et sine tempore

28.

Est tamen talis aliquo noticia istius originis in futuro
erit cognicio fidelium. Est autem attendendum quod sicut spiritus
sanctus non loquitur a semetipso quia a semetipso non est, sed
quecumque audiet, quia audiet tunc ab alio est. Item
spirituales homines a semetipsis non loquuntur sed aguntur instinc-
tu spiritus sancti. Act. 2° Repleti sunt omnes spiritu sancto et lo-
quebantur prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Tercio 30
ponitur futurorum denunciacio sed quod dicit Crisostomus Elevavit men-
tes discipulorum. Nichil est amplius quando quis sine
utilius quam sacre scripture futurorum. Et quia futura annun-
ciabit vobis. Hoc est impletum in perfectum veteris et novi
testamenti qui scilicet per spiritum sanctum inspirati futura annunciaverunt.
Et hec futura de statu ecclesie que providerunt apostoli et
maxime Joh. in Apocalipsi qui de persecucione et consolacione
ecclesie prophetavit. Vel ista futura sunt gaudia celestis patrie
que spiritus sanctus reduxit in memoriam apostolis cum predicabatur
professione nominis Christi. Quarto ponitur [illegible] clarificacio
Ille me clarificabit. Ille aliquem clarificat qui digni-
tatem eius manifestat. Cristus autem antequam veniret spiri-
tus sanctus non erat apud homines in claritate divinitatis quia
solus homo credebatur. Sed veniens spiritus sanctus illuminavit
mentes discipulorum videntes omnes claritate
a dignitate Christi in qua est equalis deo patri et vel
tunc fecit ut ipsi apostoli glorificarent Christum laudes eius
et gloriam toti mundo predicantes. De quibus dicit Psalmus 8
Tu elevadat me [illegible] etiam habuit. Quia de meo
accipiet. Spiritus sanctus accipiet a filio omnia, non tamen quod
sit accipere spiritus sanctus accidens vel aliud quod
ipse non sit per quod datur intelligi quod procedit a filio.
Et hec est causa quod spiritus sanctus clarificat filium, quia
ipsam claritatem filii temporaliter non accepit, cum sit ei equa-
lis in unitate divine nature, nec accepit spiritus sanctus
temporaliter a filio aliquod esse ab eterno ipsum tamen quod accepit
temporaliter ab eterno incoavit. Unde dicit Et annunciabit
vobis illud cum quod accepit spiritus sanctus a filio scilicet divi-
nitatis naturam, sic est altum et super omnem intellectum

qui nisi invitaret spiritus suus ad noticiam ipsius nullus
posset attingere etc. Dominica proxima ante Ascensionis domini quinta. Quinta post pascha
Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem in Ioh. 16.
nomine meo dabit vobis. Usque modo non petistis
quidquam in nomine meo. Petite et accipietis ut gaudium
plenum sit. vestrum nemo tollat a vobis etc. Solent advocati cau-
a sarum ituri ad curiam romanam clientulos suos hortari
ut petitiones suas formet et sibi conscribant defen-
dendas. Cum igitur secundum reputationem ecclesie advocatus noster
dominus Ihesus Christus in proximo iturus sit ad curiam celestem
ipse sicut fidelis advocatus fidelibus suis [illegible]
suis in sermonibus hortando eos ad petendum dat [illegible]
hac fiducia in [illegible] ut habetur in presenti ewangelio. Circa quod
duo dicuntur. In prima agitur de gratia concedi-
tione narracio pertinens. In secunda nos promittitur apta cognitio
diviniorum ibi: Hec in proverbiis locutus sum vobis. In tertia
comprimitur devota confessio fidei discipulorum ibi: Di-
cunt ei discipuli. Circa primum quatuor inducit quibus
provocamur ut petitiones nostras deo porrigamus. Primum
est veritas pollicentis per quem certificamur conqueri postu-
lata. Confirmavit enim Christus qui mentiri non potest quod deus
pater dabit quidquid petierimus in nomine eius. Unde
dicit Amen amen id est vere dico vobis. Pro certitudine
enim iurat Christus quia veritas est. Unde apostolus dicit
ad Hebr. Hebr. 6 Omnes per maiorem suum iurant. Christus autem
qui non habet maiorem per semetipsum iurat. Genes. 22 Per
memetipsum iuravi dicit dominus. Assumitur autem ad con-
firmationem eius quod impossibile posset videri ex sui
magnitudine. Sed quia a quibusdam posset esse du-
bium dictum predictum omnia vota nostra ab angelis a deo sub
iuramento Christus homo repromisit et non semel tantum
sed bis iuravit: Amen amen, ut in veritate iuramenti
stet omne verbum. Item iuravit per omnipotentiam suam
et per veritatem suam. Unde tale iuramentum infallibile
verum dei veritate [illegible]. Secundum inducit ponit quatuor conditiones
b necessarias in petitionibus nostris. Prima est quantum
ad illud quod petitur ut illud sit aliquid et non sit

nichil. Quemadmodum est vestium sibi ideo denotat bona spiri-
tualia que vera bona sunt sicut scientia est vera ut dicit 3° Phi-
losophorum. Sap. 7 divicias nichil dixi esse in comparacione
huius etc. Eccl. x Aspexi vanitatem et ecce vanitas et in vanis est.
Unde dicit Siquis enim i. si aliquis petierit quod vanum est
eius exaudiam cum petit vana et vilia et talia de lo-
quitur que si vellent homines audire. Contra quos Seneca
ad Lucillium Epistola 10 Sic vive cum hominibus quasi deus videat
Sic loquere cum deo tamquam si homines audiant. Exaudi-
nos petit bona sed superflua ut divicias et honores et
prelatos quales fuerunt filij Zebedei qui petebant sede-
re a dextris et sinistris dei. Et audit eis nescitis quid pe-
tatis. Exaudiam vero petit mala et perniciosa ut mortem
et dampna et mala proximorum aut etiam ut det eis fa-
cultates peccandi. Iacobi 4° petitis et non accipietis eo quia ma-
le petatis ut in concupiscentiis vestris insumatis. Hec omnia cum non
sint vera bona non cadunt sub peticione. Illa autem vera sunt
bona que necessaria nobis sunt saluti. Unde Aug. licet hec
mundana aliquid sint in comparacione tamen respectu vite be-
ate que petenda est nichil sunt. Que vero sunt illa
que sunt adeo petenda Salvator noster docuit nos in
oracione dominica. Cuius exposicio subicietur in fine ex-
posicionis huius etc. Secundo dubitatur hic de tribus.
Primo an debeamus aliquid determinate petere. 2° an
temporale bonum. Tertio an alienum comodum. Et quidem
quo ad primum patet. Si consideramus illud quod oramus non est
videtur aliquid determinate petere quia ipse novit quibus
egemus. Unde dicitur 1 Pe. 5° Omnem sollicitudinem
vestram ~~ponentes~~ proicientes in eum quoniam ipsi cura est
de nobis. Sed si consideramus oracionem oportet ut qui oramus
utile est aliquid determinate petere propter tria ut patet colli-
gi ex dictis Aug. in li. de orando deum. Primo propter
maiorem attencionem ad aliquid supplicamus. 2° propter
in perfectius agnicionem. Nam si aliquid determinate petimus
ita idem nobis imprimitur oracionis inotescit quod
perficimus in desiderio illius rei propria rogamus. 3°
propter maiorem fervorem quia bona determinata magis

Iaco. 4°

monet desiderio. Et causa quia que magis desiderant
fervencius postulant. Unde Augustinus in libro predicto ait Deo
certa intervalla diu in verbis exerimat oramus ut nos
ipsos sumus admoneamus quo ad primum. Et quantum in ipso
desiderio profecerimus nobis innotescat quo ad 2m. Et ad
hoc acrius nos ipsos excitemus quo ad tercium. Sed quantum
E ad 2m scilicet an temporalia sint petenda. Dicendum quod illud quod
licet desiderare etiam licet postulare cum postulacio sit inter
pretacio desiderii. licet autem desiderare temporalia bona sub mo
deratione et in ordine ad eterna. Et hoc modo licet ea moderate
petere ab ipso largitore qui oracionem nobis docuit. Et
hoc docuit petere ab ipso qui ait Matthei 6 Panem nostrum
cotidianum da nobis hodie. Ad 3m quo ad tercium
an liceat alicui commodum in oracione petere. Dicendum quod li
vino in precepto cadit. Karitas homo debet proximum dili
gere sicut se. Et ideo licet et tenetur homo illa que sibi
dari vult etiam debet proximo optare. Ideo ait dominus
Matthei 6 Orate pro persequentibus nos. quo multo forcius pro
aliis. Jacobi. Orate pro invicem ut salvemini. Secunda condi
cio quantum ad circumstancias peticionis. Unde dicit perfectio
in quo sequuntur tria que debent oracionem comitari. Primum
est continuacio ut sit assiduus perfecte ad continuacionem. Luce
18 Oportet semper orare et numquam deficere. 1 Thess. 5°
Sine intermissione orate. 2m est concordia ut sit concors
perfecte scilicet concordet. Matthei 18 Si duo consenserint super terram
dicitur Eccli. 34 Unus orans et alter blasphemans cuius
oracionem exaudiet deus. Unde ipse dominus orans pro uni
tate sic inquit Pater sicut tu in me et ego in te ita
et ipsi in nobis unum sint. quasi alias eorum oraciones
non essent exaudibiles. Tercium est intencio ut sit assiduus
F perfecte scilicet cum intencione. Petere enim est actus appeti
tus ut aliquid intendat. Ideo peticiones nostre debent esse
cum intencione ut non solum labiis loquamur sed corde ut
non verificetur de nobis hoc quod dicitur Ysa. 29 Populus
hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me.
Unde Crisostomus super oracionem dominicam dicit sic. Multitudo

S d s

stamus ad orationem fratres dilectissimi invigilantes in cunctis
ad patrem toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis et
secularis abscedat nec quidquam tunc animus quam id solum
cogitet quod precatur. Ideo sacerdos ante prefationem misse preparat
corda dicendo Sursum corda. Et ut dicamus habemus
ad dominum. admonemur nil aliud quam deum cogitare. Deo
claudatur cor contra adversario et pateat soli deo patenti ne
ad se hoste deo tempore orationis adire patiatur. ut aliud
habemus in corde et aliud in voce. cum tu intentione sincera
deum deamus orare. Quia non sonum vocis sed mentis in
tendit et in eo delectatur deus. Tota confidentia est respec
tu eius qui petit. Quia deus pater. Unde dicat pa
ter? Nomine patris tota trinitas intelligi potest a qua simul
gubernamur et conservamur. Sed cum ergo in oratione dominica dicimus
pater noster quilibet in eius sufficiat. nota t. Unde dicit
augustinus in libro de trinitate. Tota trinitas intelligitur pater
et filius et spiritus sanctus. Unde dici potest quod ad deum pa
trem omnes petitiones referende sunt eo quod ipse sit origo
et fontana bonitatis influxionis divini et spiritualis
ut dicit dionysius in libro de divinis nominibus. Jacobi 1°. Omne datum optimum
~~optimum~~ et omne donum perfectum desursum est descendens
a patre luminum. apud quem non est transmutatio nec vicissi
tudinis obumbratio. Sed forte hoc videtur quod nulla pe
titio fienda sit filio et spiritui sancto et angelis et sanctis
dei. Et tamen ad filium loquens beatus stephanus dixit. Domine
ihesu accipe spiritum meum. Ad spiritum sanctum Eze 37 a Veni spiritus
spiritus et insuffla super interfectos istos et reviviscant
Ad alios vero sanctos ecclesia loquitur Omnes sancti et sancte
dei intercedite pro omnibus nobis. Et dicendum quod fit aliqua pe dicendum quod
titio vel tamquam datori vel tamquam intercessori. Si tamquam
datori et hoc modo soli deo fit omnis oratio et petitio
quia ipse solus dat ultimum bonum quod petimus et quae
ad alia que ad tale bonum ordinantur. Huiusmodi autem
petitiones proprie sunt ad patrem. Quia licet omne
bonum unum equaliter et forte eandem virtute sit a patre
et filio et spiritu sancto. habet tamen filius a patre. spiritus

sanctus a patre et a filio (Pater vero quia est principium
non de principio. Ideo quod quid habet ipse a semetipso habet. 3o
fit aliter petitio tamquam intercessori ut nostras petitiones ex-
audiant. Et hoc modo oramus sanctos omnes et eorum pro-
cinia imploramus. (Quarta conditio petitionis ut attendatur
in qua forma fiat. Et est forma eius ut petatur tamen
in vocatione nominis christi. Ideo dicitur In nomine meo. In
nomine enim ihesu christi fit omnis oratio ad patrem. Ut per
dominum dicatur patrem dominum personaliter oramus. Ex quo sequitur

Cris. patet quia sit virtus nominis christi. Quia non bis
nec rogatur sed nominatur solum apud patrem sunt
inaudibilia. (Et est sciendum quod quatuor sunt cause quare
in nomine filii facimus petitiones deo patri. Prima ratione
dilectionis quam pater habet ad filium que tanta est ut
quicquid in nomine eius petatur pater exaudiat. 2a
causa est quod ipse filius removit impedimentum quo pe-
titiones nostre erant inexaudibiles quod in nostris peti-
tionibus innotandum est. Tercia causa est quia ipse
pro nobis rogavit patrem ut nostras petitiones exaudiat.
Joh. 17 (Quarta causa quia per christum patuit est nobis
omne bonum postulandum quod est gratia et vita eterna Joh. 1o
Gratia et veritas per ihesum christum facta est. Sed ab ista for-
ma petitionum non excluditur spiritus sanctus Immo quando
eodem sunt. Spiritus enim sanctus est caritas et divinus amor
quo pater et filius mutuo se diligunt. Et ideo
cum aliquis petit in nomine filii ratione dilectionis quam
habet filius ad patrem petit in nomine spiritus sancti.
Item qui petit in nomine filii ratione remotionis
impedimenti petit etiam in nomine spiritus sancti quia
non fuit amotum tale impedimentum peccati nisi per
spiritum sanctum qui emundat sua sanctitate omnem peccati ma-
culam Tit. 3o Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis
et renovationis spiritus sancti quem effudit in nobis habun-
de. Item ratione tertii qui petit in nomine filii in-
cludit spiritum sanctum quia ipse spiritus sanctus postulat
pro nobis orantibus Rom. 8 et Gala. 4 misit deus
spiritum filii sui in corda vestra clamantem abba pater
nostra

Item nunc querit ecclesia licet xpus nobis meruit spe
cialia dona tamen accipiamus ea benignitate spiritus sancti Ephes.
1o Signati estis spiritu promissionis qui est pignus
hereditatis nostre in redemptionem acquisitio k
nis in laudem glorie eius ipsius / Deinde ponit peticio
nis effectum / dabit vobis ipse enim plus dat quia quic
quid aliud dat ab ipso habet quod dare potest neque enim ipse
ab alio accepit quod dat Rom. 11o Quis prior dedit illi
et retribuetur ei q. d. nullus / Dat autem deus liberaliter quia
sine spe retribucionis Unde Bernardus in quodam sermone Nul
la spes retribucionis fuit dandi beneficia quia bonorum
meorum non indiget. Item magnifica quia non parva sed maxi
ma dona ut esse divine nature beatitudine 2 Pet. 1o
maxima et preciosa sunt nobis promissa ut per hoc effi
ciamini divine consortes nature / Item dat habundantius
quam petamus Ephes. 2o Potens est autem deus habunda
cius facere quam petimus aut quam intelligimus Jaco. 1o Dat
omnibus affluenter et non improperabit. Item dabit optime
ideo dicitur dabit sed in futuro quia sepe exaudicio differtur
dispensacione divina ecclesia ut dicit Aug. Deus enim bona
petentibus non negantur sed differuntur ut congruo dentur
tempore quis Tu das illis certa in tempore optimo / Hec est ideo
differuntur ut petencium animus magis ea desideraret et
habita amplius custodiat / Et est sciendum ut dicit
Aug. quod omnes isti qui exaudiuntur prosperis non semper exau
diuntur salubriter quia non absolute datum est debent sed
dabit vobis. legimus enim 1 Reg. 12 lacrimas samuel l
quas fudit pro rege Saul non fuisse exauditas Dic
net omne quod petierunt sibi prosperis datum est illis Item
petivit apostolus sibi removeri stimulum sathane et tar
lius nec exauditus est ecclesia ille stimulus erat illi
in profectum virtutis / Unde ex omnibus dictis tenendum est quod sancti
semper exaudiuntur pro prosperis de hiis que salutis sunt /
¶ Secundum quo provocamur ad eos petere est necessitas postulantis
exaudiri enim sunt xpus cum discipulis non erat eis
necesse petere Eo nos ad patrem ascendente oportebat

postulare necessaria Unde subdit Usque modo non petistis quicquam
quia nunc i. quamdiu corporali presencia fui cum vobis sive
nobiscum non petistis quicquam in nomine meo quia nichil
nobis defuit luce 22 cum misi vos sine sacculo et
pera et calciamentis numquid aliquid defuit vobis At
illi dixerunt nichil / Conveniens ergo erat ut xpo corpora-
liter ascendente inciperent petere a deo patre cui eos commi-
sisset Joh 17 Pater serva eos in nomine meo quos
dedisti michi ut sint unum sicut et nos Cum essem cum
eis ego servabam eos in nomine tuo quos dedisti michi
nunc autem ad te venio / Tercium quare petere debemus est
largitas tribuentis que tanta est quod non solum petentibus
petita tribuit sed quia eciam rogat ut petamus Petite
scilicet orando et accipietis cap. Quecumque petitis credite
quia accipietis et fiet vobis Cum enim tria sint bo-
na meritoria Elemosina ieiunium et oracio Oracio tamen
alia inquantum precellit Est enim facilior velocior et de-
lectabilior propinquior et efficacior. Facilior enim est
ut puta quia debilis aut egrotus non posset ieiunare
aut pauper elemosinam dare quilibet tamen potest orare Glosa
super illud ps Justus autem miseretur et tribuet dicat sic
Semper aliquid est quod debet iustus saltem oracionem et si non
ore fundit tamen sit corde iustus Item est velocior Unde
ipsa celum penetrat usque ad cognicionem dei ps Intret in
conspectu tuo oracio mea ubi glosa Magna igitur inquid
potencie et virtutis est oracio pura. Unde quasi quedam
persona ad deum intrat et mandatum ibi peragit quo caro
pervenire nequit Item delectabilior Unde Cass super ps Jocun-
dissima est sermonis commercio quia quodam modo cum deo loquitur
Unde Aug super ps Oracio tua locucio est ad deum quando
legis deus tibi loquitur quando oras tu cum deo loqueris
Item est deo propinquior quia omnis est facie ad faciem
deum sibi presentem constituit Eccl 35 Oracio humiliantis
se nubes penetrat et donec appropinquet deo non conso-
labitur Cass Oracio sibi presentem facit quem videre non
prevalet ad penetralia iudicis peccator admittitur et

nullus respicit nisi qui eo tepidius indulgent Item
tertio est efficacia quia in oratione petita impetrant Eccli 35
Oratio discedit oro in actu specta dum donec aspiciat al
tissimus Unde Aug(ustinus) Oratio pura et recta sunt ce
los penetrat et vacua non redibit Tertio quo pro
tanto actu petere est siccitas animi estuantis omnis
cum animus nullit desideat gaudium Et tamen strenuus
est animus quod magnus desiderio estuans gaudio numquam
saciatur donec tota eius capacitas gaudio repleta su
repleat Unde cum dixisset Petite et accipietis sub
dit ut gaudium vestrum plenum sit Jo xvi dicat hic sume
pete dicens ut gaudium vestrum plenum sit Jo xv hec
locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis sit et
gaudium vestrum impleatur Circa quod notandum ut dicit
Seneca epistola v ad lucillum Omnes homines tendunt ad
gaudium sed unde magnum et stabile gaudium consequantur
ignorant Quartum nam duplex est gaudium scilicet vanum quod
est temporalis affluentie Mundani gaudent in divitiis et
affluentiis. Mundani in acquisitione pecunie ut avari
sed vacui sunt quia cor semper remanet vacuum. Quan
to cum plus habent tanto plus indigent xv Antea
sicut mare possit aut avari Omnis avarus mare quod
sensus lucidat avari Mundani cum gaudent in po
tentia et honoribus sicut ambitiosi et superstitiosi vi
dent quam pleni gaudii Sed in veritate similes sunt
vesice plene vento que tamen vacua est. Omnes is
tam luxuriosi quam avari et superbi ystis mundanis se
putant esse plenos vacui tamen sunt decipiunt quoniam
ut dicit Seneca quia oblectamenta brevia et falsa
sicut ebrietas que una hora hilarem reddit hominem
sed post insania et longi temporis tedio contristat Ysa
29 Sicut somniat siciens et bibit et post quam fuerit
experrectus lassus adhuc sitit et anima eius vacua
est et sic erit omnis plenitudo eorum Secundum gau
dium est verum gaudium et est gaudium sanctorum in presenti
vita quod habent in cognitione dei per fidem spem et caritatem

e

Gaudium duplex
Vanum

vo

Verum

Gaudent enim in cognitione dei Joh 20 Gauisi sunt discipli
viso domino / sed hoc gaudium non dum plenum est sed potest
dici semiplenum. Quia non videmus aperta facie sed per
speculum et in enigmate. et ita nobis lucet divina
claritas velata et obscura / Item gaudent sancti in spe per-
veniendi ad claram visionem Rom 12 Spe gaudentes
sed hoc gaudium non est plenum propter duo. Primum quia ista
spes differtur prov 13 Spes que differtur affligit animam
Secundum etiam quia sibi timet quod non sunt de sua boni-
tate certi / Item gaudent sancti et delectantur in carita-
te et dilectione dei Gala 5 Fructus spiritus est caritas
gaudium pax longanimitas / Cum gaudio nichil io-
cunditatis presentis vite est comparabile sed respectu interne di-
lectionis eterne patrie istud gaudium parvum est / Unde
Richardus in de contemplatione li. 12. pri c 2a / O dulcedo
miranda. o dulcedo tam magna. o dulcedo tam parva
Primo magna quia mundanam omnem excedit dul-
cedinem. Secundo tam parva quia de illa magnitudine
dulcedinis dei vix scintilla modica decerpit / Ista
dulcedo si aliquem raptim rapiat sic mentem inebriat
ut totum hominem extra se rapiat. Hec ille / Ad quam
cum raptus esset apostolus dixit Sive in corpore sive ex-
tra corpus nescio deus scit. Et Augustinus 10 confessionum
Et aliquando intromittis me domine in affectum multum inusitatum
quod si perficiatur in me nescio quid erit. scio tamen quod
vita ista non erit / Tercium gaudium est plenum scilicet
celestis patrie quod est beatorum clara visio in summa
patris facie ad faciem in plena fruicione Augustinus 10
confessionum Beata vita est gaudium de veritate. Hoc gaudium
de te qui es veritas / Et hoc gaudium erit ple-
num primo quantum ad capacitatem. Quia omnes vires
anime replebuntur divino gaudio. Et possidebunt in plena
fruicione plenum gaudium erit intellectus ex aperta visione
vultus dei. plena erit voluntas memoria ex presencia
dei Baruch 5o In verbo dei gaudentes / Plena erit
voluntas ex intima dilectione dei ps Repletum
est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione

3 plenum

Item hoc gaudium plenum erit puritate quia nulla
tristicia miscebitur In gaudio exultationis eius non
admiscebitur convenes Et hoc ideo quia anima tota
et tota dependet in deum ita ut nichil eius gaudium
possit impedire Augustinus 10 confessionum 28 Cum inhesero tibi ex
omnibus viribus meis nusquam erit labor et dolor
Item hoc gaudium erit plenum securitate quia nec
invidia nec potencia aliqua poterit tollere Joh 16
Gaudium vestrum nemo tollet a vobis Item hoc gaudium
erit plenum eternitate non est momentaneum sed
stabile et eternum Ysaie 60 Ponam te in gaudium in
generatione et generationem et suges lac gen
cium et ubera regum lactaberis Et tunc gaudium est
super plenum et superfluens scilicet divine essencie Gaudet enim deus
pater in filio et spiritu sancto Et filius in patre et filio
Horum gaudium unum est una beatitudo que non [illegible]
aliud ab eis / Et enim est eis gaudere quod esse
gaudium infinitum est / est non igitur gaudium dubium
quod super effluat et superhundet omni creature a quo
gaudio gaudium in angelis et sanctis emanat scilicet gau
dium beatitudinis ipsorum quia participacione superfluentis
sine effluentis gaudii omnes sunt beati Mt 25 Euge
bone et fidelis intra in gaudium domini tui Eterna
gaudium dei est omni creature gaudium Ad quod nos
perducat ihesus christus Amen. Feria post principat 286

Hec in proverbiis locutus sum vobis venit hora ut
iam non in proverbiis loquar vobis sed palam de patre a
nunciabo vobis Illo die in nomine meo petetis / Et
ideo dico vobis quia ego rogabo patrem pro vobis
Ipse enim pater amat vos quia vos me amastis et
credidistis quia a deo exivi. Exivi a patre et veni
in mundum iterum relinquo mundum et vado ad patrem Secunda
pars in qua premittitur apta cognicio divinitatis et tra
fiat Primo ondit quo divinitatem eius manifestat
lumine hoc scilicet de omnibus que locutus sum usque modo In
proverbiis locutus sum vobis / Est autem proverbium locutio

Supplem=

R

qua aliud dicit et aliud intelligit. Et tunc dicitur
perversum quasi postea verbo et loco alterius locu
tionis posite. Aut est proverbium est quod sit aliud dici
et aliud intelligi quia tunc unum dicitur est et ponitur iuxta
intelligenciam alterius. Et tunc proverbium idem est quod pa
rabola. Et hoc modo dicitur proverbium quasi pro verbum. Ex
quo patet quod omnis parabola proverbium est sed non omne pro
verbium est parabola. Manifestum est autem quod Christus mul
ta loquens locutus est in veritate in proverbiis et parabolis
quoniam discipuli adhuc carnales erant et carnales
sine similitudinibus corporalibus non potuerunt intelligere
cap. 10. Sed quia quod datum est aliis parabolice hoc
erat apostolis revelate datum intelligere. Unde subdit Venit
hora cum iam non in proverbiis loquar vobis. Hec hora usque
completo modico potest accipi tempore quo dictis verbis Ihesus Christus
fuit cum discipulis. statim cum annunciavit eis de
clare de patre dicens Ipse enim pater amat vos quia
vos me amastis. Et multa alia ponit statim usque
finem capituli. Et propter hoc dicit sed palam de patre meo
annunciabo vobis. Joh. 17 Pater manifestavi nomen
tuum hominibus quos dedisti michi. Et propter hoc signum
est quod post subditur. Ecce nunc palam loqueris et pro
verbium nullum dicis. Alio modo secundum Crisostomum hora illa quando
Christus palam annunciavit divina apostolis fuit tempus
resurrectionis quoniam per dies xl. disputavit cum eis
loquens de regno dei. Tercio modo secundum Gregorium Illa hora
in qua manifestatur divinitas est quando videbimus
eam sicuti est in vita eterna. Unde quia diu sumus
in vita presenti solum in proverbiis loquitur nobis Christus
sed istum sensum secundum Aug. in Luc. impedire hoc quod
sequitur Illo die in nomine meo petetis. In futuro secu
lo quod summum tunc petitur quod satiabit omne desideri
um in bonis eternis Ps. Saciabor cum apparu
erit gloria tua. Concedo itaque racionem alicuius indigencie ibi
nulla erit ubi est summa satietas. Relinquitur ergo
ut intelligatur quod Ihesus discipulos de carnalibus

spuales se pmisit facturu et hoc in spus sci missione
Et nota q illa que facit spus xpus dicit se facturu
quia inquatu deus simul cu ipo facit cu divinarum
enim psonarum una sit voluntas et inseparabilis opacio
unde dicit palam de patre meo annunciabo vobis
Et iste est sensus tamen ad hec Aug9 sup Johem B
ponit aliud consequentia ad illam captam annunciacionem B
dicens ibi Illo die i. hoc tpe in nomine meo petetis
quia tunc patrem et me cognoscetis et hic fuit in tpe p9
acceptionem spus sci qui nondum erat dabat quod et petere compel
lebat Rom 8 Spus postulat pro nobis gemitibus inenar
rabilibus id est postulare facit Et hoc Aug9 vel aliter
sm Gre In die illo quod prius appellaverat hora nunc
claritatis manifeste nunc diem appellat tunc luce et
claritatis perfecte In illo igitur die cum claritatem sci viro
gabunt in nomine xpi quia non in sono verborum sed in ipsa
re ubi dei consiliarius quicumque interrogat in dici i. in
filio in quo omnes thezauri sunt absconditi sapie
et sciencie nec aliquid interrogare sci dicuntur quod nesciunt sed quia
cognitio eorum qua vident in verbo dei non est talis sicut
Salomonis nec est inscripta sed in verbo dei unde tabernaculo eius
interrogare dicitur quando eum illa rebus aliqualiter tradit
in gloria cum notitia omnibus dicitur etiam posset quod omnes
scientia cognoscunt in verbo Et ideo nomine ipsius cogni
cionem petunt Deinde ponit aliud consequens ad hanc co
tionem petit ibi Non dico vobis quia rogabo patrem pro nob
explicat ut intelligi sermo sm Aug in. Quia licet
hic xpus sm quod homo oret pro nobis patrem iuxta
illud Hebr 7 Salvare in perpetuum ut accedens
per metipsum ad deum. semper vivens ad interpellandum
pro nobis sm tm quod ipse est filius dei cum patre manifestatur
cum patre hunc erit ut inquantum deus non roget pro
nobis patrem sed simul cum patre orantes exaudiat nos
Glo. dicit hec Rne hic usque dixi ergo in proverbiis
que solent homines audire sed non intelligere proinde
dicales est sed venit hora quia dato spu sco faciam
vos spirituales Et tunc in nomine meo petetis Crema ve

tur scire quod sicut homo rogo patrem et quia deus exaudio
eum pro illo non potest intelligi quod solus eum erit in vita eterna
cum Christo non erit opportunum quod vel pro eis oret patrem quia ibi
tunc nulla erit indigentia. Secundo sit cum sancti sint in
presenti vita non oportet quod Christus pro eis roget et est similis
modus loquendi ac si diceret ipse Christus apostolis Tanta familiaritate
habetis cum patrem meum sicut ego ad deum quod per
nos potestis accedere ad deum et impetrare quidquid placet
Nota quod per hoc non excluditur adiutorium suum sed ostenditur
cum quanta securitate poterunt orare deum Consimili modo
loquebatur sancta agatha iam gloriosa in celis sancte lucie
venienti ad sepulcrum eius Soror mea lucia virgo deo devota
quid a me petis quod ipsa potes prestare matri tue Non
enim excludebat a beata lucia adiutorium suum sed commu
nebat cum quanta securitate posset rogare deum Secundo
modo Christus loquebatur apostolis ad commendandam circa eos
amicitiam dei patris unde subdit Ipse enim pater amat
vos quia dicit apostolus dilexit nos ante mundi con
stitutionem Augustinus duas tangit rationes istius amoris Prima
quia nos in se amasti Secunda quia dicit Augustinus quo verum sit
quod pater amat vos nos tamen non dileximus eum Secunda
ratio Iohannis 3o diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos
et dicendum in veritate quod non ideo dilexit nos quia eum
diligimus sed econverso ideo eum diligimus quia ipse nos diligit
Simpliciter quia a patre et filio habemus quod patrem et filium dili
gamus et diligit opera sua deus ideo nos suos dilectores
amat sed tamen hoc ipsum quod nos diligit amatores
suos in nobis non faciat nisi ante amatores fuerit
Alteram rationem dilectionis assignat ex fide et credi
distis quia a deo exivi unde Lactancius patrem in con
fessionis maiestate cum perfecta de filio fides est qui
quod a deo exivit credit atque amat Secundum praeceptum videtur
videri Secundo conditionibus enim principium fides est unde
dicit salvator omnia possibilia sunt credenti Tertio
ponitur summa fidei quo ad eternam Christi generationem et
temporalem incarnationem et mortem ipsius et resurrectionem

et ostensionem. Exivi a patre. perfectam generationem qua exiens
est eternus absque ulla inchoatione neque cum pater precessit
filium. Item exivi a patre absque separatione. Ita cum a patre
exiit quod pater est in filio et filius in patre. Item exivi ab-
sque diminutione. Non cum sit filius exiit a patre pater aliquid
diminuatur in patre quantum ad substantiam sed tota substantia que est
in patre tota est in filio, nec amplius in duobus quam in
uno. Unde Hilarius 6 de trinitate: Non profectu diminue
humanum genus deus ex deo nascitur cum a deo potius
portio est qua plenus est cum unus ex uno. Non cum
est partitio nec est sectio non diminuto non diminuato
nec precisio non passio sed unitatis nature ex unitate nature
non ... non creata inde non
nitas. deus ex deo genitus est ... continuo sed exiit a manente
ut elementa esse cepit ... habet nativitatis non habet inchoationis
et ... sequitur habet nativitatis non ... Ista notandum est quod aliquid ab aliquo potest exire ut
pars ab alio. Sed hoc
contentum a continente sicut ... a ... ab alio. Sed hoc
modo non exiit filius a patre. Quia tunc sequeretur quod esset
distincti essentialiter quod est impietas arrianorum. Sed
potest aliquid ab aliquo exire ut pars a toto. Sed nec sic
exiit filius a patre. Quia a deo non est pars et totum
cum ipse sit summe simplex. Pars et totum separata habet
aliam essentiam quam habet totum quod de filio et de patre non
accidit. Potest etiam tertio aliquid ab aliquo exire sicut
sicut effectus a causa. Sed nec hoc modo exiit filius a patre
Quia pater ipse non est causa filii. Ubi causa sit ad ...
esse sequitur aliud. Filius autem non est aliud a patre
Tertius autem quo filius a patre exiit deus est ab ...
exitu naturali. Unde ut patet ... exiit ... ad
exitu naturali. Unde ut patet ... Sed
intendum est quod exitus duo importat scilicet generationem et e-
manationem. Nam nichil ab alio exiit nisi primo in eo fuit
... si in eo manet. Nec ab eo aliquo modo emanaret
non diceretur exire ab illo. Ergo exitus dicit generationem
et emanationem. Ideo nomine exitus filius significatur
generationem ex patre ... in qua manens ...

patri coequaliter distinguitur ab eo et manat personaliter
dicat ergo Domine aperte scilicet per certa signa Domine loquaris
per distinctionem personalem in essentia manens indivisus
ab eo unde sicut Domine ab eo quod certa sum et ipse in me
cum tota essentia unitus sit in alio Johannis 14 Non creditis quia
ego in patre et pater in me Et hic est exitus de quo
in psalmo A summo celo id est a patre egressio eius Et alia Michee 5 michee
Egressus eius ab diebus eternitatis Deinde ponitur incar-
nationis fides Et veni in mundum carnem assumendo ex
virgine Johannis 1 In propria venit et sui eum non receperunt
Deinde ponitur passionis et resurrectionis fidem Iterum
relinquo mundum Moriens relinquit mundum quia vitam
quamdam non habuit Resurgens autem reliquit mundum quia
licet habuerit vitam corporalem et consimilem vitam tamen
illa erat separata a communi vita hominum Deinde tangit fi-
dem ascensionis Vado ad patrem Ivit enim ad patrem
quando fuit assumptus in celum et sedet ad dexteram dei etc.
Dicunt ei discipuli eius Ecce 2a pars principalis 16
Nunc palam loqueris et proverbium nullum dicis Nunc
10 scimus quia scis omnia et non est tibi opus ut quis
te interroget in hoc credimus quia a deo existi Cetera
pars in qua tangitur devota fidei confessio ubi ita fit.
Primo enim ponitur responsio discipulorum Dicunt ei
discipuli eius Ecce nunc palam loqueris Primo quidem
locutus fuit palam id est publice Johannis 18 Ego palam
locutus sum mundo et in occulto nichil Ego semper do-
cui in synagoga et in templo quo omnes iudei convene-
runt Nunc vos loquebatur palam id est clare et aperte Glossa
2a Iste palam facit disciplinam sue doctrine Et proverbium
nullum dicis consuetudo est amicorum ab invicem secreta
dicunt quod absque ulla laborum duplicitate sibi mutuo
corda manifestant et ostendunt. Christus necdum
ad discipulos verum scilicet per ... sine proverbio omnibus loque-
batur In hoc quod palam dixit de eum patre discipu-
los amare et quod a deo exierat et venerit in mundum 2°
ponitur confessio sapientiam Christi que dei filio apparet Nunc
scimus quia scis omnia Venia scripture signum est clare

et lucide loqui ut possit alios docere Sap 9 Emitte
sapientiam de celis sanctis et a sede magnitudinis tue ut
mecum sit et mecum laboret ut sciam quid acceptum sit
coram te omni tempore Scit enim omnia et intelligit Et no
n est opus tibi ut quis te interroget Tercia autem interroga
cio ... noverit quod noluerint interrogare neque ... interrogacionibus
sibi fiunt nota corda hominum Tercia ... sit omnia an
tequam fiant Tercio perficerit divina Christi generacionem ...
credimus quia adeo ... Tercia solus deus scit occul
ta cordium Et ipse ista noticia filio assignatur qui est sa
pientia dei patris Sap Ego sapientia ex ore altissimi prodivi
primogenita / Tercio et sublissimo ... vide ... divinis ...
Quia in precedenti proximo ... et in sermone subse
quenti plura dicuntur de oracionibus nonnulla tanguntur
... de oracione divina que est omnium oracionum primicia et quia
tibi de oracione dominica ... ideo pre habundanciori ...
cia ... est tempus rogacionum ... oracionis divine a
... de ... compositum oracionis ... ad ...
... auctor ... dicitur ... ad ...
... legencium postea / vide eam in sapiencia 301
Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis
ihesus et exprobravit incredulitatem eorum illorum
et duriciam cordis quia hiis qui viderant eum resur
rexisse non crediderunt Et dixit eis Euntes in mundum
universum predicate evangelium omni creature Qui cre
diderit et baptizatus fuerit salvus erit Qui autem non
crediderit condempnabitur Signa autem eos qui credi
derint hec sequentur In nomine meo demonia eicient
linguis loquentur novis serpentes tollent Et si mor
tiferum quid biberint non eos nocebit Super egros ma
nus imponent et bene habebunt Marci 16 Consueverunt
principes ~~Et luce 2X~~ principes ad curiam imperatoris
in regione longinqua ... capitaneis et officiatis
suis committere terras suas dando eis potestatem ... ...
mandat qualiter ipsi dum venerint debeant terras et
homines gubernare Sic Christus princeps quando ... 
ad patrem suum imperatorem celestem ... suos ca
pitaneos et officiatos super ecclesiam suam videlicet apostolos constituit

Resurrectio domini nostri ihesu

Et luce 2X
A

dando eis potestatem super omnia demonia et ut languores
curarent et curaverunt. mandans eis ire in universum mun-
dum et predicare evangelium. Et dicit hoc est primus evangelii
quod dividitur in tres partes principales. In quarum prima descri-
bitur qualiter dominus discipulis suis apparens allocutus
est eos amicabiliter et grosse. In secunda ponitur qualiter in celum
assumptus est mirabiliter et grosse ibi Et dominus quidem ihesus
postquam locutus est eis. In tertia ostenditur qualiter discipuli
commissiones eis factas executi sunt fideliter et studiose
Illi autem profecti predicaverunt ubique. Circa primum quatuor de-
scribuntur. Primum est apparicio salvatoris. Circa quod notandum quod
christus post resurrectionem suam per dies xl antequam celos ascen-
deret discipulis suis apparuit sicut legitur Act. primo quibus et
prebuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argu-
mentis per dies xl apparens eis et loquens de regno dei
Unde Joh. xx. quod etiam multa alia signa fecit in con-
spectu discipulorum que non sunt scripta in libro hoc. Ubi tamen
considerandum est quod de ista apparicione videtur esse dubitatio.
Aug. enim dicit quod apparicio de ista de qua loquimur materialiter
sit eadem apparicio que facta fuit in sero diei dominice resur-
rectionis de qua dicitur in Joh. cum ubi mane dicitur quod
Joh. dicit illi apparicioni thomam non affuisse. Marcus vero
dicit quod apparuit undecim discipulis christus. Aug. vero
in glossa videtur velle quod ista apparicio sit eadem de qua loquitur
Matth. ult. quod undecim discipulis apparuit christus in galilea
in monte ubi constituerat eis ihesus. In illa enim
apparicione indicat Mat. christum exprobrasse incredulitatem et duriciam
discipulorum et dixisse illis Euntes in mundum universum
predicate evangelium omni creature. Qui crediderit et
Et etiam introducat eundem dixisse. Signa autem eos qui
crediderint hec sequentur que verba refert marcus christum dixisse
scilicet in hac apparicione. Unde ista apparicio esse eadem illi
habent autem non videtur concordare Mar. quia dicit hanc
apparicionem fuisse factam in novissimo die quo christus
fuit in terra. Ait enim sic Novissime recumbentibus
undecim discipulis apparuit illis ihesus. Unde dicendum
est quod hec apparicio de qua loquitur Mar. non sit eadem
que facta est in sero diei dominice resurrectionis

aliorum

put circa Aug' sed ista expon' mag' sententie videtur iuxta
sit eadem illi qua apparuit in galilea sup' monte' put est
mag' sup' act' aplorum videtur velle. Sed ista appariciones
fuit nona ab omnibus apparitionibus facta vz in die as
censionis put Greg' Aug' mag' in hysto. et glosa
sup' m'r hoc idem sentire videtur. unde lu tc omnibus
ceteris aliis apparitionibus decacem apparuisse dicit ps
apparuit marie magdalene marci ultimo Surgens mane p
prima sabbati apparuit primo marie magdalene de qua e
iecerat septem demonia i. septem sp'us contrarios virtutibus
et donis sp'us sancti Vel quia hec demonia universa vicia
sunt. quia maria universis viciis plena fuit modus aut
apparitionis huius declaratur Joh. 20 Racio huius prime ap
paritionis fuit. extima mulier que in principio viro fuit
p'comes fuit. et que primo gustavit mortem. ideo prima
debuit culpe. et que primo gustavit mortem ideo prima
videt resurrectionem ne sustineret apud viros obpro
brium perpetui reatus i. ne perpetue obligate consentit ad
interpretacionem. quia ab ipsa fuit inicium peccati. unde et que viro
culpa transfudit ideo transfudit graciam scilicet resurrectionem
viris annunciando Secundo apparuit mulieribus recedentibus
a monumento. Nam maria magdalena viso domino
tibus a monumento. Nam maria magdalena viso domino
iam resurrectionem credebat. Sed alias invenit mulie
res quibus primo tunc ibi fuerant. Et hoc fit ad disci
pulos. tunc occurrit illis ihesus dicens ut hic m't.
28. Ancte ille autem tenuerunt pedes eius et adora
verunt eum Tercio apparuit petro Sed ubi autem quando apparuit
non hic expresse Dicit enim de duobus discipulis et
redeuntibus in urbem de Emaus luc ultimo Surrexit
dominus vere et apparuit simoni. Hec apparicio forte fuit
quando nunciantibus mulieribus discipulis resurrectionem
ut dicit Luce ultimo petrus surgens cucurrit ad
monumentum Vel fuit forte quando petrus et iohannes
redibat a monumento ut dicit Joh. 20 potuit enim
esse quod petrus a iohanne alicubi divertit et tunc vi
esse quod dominus apparuit ei. Racio huius apparitionis
similis est quod dominus apparuit ei. Racio huius apparitionis
fuit scilicet quod omnium virorum primo dominus apparuit petro. quia primo
confessus est eum esse xpm dicendo sibi mathei Tu es

B

petrus xpus filius dei viui. primo eius resurrectionem
meruit videre. Et ideo sibi tamquam digniori et fidelio-
ri omnibus apparuit consolando eum ne desperaret. Item
quia cum negauit isto sibi primo apparuit consolando
eum ne desperaret. Omnibus autem simul apostolis non se pri-
mo manifestauit ut fieret fides firma et qui primo vide-
rat et eius erat aliis referebat. Et sic auctor eam com-
probabat visionem non nimis sed parum habuerunt in opina-
ta visione. Et ita opus erat ut deus ante fidelissime
scilicet petri suam apparitionem primo probaret. Tercio apparuit duobus
discipulis euntibus in emaus quibus se iunxit in via
et tunc cognouerunt eum ihesus accepit panem et benedixit
et fregit et porrigebat illis ut dicitur luce vltimo. Hii
duo discipuli regressi in iherusalem vndecim quos inuenerunt
congregatos narrauerunt que gesta erant in via et quo-
modo cognouerunt dominum in fractione panis. Dicitur enim quod
xpus frangebat panem velut fractio similis erat in-
cisioni cultelli. Quarto apparuit discipulis congregatis in
domo foribus clausis in medio eorum tunc ut dicitur
Joh. 20 venit ihesus et stetit in medio discipulorum suorum
et dixit eis pax vobis. huic apparitioni thomas non
interfuit. Considerandum quod hee quinque apparitiones supra-
dicte ipsa die resurrectionis facte sunt quas representat
sacerdos in missa quinquies se vertendo. Sed tercia visio est
vbi dicit orate pro me fratres. est in silencio et signat
tertiam apparitionem factam petro que restat quod et vbi fa-
cta fuit determinate. Sexto apparuit in octauo die disci-
pulis congregatis presente thoma qui dixit se non credere
nisi tangeret vulnera eius sed xpi ibi dixit dominus
thome ut dicitur Joh. 20 Infer digitum tuum huc et
vide manus meas. Respondit thomas dominus meus et deus
meus. Dicit quidam thomam tantum vidisse et non teti-
gisse sed eum iussum non fuisse tangere xpm assentit.
Et videtur verbo domini qui dixit Quia vidisti me thoma
et credidisti. Sed quia nisus per quolibet sensu corporis potest
poni dicit potest eum vidisse et tetigisse per sensum quia
dominus dixerat infer digitum tuum huc et vide. Et

vide sit dicte [illegible] in missa [illegible]

forte diceret quod non sed cum sensu suo fuisse discipulus tangere deum
nisi se offerret illi tangendum. Septimo manifestat se ad
mare Tyberiadis ut dicitur Joh. 20 nam ut ibi dicitur pisca-
bantur discipuli septem et in illa nocte nichil prendiderunt
sed mane stetit Jhesus in littore cuius ad vocem eius in
dexteram navigii rethe cum misissent impleverunt illud Cen-
tum quinquaginta tribus magnis piscibus. Et ait dixit
Johannes Petro: Dominus est. Petrus tunica succinxit se erat
enim nudus unde ut vitaret pudorem tunicaverat sibi ali-
quod lineum indumentum et misit se in mare. Alii vero disci-
puli venerunt navigio et invenerunt prunas in littore et
pisce suppositum et pane iuxta positum et assantes
simul de piscibus quos prendiderant manducaverunt cum
Jhesu. Octavo manifestavit se undecim discipulis in
monte Thabor ut dicitur Mt. ultimo. Undecim discipuli
abierunt in montem ubi constituerat illis Jhesus et videntes
eum adoraverunt. Nono manifestat se discipulis recum-
bentibus in cenaculo ut dicitur in principio libri evangelii
tu comedens ipse ad eis per quod intelligi datur ut dicit magi-
ster in hystoria. Cum sextam horam tetigisse dixit discipul-
is. Ultimo in hystoria cum sextam ... ut dicit Luc. ultimo. Sedete in civitate quoadusque induamini
virtute ex alto. Quod idem est et quod dicitur Act. 1o. Et
convescens discipulis cum eis praecepit eis ab
Jerosolimis ne discederent sed expectarent promissionem patris
quam audistis per os meum. Et subdit: Vos baptizabimini spiritu sancto
non post multos hos dies. quia descendet Spiritus sanctus super vos et de-
scendens vos purificabit et roborabit. Decimo die ut
dicit magister in hystoria praecepit eis ut egrederentur. Decimo tertio
et statim evanuit ab oculis eorum post comestionem
vero ut dicit magister in hystoria undecim apostoli et alii discipuli
et mulieres de civitate unanimiter egressi iuxta praeceptum
domini venerunt in montem Oliveti. Et statim dominus apparuit eis.
Et ista fuit decima apparicio. Est nonum sermo ... q
apparuit hic undecim discipulis congregatis ut omnes
testes fuerint et cavarent in omnibus quae fuerunt videntes
et audientes verum enim falsum esse potuit quod tot
oculis visum est totque auribus auditum. Solis autem

Vndecim apparuit quia magis erant comprobandi de incre-
dulitate et duricia cordis quam alii magis erant confirmandi
erant de veritate resurrectionis tamquam testes erant ordina-
ti ideo per universum orbem. Act. 4o Virtute magna
reddebant apostoli testimonium resurrectionis Ihesu Christi.
Aut forte dici potest quod licet soli undecim nominentur
non excluduntur alii discipuli et mater domini atque alie
d sancte mulieres quibus omnibus Christus apparuit. ¶ Et non
solum manducantibus discipulis ipse Christus manducavit
cum eis ut legitur in actibus apostolorum. Et hoc propter duo. Primo
quidem in signum dilectionis quia cum discipuli non
erant visuri in carne. Secundo autem propter veritatem manducavit
cum eis quemadmodum cum omnia alimenta debebant sepa-
rari sicut manducavit et bibit. Tercio ideo cum eis com-
bibit ut veritatem carnis demonstraret. Tunc enim maxime
credunt eum non esse alienum quia ulterius nullum
signum resurrectionis erat. Augustinus. Veritatem autem carnis
probat maxime comestio. Cum enim beatam carnem non
habet non potest comedere. Et ideo angelus dixit ad Tho-
biam: Cum essem vobiscum videbar quidem vobiscum
manducare et bibere, sed ego invisibili cibo et potu utor
qui ab hominibus videri non potest. Et hoc est quod dicit
Greg. Comedit Christus cum ascendit ut videlicet per effectum co-
mestionis pateret veritas carnis. Unde concedimus quod
illa comestio vera fuit et non fantastica. Cibum enim
ipse assumpsit, fregit, manducavit et masticavit et quas
qualitates percepit saporis, atque cibum ipsum traiecit in
stomachum. Hec enim sufficiunt et requiruntur ad veram
comestionem. Sed tamen in eo non fuit comestionis effectus.
Effectus enim comestionis est ut per digestionem cibi sub-
stancia vertatur in carnem ossa et sanguinem quantum errores
sicut hos omittamus. Nichil autem istorum fuit in Christo
post resurrectionem quia cibus ille quem assumpsit non per
digestionem sed virtute divina in precedentem materiam tamen
e sed aliquam speciem conversus est. Secunda ratio est
est comprobatio discipulorum. Sic enim comedebat cum
eis tamquam familiaris amicus propter tamen corporis duriciam

exprobrabant velud liberalis correptor exprobravit / Ex-
probrare est reprehendere vituperari et improperare verbis. In-
credulitatem illorum quantum ad veritatem fidei et intellectus
Quia audientes et videntes Christi resurrectionem non
crediderunt id est tarde crediderunt. Et duriciam cordis
quantum ad tarditatem credendi. Quia etiam multis sig-
nis resurrectionis omnes tarde crediderunt. Quia hiis
qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Resur-
gentem quidem Christum a mortuis nemo vidit. Sed eum
iam resurrexisse viderunt angeli. Vidit Maria Magdalena
viderunt et alie mulieres a monumento venientes. Vide-
runt et discipuli euntes in Emaus. Et quia apostoli
non crediderunt hiis qui viderant eum resurrexisse nec
et ipsi viderunt suis oculis carnalibus, condempnato debebant
incredulitatem et duriciam cordis reprehendit. Et maxime
ut dicit Augustinus quia gentes credituri erant eum re-
surrexisse quem non viderunt audita discipulorum pre-
dicatione qui non crediderunt videntibus nisi ipsi viderent
Unde dicit Thome Quia vidisti me Thoma credi-
disti beati qui non viderunt et crediderunt. Considerandum
autem est que fuit illa verba exprobrationis que Christus
hodie dixit apostolis. Et forte talia sunt et duricia
qualia dixit duobus discipulis euntibus in Emaus
O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locu-
ti sunt prophete. non ipse tamen sed angeli mulieres et vi-
ti. Ideo autem ut dicit Gregorius tunc discipu-
los dominus increpavit cum corporaliter eos reliquit ut ver-
ba que recedens diceret in cordibus audientium arcius
impressa manerent. Et secundum Iohannem. Exprobrat incredulitatem
ut succedat credulitas. Exprobrat duriciam cordis la-
pidei ut succedat cor carneum caritate plenum. Notandum
etiam quod exprobrat incredulitatem non solum quia tunc habebant
quia hec exprobratio fuit quadragesimo die post resurrectionem quando xl^mo
ascendit in celum et quasi iam pluries se ostenderat
discipulis et cum eis manducaverat. Exprobrat igitur
incredulitatem quam prius apostoli habuerunt scilicet dubitando non
credendo Christi resurrectionem. Ideo dicit Quia hiis qui
viderant eum resurrexisse a mortuis non crediderunt.

sed antequam ipsi apostoli christum viderent gratiam tamen devote mulie-
res valde diluculo ad sepulcrum domini venientes et visi-
one angelorum vidissent qui dixerunt eum vivere tamen
tes nunciaverunt discipulis discipuli nec non credide-
runt ymmo ut dicitur luce xx visa sunt ante illos quasi de-
liramentum verba ista et non crediderunt sive credebant
illis. Quare autem discipuli fuerunt sic tardi ad cre-
dendum ad credendum christi resurrectionem dicit Greg. duas
esse causas. Una quidem bone infirmitatis eorum non
quia sic perfecta ut mirabilia dei operum cognoscerent
2a causa bone nostre fuit infirmitatis. nam ut dicit
leo papa Non permisisset deus tam discipulos suos
dubitare de resurrectione firmiter fidei fuisset confirmatio. Illi
enim dubitaverunt quemadmodum quilibet nostrum dubitare
posset. Locus igitur ut ipsi dubitaverunt sed dubitacio eorum
tollitur. Ceterum argumentum resurrectionis ab illis non du-
bitaretur a nobis et Greg. Nam minus enim nobis mala
magna profuit que cito credidit quam thomas qui
diu dubitavit. Ille enim dubitans vulnera cicatrices
tetigit et de nostro pectore vulnus amputavit dubi-
tacionis. Tandem quod describitur est in postero officii ipsis
apostolis facta in christo. Nam statim post convescionem una mi-
nus egressi de civitate omnes apostoli ac discipulis
et maria mater domini gloriosa atque sancte mulieribus
et tota credencium multitudine prout illis preceperat
dominus venit in monte oliveti et expectantibus eis
ibi adventum domini. Ecce subito in medio apparuit
et dixit eis. Euntes in mundum universum ut hic capi-
tulo sicut dicit lucas in actibus apostolorum. Prius quam hec
verba diceret dominus illi qui convenerant scientes quod as-
cendere vellet in celum interrogaverunt eum dicentes
domine si in tempore hoc restitues regnum israhel. Repu-
tabant istud tamquam carnales temporali regno iudeorum
quod translatum erat ad gentes. Dubitabant namque alie-
nigene iudeis unde desiderabant quod regnum hominum
nacioni iudaice restituetur. Naturale enim est quod quilibet
regni sui desiderat magnificenciam et libertatem. Apostoli

aut aliquorum discipulorum erat quod ideo xpus in ascensionem
venisset ut regnum iudeorum in statum pristinum restitueret
Vnde luce 24 dixerunt discipuli euntes in Emaus
Nos sperabamus quod redempturus esset israel · Et dixit eis
Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit
in sua potestate etc. Ad vos non pertinet scire futura que
in sola dei disposicione sunt posita · Quantum vero de
restitutio regni iudaici ita ipsum restituendum non est car-
naliter sed spiritualiter quod iudei crediderunt xpm circa fi-
nem mundi qui sunt xxx iudeorum ( Iterum regnabit in domo
Jacob in eternum · Vel in fine seculi regnum israel restituet
dum erat in fine accidentali · De quo subdit · Sed accipi-
etis virtutem supervenientis spiritus sancti in vos · Ecce iam spiritus
sanctus discipulis promittitur · Et eritis michi testes /
testes autem divinorum videmus esse oportet et constantes
unde necesse erat illis virtus spiritus sancti qua confirmarentur
hoc autem testimonium fuit in iherusalem et in omni iudea et sa-
maria et usque ad ultimum terre · Et hoc concordat cum illis
que marcus ponit · Euntes in mundum universum · In quibus
verbis ponit apostolis officium predicandi evangelium predica-
te evangelium · quod excellit omnem aliam doctrinam sicut
caput preeminet corpori · quia ut dicit Innocencius in li-
bro de missa · Evangelium est verbum xpi · sermo sermonis · sa-
pientia sapientie · verbum illud quod erat apud deum in principio
Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
Sermo sermonis qui a regalibus sedibus venit · Vivus
est enim et efficax et penetrabilior omni gladio an-
cipiti / Sapientia sapientie que attingit a fine usque ad
finem fortiter et disponit omnia suaviter · Sub nig
aut quibus erat predicandum evangelium · Omni creature
Omnis creature nomine signatur homo secundum Gregorium
quia habet aliquid cuiuslibet creature · scilicet esse cum lapidibus vi-
vere cum plantis · sentire cum animalibus / intelligere cum
angelis / Conass secundum Aristotelem · homo dicitur minor mun-
dus · quasi omnem creaturam continens · Item secundum eundem
dicitur omnis creatura · quia propter eum omnis creata mundi
videntur esse producta / et nos sumus quodammodo finis omnium

k

Ut dicit Gregorius homine omnis creature pro omni nacio
gentium designatur. Cum enim ante Christi passionem man
datum fuisset apostolis ne gentibus predicarent propter incre
dulitatem eorum. Post Christi resurrectionem mandatum fuit
ut in omnes gentes evangelium divulgarent. Matthei 18
Euntes docete omnes gentes. Ut dicit Theophilus predican
dum est evangelium omni creature credenti et non credenti.
Et inde est quod evangelium legitur sollempniter in missa in loco
eminenti ut palam ab omnibus audiatur. Ysaie 40 Super
montem ascende tu qui evangelizas Syon. Ex
alta in fortitudine vocem tuam. Legitur ad partes aqui
lonis ubi sita est urbs. Unde predicatio evangelii
ad nos devenit. Luce 24 Predicantes ad omnes gentes
incipientes ab Jerusalem. Locutio vero evangelii promittitur deum
nobiscum, quia ibi est deus fidelibus qui credunt
evangelio. Matthei 28 Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque
ad consummacionem seculi. Unde dyaconus incipit evange
lium quatuor crucibus impressis, quarum prima signatur
in principio evangelii, quia hic est liber generacionis. Matthei 1o geni
tur evangelii Ihesu Christi filii David. Alia crux signatur
in fronte ut signum domini signatus sit constanter et non e
rubescat predicare. Tercia crux fit in labiis ut oris confessio
sit ad salutem. Quarta fit in pectore ut corde credatur
ad iusticiam. Et inde ponit duplex premium. Et primo cre
dentium: Qui crediderit, fidem per opera ostendendo. Vera
enim fides ut dicit Gregorius est qua ea que ore dicimus operibus
implemus. Et baptizatus fuerit. Non enim sufficit ad salutem
credere nisi afferit regeneracio baptismi. Johannis 2o Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum
dei. Salvus erit. Duo ergo ponuntur hic necessaria ad sa
lutem scilicet fides et baptismus, quorum neutrum sine altero
sufficit post institucionem baptismi. Tanta est enim fidei
efficacia et virtus quod nullus umquam salvus fuit
nec salvabitur nisi in fide. Eadem enim fides est. Fides patrum
credencium Christum et sequencium. Illi enim salvati sunt in
fide futuri. Nos vero in fide preteriti, et illa quod illi cre
debant futurum nos dicimus iam venisse. Per Augustinum. Et tamen
Si dicat aliquis apud se ipsum: Ego iam credidi et baptizatus

sum igitur. Similiter cum beati dicit si fidem operibus tene-
as. Secundo ergo fides est que in ... quod doceat aliquis operibus
non contradicat. Unde dicit Iacobi 2o. Fides si non habeat
opera in se ipsa mortua est. Alterum primum est Marci ultimo
locum quod sequitur. Qui vero non crediderit condempnabitur.
Hebre. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Sed
dices. Ergo condempnabuntur pueri qui moriuntur cum ac-
tu non possunt. Dicendum quod pueri baptizati et si fidem non
habent actualem tamen habent fidem scilicet sacramentum cuius virtute sal-
vantur. sed usum fidei non habent. Vel dicendum quod parvuli cre-
dentes salvantur virtute fidei et gratie atque ceterarum virtutum que
illis infunduntur baptizatis ... habent quo fidem cuius vir-
tute salvantur. sed usum fidei non habent sicut dormientes fide-
les sine usu. Vel potest dici quod pueri baptizati salvantur
in fide ecclesie que credit pro eis et loco eorum quod ipsi non
possunt credere. Tertium dices. Ergo iudei et gentiles sal-
vari possunt in fide ecclesie. Dico quod fides ecclesie illis non baptiza-
tis potest proficere ad salutem Ioh. x. Tertium quod describitur est
est collatio potestatis officium totum(?). quia confert eis facere
signa quibus increduli(?) gratia possunt. Unde dicit. Signa autem
eos qui crediderint hec sequentur. Et sunt quinque signa
Quorum primum est eiectio demonum. De quo subdit In nomine
meo. i. in virtute nominis mei. demonia eicient. Luce 10.
Dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia. Et Luce
x. Reversi sunt septuaginta duo cum gaudio dicentes. Etiam
demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Secundum signum est
locutio diversarum linguarum. linguis loquentur novis quod
primo die penthecostes factum est quando apostoli repleti sunt
spiritu sancto loquebantur variis linguis Act 2o. Tertium
signum est fugare serpentes. Serpentes tollent i. auffe-
rent et dispergent. De beato paulo legitur Act 28 quod vipperam
que manum eius momorderat in ignem excussit. Et de
Philippo legitur qui draconem maximum qui plures
occiderat expulit in desertum. Et beatus Georgius draconem
occidit. Quartum signum non pati nocumentum in mortiferis
Et si mortiferum quid biberint non eos nocebit. De beato
Johanne evangelista dicitur quod talia venena bibit sine nocumento

Item de multis martiribus legitur quod plumbum liquefac-
tum et picem solutam et aquam bulientem bulientem
fugavit et omnino eis non nocebat. Secundo signum est
sanare languentes. Super egros manus inponent et
bene habebunt. Act. 3º quod petrus et johannes ascen-
dentes in templum et cum sanabat qui claudus a matre
sue claudus erat. Sed secundum quod lucet in primitiva ecclesia ista
fuerunt credencia signa. Multi tamen non credentes
similia operati sunt. Unde Luce 10. Dixerunt discipuli
christo preceptor vidimus quendam in nomine tuo eicientem
demonia et prohibuimus eum quia non sequitur te nobiscum.
Et dixit ihesus nolite prohibere eum. Item credentes et
mali illa signa sunt operati sed in nichil profuit eis ad sa-
lutem de quibus salvatur Mt. 7. Quia multi michi dicent
in illa die domine in nomine tuo prophetavimus et in nomine
tuo demonia eiecimus et in nomine tuo fecimus multa et
tunc confitebor illis quia nunquam novi vos discedite
a me omnes qui operamini iniquitatem. Nunc autem tempore pauca
raro fiunt talia infidelibus et sanctis quod non con-
tingit ex defectu fidei et sanctitatis. Cum multi non
fideles et mali ea fecerunt. Et hoc ideo accidit ut dicit
Greg. ista signa fuerunt necessaria exordio ecclesie ad con-
versionem et ad firmiorem fidem in novo fide confirmata non
est necessarium uti miraculis. Et ponit exemplum ~~Aug.~~ Greg. Sicut
cum ubi gratia aut arbusta plantamus tam diu aqua ad ra-
dicem aquam fundimus quousque ea qualiter se videmus
et ad radicem fixerit irrigacio cessat. Sic novella
ecclesie plantacio ut incremento fidei proficiat miraculis
corporalibus erat irriganda. Post quam autem fuit in fide
radicata est exteriora miracula cessaverunt. Nonne ma-
gna mirabilia quod mundus credidit in crucifixum ecclesia
hoc ipsum pluribus attestatur miraculis. Non quod sicut in
primitiva ecclesia fides credencium indebatur preter signa
ad literam intellecta ita in presenti tempore oportet unumquemque libet
fidem perambulare signa ... spiritualiter intellectaque. Hec
vero signa sunt opera nostra sancte quibus fides non
proficit ad salutem. Jaco. 2º. Fides tua cooperatur operibus
et ex operibus fides est consummata. videtis Ex operibus
justificatur homo et non ex fide tantum. Primum igitur sig(num)

credencium est ut et eiciant a se demonium per sacramentum
signum quod in eis est per peccatum sit demoniorum captivus. Eiciatur
autem demonium per sacramentum baptismi xpi nomine in
vocato et per sacramentum penitencie. Eiciatur enim contricione cordis
nimium atorde. confessio oris. satisfactio enim areot
operat. Augustinus 1a. Tale autem demonium non eicitur nisi in
ieiunio et oracione que sunt penitencie opera. 2m signum
credencium est loqui novis linguis ut si quis so
litus erat loqui secularia verba dei verba loquatur. 1 Pe.
4. Si quis loquitur quasi sermones dei. Item si quis
fuit piger ad oracionem nunc sit sollicitus. Ephesios 5o loque
ntes vobismetipsis in psalmis hymnis et canticis spiritua
libus cantantes in cordibus vestris. gracias agentes
deo. Vere talis pocius loquitur lingua nova quam
si pro barbara lingua ytalica seu latinum loquitur.
Tercium signum credencium est ocy falsitatem a se et ab
alys aufferre. heretici cum nomine serpentum intelliguntur
qui acutissimas habent linguas sed ad fallendum. Ps.
acuerunt linguas suas sicut serpentes venenum aspi
dum sub labiis eorum. Quartum signum est potacionem
mortiferorum non consenciat si quedam delectacio mortifera
venerit eis in mente sive sit ira sive avaricia. ocq
mortiferum bibitur. Sed spirituales viri hoc mortiferum ta
ta spirituali quiniscuerunt cogitando xpi passionem torme
ta in fine et gloriam paradisi. per quos nichil eis noce
bit tale mortiferum sed magis ex eo castigant. 2 Cor.
Ut castigati et non mortificati. Quintum signum
credencium est proximis opera vite exhibere. Super egros
manus imponent et bene habebunt. Egri namque dicun
tur qui aliorum subsidio indigeant in suis necessitatibus
Et manus ergo impendunt vite opera ut reficiendo esu
rientes ut nudos vestiendo infirmos visitando consolan
do afflictos instruendo simplices aut quecumque alia
vite opera ut bene se habeant faciant. Sicut Job qui manus
suas aperuit inopi et palmas suas extendit ad pau
peres. Sic igitur quinque sunt salvatorum pacacio [?] demoniorum lo
cucio serpentum dispersio peccati detestacio et vite opera sunt
signa et miracula credencium que ut dicit Gregorius

Tanto maiora sunt spiritualiter intellecta quanto prestent
non corpora sed anime sustentant.
Et dominus quidem Ihesus postquam locutus est eis assump-
tus est in celum et sedet a dextris dei in excelsis.
Beda per ista ponit quia dominus assumptus fuit
celum mirabiliter et gloriose et dominus facit quomodo de
A ascensionis modo. Et dominus quidem Ihesus postquam lo-
cutus est eis. Vnicuique osculatus est in limine cor-
dis ultimo sermone quod dicit Ambrosius. Apostolis reliquit os-
cula pacis deinde valedicens eis. Elevatis mani-
bus benedixit eis ut habetur Luce. Sicut
pater recedens a filiis ita eos benedixit ut dicit
Theophilus. Forte in hac benedictione vim conservatam
eis influxit usque ad spiritus sancti ad ventum. Et hiis
sic ipsa ad eventum facit ut dicit Damascenus li. x.
c. x. Assumptus est in celum elevatis manibus
ferebatur in celum et benedixit eis, et nubes sus-
cepit eum ab oculis eorum quia claritate eius deleri
nubibus candidatus et ultimus non est visus. Crucem domini
respicientes elevari in celum ceciderunt in terram adoran-
tes ut dicit Lucas. Super excelsa quoque celi ut dicit
Leo papa. Tercium corpus imponitur assumitur angu-
lis super (?) aura cetus ipsa angelorum celibus
(?) infertur in gremium immortalitatis mortalis natura
transcendit. Ascendit igitur dominus de monte oliveti
in celum ut dicit Sulpicius episcopus Ierosolimitanus
ut habetur in glosa super actus. Et dum fuisset fracta ecclesia
in monte oliveti unde Christus celum ascendit locus ille
ubi steterunt vestigia pedum Christi ascendentis numquam
potuerunt consternari pavimento sed marmora resiliebant
in ora apponentium et pulvis ad huc retinet ve-
B stigia pedum eius impressa ut declarat. Con-
siderandum est autem quod Christus ascendit evidenter quia
dum esset in medio discipulorum subito elevatis ma-
nibus in celum videntibus illis elevatus est. Item
ascendit mirabiliter quod patet ex tribus. Primo quia
propria virtute nullius auxilio. 2o quia penetravit
corpus eius gloriosum omnes cardines celorum absque

divisione celorum. Tercia quia distancia maxima que a celo est usque ad terram. et tamen subito transivit ut esset super celos. de quibus omnibus tangit ecclesia hoc cum dicat Ps. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Quoniam elevata est magnificencia tua super celos. Tercio ascendit letanter quia letantibus angelis. Ps. Ascendit deus in iubilacione et dominus in voce tube. Unde Augustinus. Ascendente xpo pavet omne celum. mirantur astra. tuba sonat. concinit blanda modulamina chorus. Quarto ascendit honorifice. concomitabantur cum illo gloriosa illa sanctorum corpora que resurrexerant cum eo ut dicit Augustinus in sermone resurrectionis. Et ut dicit Gregorius superius omnes virtutes angelice xpo venerunt obviam et perduxerunt eum ad alias decantantes gloriam deo et patri. Viam dicunt demonstrantes et cetere virtutes clamabant. Patete celestes aditus. et ethereales in te illi reserate celestes ianue et ethereales valve ingressus pate aperientur ethereae ianue. Et viderunt angelice virtutes et introibit rex glorie. Et viderunt alii dicentes virtutes. Quis est iste rex glorie. Ipse dominus fortis in prelio qui vicit hostem superbissimum. Quinto ascendit sublimiter. quia super omnes celos et creaturas ascendit super omnem creaturam angelicam. Ps. Ascendit super cherubin et volavit. volavit super pennas ventorum.

Sed posset hic aliquis dubitare an xpum decuerit et nobis expediens fuerit eum ad celos ascendere post suam resurrectionem. et non magis hic in terris cum hominibus manere. Et videtur quod non debuit ascendere. Primo quia ipse humanitatem ad nostram salutem assumpsit ergo magis utilitatem humanam ad nostram [illegible] ut semper nobiscum maneret quam fuisset nobis presenciam ut semper nobiscum maneret quia ex presencia eius corporali possemus [illegible] quod ad celos iuisset. quia ascendere non debuit. Secundo localiter [illegible]. Ergo ascendere [illegible] Cum autem xpus post resurrectionem suam [illegible] loca. Cum autem corpus immortale Rom. 6. ad locum immortalem [illegible] debuit advolare. Hic autem est [illegible] Ad Rom. autem in debuit ad volare. Hic autem est [illegible] divinitatis supplet oppositum facta dicendum quod presencia sue divinitatis supplet absenciam humanitatis quia ipse est nobiscum secundum divinitatem suam usque ad consummacionem seculi Mt. 28.

Et si dicatur quod utrumque fuisset melius scilicet hic ipsum

ut hominem et ut deum. Dicitur debet quod non fuisset me-
lius sed omnino ipsum ascendere expediebat propter multas
rationes. Primo quidem ascendit ratione corporis glorifica-
ti cui non congruit nisi locus celestis. Item ascendit ad
confirmationem fidei. Augustinus in sermone: Ascensio domini est fidei
confirmatio. Item ascendit ut spem nostram erigeret ut
spem nostram esse in illo. Augustinus in sermone: Dominus meam dum
naturam humanam sideribus inportavit credentibus
celum posse patere monstravit. Item ascendit ut cari-
tatem inflammaret. Unde Bernardus: oportet ut illuc
Christum sequamur corde ubi ipsum credimus corpore ascen-
disse. Licet adhuc teneamur infirmitate corporis cum
tamen sequamur passibus amoris. Item ascendit
ut humanam naturam glorificaret. Unde Bernardus: Natura
nostra cuius olim paradisus a cherubim custodiebatur
hodie super cherubim cum summo honore suscepta est
et cui datum est dicere: Terra erit in terram reverteris. Hodie
intravit in celum et sine timore mortis regnat semper cum eo.
Item ascendit ut pro nobis patrem interpellaret.
Hebr. 9: Advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum
et ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Item ascendit ut viam
celeste nobis demonstraret. Michee 2: Ascendit iter pan-
dens ante eos. Item ascendit ut nobis celum aperiret.
Deutro. 28: Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimum
i. celum. Item ascendit ut nobis in celo locum prepara-
ret. Joh. 14: Vado parare vobis locum. Item ascendit ut
nobis spiritum sanctum transmitteret. Joh. 16: Nisi enim abiero pa-
raclitus non veniet ad vos. Si autem abiero mittam
eum ad vos vobis ut maneat vobiscum spiritus veritatis
quem mundus non potest accipere. Item ascendit ut corporali
presentia subtracta quereretur toto cum desiderio. Colo. 3:
Que sursum sunt querite ubi Christus est in dextera dei
sedens, que sursum sunt sapite non que super terram.
Unde Augustinus: Noluit nobiscum diu esse sed non relinquere
nos. discessit enim et ecce hic est. discessit ab oculis
ut redeamus ad cor et inveniamus. Ascendamus in eum
corde. et si nondum corpore corda tamen levemus.

ad dominum ita tamen ut nullus nitidus mundi mentem eius
aggravet. Unde illud nullus mundus meum ascendit sed
medicus meus. Item ascendit ut provocet affectum nostrum.
Deutro. 32. Sicut aquila provocans pullos suos ad vo-
landum. Exemplum miles quidam ascendit sic corde qui in partibus
ultramarinis omnia loca in quibus salvator noster fu-
erat sollicite ad lacrimis visitabat. Et cum omnia
loca sancta perambulasset. Ultimo venit in monte Olive-
ti unde dominus celum ascenderat. Ubi post longam oratio-
nem cum lacrimis dixit Ecce domine ubique quesivi te diligenter
inter cum venerim ad locum ubi celos ascendisti
ulterius amplius ubi te requiram. Precor te omnium
gaudium et unicum solacium meum dulcissime anime sus-
cipe spiritum meum qui tam ardenter affectat ut ad ce-
lum sursum videam sedentem te in gloria. Et hijs dictis spiritum
suum sine dolore deo reddidit. Sed [illegible] posset autem que-
stio dubitari an Christus ascendit propria virtute. Et videtur quod
non. Primo quia dicitur quod elevatus est in celum. Actu-
um 1o. Et assumptus quod ab alio non sua virtute. Respondeo
quod in Christo erat triplex virtus propria scilicet humanitatis naturalis
gloriose et divinitatis. Secundum quod ipse fuit homo naturalis
et glorificatus et deus ascendit propria virtute
divina et virtute dotis ut scilicet agilitatis quam habet corpus
glorificatum ab anima beata sicut ascendit alius beatus suo corpore
ipso non autem ascendit virtute corporis ut considerat [illegible]
philosophia naturalia que sunt graviora et ponderosiora. Ad obiectum
Primo quod ipse dicitur assumptus a patre et elevatus quia cum
ipse pater hoc non tollit quin propria virtute
tamen virtute habent a patre per hoc non tollit quin propria virtute
tamen fuit elevatus si loquamur de virtute divina. Si autem
de virtute gloriose loquamur et dicit pater quod sit elevatus a patre
et tamen hoc ab illa virtute propria quia illa virtus propria
est corporis glorificata et anime a visione dei. Tercio autem
circa Christi ascensionem tria occurrunt signanter considerando.
Primo quia ascendit cum angelorum famulacione. Nam
Christus sicut dominus acommitantibus famulis de loco ad locum
procedit. Christus igitur in celum ascendere volens victo-
ria percessus est famulantibus sibi angelis sicut

duo suo. Unde super illud Hebr. 1° Adorent eum omnes
angeli dei dicit Glosa secundum humanitatem iubentur an-
geli. Ex quo cum tanto meliorem angelis demonstrat
quanto fuit deum constat esse meliorem. Ideo xpm secundum
carnem iussit adorari angelis adorari. q. d. Adorate
eum omnes angeli eius cui iussioni obtemperant. Hec
Glo. Item super illud ps. In manibus portabunt te
dicit Glo. Manibus angelorum sublatus est xpus in
celum non quod sine eorum iuvamine iverit sed obseque-
bantur ei tamquam regi. Hec Glo. Iste progressus xpi
in celum famulantibus angelis figuratus fuit Ge-
nesis 32° Jacob quoque abiit itinere quo ceperat fue-
runt quoque ei obviam angeli dei q. d. Filius dei sen-
sibilis fuit qui per mortem suam supplantavit eum
qui mortis habebat imperium in omni suo processu ange-
los ministros habuit secundum illud Mathei 4° Et ecce
accesserunt angeli et ministrabant ei. Et si dum
mortalis fuit habuit angelos ministros multo fortius
postquam immortalis fuit quia differencia fuit inter angelos
nomine hereditavit ut puta deus et dei filius. Et
ideo honorabilior et preclarior angelis pompa pro-
cessit. Secundo ascendit cum captivorum liberacione. Nam sicut
in pascendo ceteri iste illis quibus comitabatur in
via scilicet sancti patres et alii quos de limbo eripuerat
Ephe. 4 Ascendens xpus in altum captivam duxit
captivitatem. Glo. i. eos quos dyabolus captivaverat
in paradyso. Item captivos fecit xpus duxit ad celos et
dicuntur captivi itaque appellant captivitatem quia
in captivitatem tenebantur sub dyabolo. Sicut civilitas dicitur
intelliguntur qui inhabitant eandem captivitatem a xpo
capta dicit ut sit captivitas felix. Hec glo. Quarta
est quadam in persona xpi hominis illud Ezech. 3 Assumpsit
me spiritus et audivi vocem post me commocionis
magne q. d. deus super celos localiter me sublimavit
et audivi voces sanctorum deo laudes dicencium de sua ab-
in suo creacione et in celum elevacione dicendo illud
scilicet ps. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo

hostiam laudis. Quantum ad illud Apoc. 5° Occisus es et redemisti
nos deo in sanguine tuo ex omni tribu lingua et populo
et natione et fecisti nos deo nostro regnum. 3° ascendit
ad denotandum similis exaltationis expectationem. Ista xpo
devote adherentes expectare poterunt sui similem exaltationem
unde super illud Ephe. 1° Suscitans illum a mortuis et
constituens eum ad dexteram suam in celis sive in celestibus
Glosa: scilicet corporis gloria constituit in resurrectione salvatoris ut
inde cognoscant fideles quid est eis promissum. Simi-
li cum eo extollentur super celos cum xpo sicut ipse dicit
Pater volo ut ubi ego sum illic sit et minister meus.
[illegible] et corpus xpi quod est terra in ipsa dextera .i. in ipsa
beatitudine est. Et cum corpus nostrum non sit ibi
tamen spes nostra iam ibi est. Ideo et deus post resurrectionem
iussit discipulis piscantibus ut in dexteram partem mitterent
rete sua. Hec Glosa. Xpus igitur ascendens ad hanc
gloriam fecit nobis viam et securitatem ascendendi. Secundo
ponitur ascensionis gloria: Et sedet ad dexteram dei. Sessio-
nem istam ut dicit Augustinus non accipimus corporaliter quasi in
[illegible] deus pater sit figuratus. Sed per dexteram illam
potest intelligi exaltatio et magnificentia xpi qua super
omnem creaturam habet. Hebr. 1° Sedet ad dexteram maie-
statis in excelsis tanto melior angelis effectus quanto
pre illis differentius nomen hereditavit. Item sedet ad dexteram
pro honore et gloria divinitatis ut dicit Dam. 3. li. c°
3° [illegible] cum volumus honorare collocamus ad dexteram
[illegible] Ita sedet ad dexteram bone bonitatis eterne
cum patre. Unde Bernardus: Quo meo datum est singulare
sedere ad dexteram patris in gloria in essentia pari consimilis quia
bone consilio, maiestate non dispar, eternitate non posterior.
Item sedet ad dexteram in perpetue beatitudinis sibi colla-
te de [illegible] perpetuitate vite beate sicut ut dicit Greg.
Item sedet ad dexteram quia in bonis potioribus patris
gaudet. Collatum est enim illi homini maius quam ulli
creature conferri posset ut sit verus deus. Philip. 2
dedit illi nomen quod est super omne nomen. Item sedet
ad dexteram dei quia sine mutatione est virtus dei patris
spatia que per dexteram significatur. Ita super Aug. Sedet
ad dexteram dei quia patrem decepit homo ille adeo

B

ut veniat iudicaturus qui venit iudicandus dextera
eius signat potestatem Item notandum quod licet alii sancti sint in eterna
beatitudine non tamen dicitur sedere ad dexteram dei quia
non quelibet beatitudo potest dici dextera simpliciter sed illa que
debetur assumpte nature Christi Et si quelibet beatitudo dicitur
dextera hoc non erit secundum modum possibilem creature
sed secundum modum possibilem creature non unite Et ita erit secundum
quid Ideo de Christo dicitur Hebr. 10 Hic autem pro peccatis
unam offerens hostiam sedet in sempiternum in
dextera dei Glosa peracta obediencia sedet id est quiescit
et regnat in sempiternum in dextera dei id est in potioribus
bonis patris hec glosa Item considerandum quod licet beata
virgo sit super angelos exaltata non est tamen exal-
tata usque ad equalitatem dei per unionem in persona
Et ideo non dicitur sedere ad dexteram Unde de illa loquens
Ps. dicit Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato
dicitur igitur astare a dextris in quantum honor filii debetur
matri licet non plenarie aliquo tamen modo participative ut
cedat in papam in quantum dicitur mater dei non tamen
dicitur deus Item considerandum quod licet Christus dei filius
dicatur sedere ad dexteram dei patris dicitur et nichilominus
dextera dei secundum illud Ps. dextera domini fecit virtutem id est de
homine fecit deum Et sic dicitur Exo. 2o dextera tua
domine percussit inimicum id est paganum interfecit Circa ubi
sciendum quod utrumque metaphorice dicitur scilicet sedere ad dex-
teram et quod sit dextera Nam sedere ad dexteram dicitur
de tronibus Nam dicitur dextera dicitur secundum quod pater per ipsum
operatur nec dicitur pater operari per filium tamquam filius
sit aliquod instrumentum patris operantis ita ut ipse
filius operari non posset sed sicut pater dicitur iudicare
per filium quia genuit eum iudicem sic et dicitur operari
per filium quia constat eum genuisse opificem et factorem
Item dicitur filius esse in sinu patris secundum illud Ioh. 1o
Deum nemo vidit umquam nisi unigenitus dei filius qui
est in sinu patris ipse enarravit dicitur eum esse in sinu
patris inquantum exit a patre per generacionem Unde per se sinum
patris designatur potencia genitiva patris Item considerandum
generativa

q(uod) licet xpus sicut posset sedere ad dexteram inquantum est
equalis patri secundum naturam nature divine non tamen
competit sibi equalitas secundum filius hominis quo ut dicit Aug(ustinus)
li. 6 de tri(nitate) c. ult(imo) Est summa equalitas et summa simi-
litudo et ideo competit sibi sedere ad dexteram et non sum-
mo cum ipsum igitur tendamus ut simus in dextera dei pro-
[illegible] simus

Illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et
sermonem confirmante sequentibus signis. Tria pro prin-
cipalis inquam ostenditur qualiter discipuli commissionibus
eis factas occupati sunt fideliter et studiose. Primo as-
[illegible] esset ihesus in celum adhuc ad superius celestibus
aspiciebat. Quia ubi amor ibi oculus. Et ubi the-
saurus ibi est et cor tuum. Et ideo celum aspiciebat
quo necessitat dilectus eorum et ubi thesaurus eorum se suspen-
debat. Cumque intuerentur in celum euntem illum. Ecce duo
angeli in forma viri in vestibus albis iuxta illos asti-
terunt qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes
in celum q. d. Expectatis ne quod xpus veniat ad nos de
inde duo addiderunt primo quod ille celum esset ascendisse
Hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum. 2o quia venturus
esset seculum iudicare. Sic veniet in eadem carnis sub-
stancia et claritate maiestatis. Quemadmodum vidistis
eum euntem in celum orantibus abeuntibus angelis apo-
stoli reversi sunt cum gaudio in ierusalem. Gaudebant cum del-
ectatione xpi. Item quia vera esse cognoscebant que de
illo crediderunt. Item quia sciebant se esse electos
amicos tam superexcellentis imperatoris. Item quia expec-
tabant spiritus sancti adventum. Et est sciendum quod in primitiva
ecclesia post xpi ascensionem quinta feria qua xpus celum
ascendit erat ita celebris sicut dies dominica et fiebat
processio in memoria quod xpo celum ascendente regressi
sunt discipuli in ierusalem. Sed postea cum multiplicatis festis
civitatibus celebritas illius diei dimissa est. Recepto
ergo spiritu sancto apostoli per universum mundum xpm predicaverunt
Unde subdit. Illi autem profecti ubique predicaverunt. Quia
dicit xpus euntes in mundum universum predicate evangelium
efforte ut dicit Aug(ustinus) predicatores evangelii non tantum peccatores sed

p[re]dicacio[n]e[m] facta est Secundo tame[n] q[uo]d statim
accepto sp[irit]u s[an]c[t]o ap[osto]li divisi sunt p[er] mundu[m] s[ed] p[er]du
raverunt ad huc cu[m] b[ea]ta [virgine] 12 an[n]is in iudea sicut ait Beda
Et deinde p[ro]p[ter] bonitate[m] eius corp[or]is divisio f[ac]ta est p[er] universu[m] orbe[m]
d[omi]no coop[er]ante/ nisi ip[s]e no[n] op[er]ar[etur] nos non op[er]arem[ur] q[ui]a ip[s]e[…]
om[n]ia op[er]a n[ost]ra op[er]atus es d[omi]ne Et s[er]mone[m] co[n]firmante Co[n]firmat
s[er]mones p[re]dicatorum disci[pu]lor[um] Seque[n]tib[us] si
gnis que sup[ra] dixit In nomine meo demonia eicie[n]t
et[cetera] Sicut n[on] tunc p[re]dicac[i]o co[n]firmata est signis
Ita et nu[n]c quelib[et] p[re]dicatore[m] co[n]firmat et op[er]acio bo[n]a
Unde Theophil[us] orat d[omi]ne ihesu xpe ut in s[er]mones
quos de tua virtute dicim[us] p[er] op[er]a co[n]firme[n]tur et actus
ut tande[m] p[ro]ficiente te i[n] nobis/ quia te decet s[er]mo
nu[m] et op[er]acionu[m] gl[ori]a cu[m] sit vit[ur]us de et p[ro]p[ter] sepe i[n] se
cula seculo[rum] Amen Dominica p[ost] Ascensionis [christ]i
ʒ a a Cum venerit paraclitus que[m] ego mitta[m] vobis a p[at]re
sp[iritu]m veritat[is] qui a p[at]re p[ro]cedit Ille testimoniu[m] p[er]
hibebit de me Et vos testimoniu[m] p[er]hibebitis quia ab
inicio mecu[m] estis/ Pru[den]s dux co[n]traturus p[er]icula
bello i[m]minencia p[re]dicit suis militibus p[re]dicit p[ro]pt[er]ea q[uo]d
co[n]tra ea aliquo p[re]misso ut sint i[n]trepidi [et] cetera
Dux et legifer n[oste]r xp[istu]s sic dis[ci]pulos suos
multas adu[er]sitates passuros i[m]minencia p[er]icula ei[us]
p[re]dixit et magnu[m] donu[m] sp[iritu]s s[an]c[t]i se ei[us] datur[um]
a in adiutoriu[m] p[ro]mittit Et de hoc e[st] p[re]s[en]s ev[angeli]u[m] Ioh[annis]
15 q[uo]d in tres p[ar]tes dividit[ur] In quar[um] p[ri]ma sp[iritu]m s[an]c[tu]m
dis[ci]pulis in adiutoriu[m] mittend[um] p[ro]mittit/ In s[ecund]a
adu[er]sitates i[m]minentes p[re]dicat ibi Hec locut[us] sum
vobis In p[ri]ma p[ar]te duo facit Nam p[ri]mo p[ro]mittit[ur] sp[iritu]s s[an]c[tu]s
s[an]c[t]us cu[m] aliqua sue p[ro]cessionis notificacione In 2a
ponit[ur] missionis sp[iritu]s s[an]c[t]i p[ro]missio ad dicat effect[um]
cu[m] sua op[er]acione ibi Ille testimoniu[m] p[er]hibebit de me
In p[ri]ma p[ar]ticula sunt quatuor clausule s[ecundu]m eo ordine
lib[er]o[rum] co[n]texte In quar[um] p[ri]ma t[ra]nit[ur] sp[iritu]s sancti li
be[r]a p[er]ventio in eo cu[m] dicat[ur] Cum venerit In s[ecund]a po[nitur]
missionis sp[iritu]s s[an]c[t]i p[ro]missio cu[m] dicat Que[m] ego
mitta[m] vobis a p[at]re/ In t[er]cia ponit[ur] p[er]sone mittende
co[n]dicio h[ic] ib[i] ubi paraclit[us] sp[iritu]s s[an]c[t]us In 4a ondit[ur]
sp[iritu]s p[er]sone mittende p[ro]cessio h[ic] ib[i] ubi a patre

In 3a s[er]mone p[re]dicta corp[or]e m[od]o co[n]cedat ibi S[ed] hec vob[is]
locut[us] sum vobis

Et post qui aperte precedit. Quantum ad primum dicit: Cum
venerit paraclitus spiritus sanctus. Ubi hoc quod dicit Cum venerit
notat spontaneum et liberum esse adventum spiritus sancti.
Unde glosa hic: Cum venerit scilicet sponte ut deus qui
a nullo cogitur cum sit deus. Joh. 3: Spiritus ubi vult
spirat et vocem eius audis et nescis unde ve-
niat aut quo vadat. Et quidem spiritus sanctus convenienter deus
esse intelligitur qui sponte et libere per se ipsum venire in
rebus cum creatis nichil est quod liceat liberum esse
sed dependet a primo ente. Eo igitur ipso quod spiritus sanctus
sponte et libere venturus dicitur deus esse convincitur, et
est contra quosdam hereticos dicentes spiritum sanctum non esse
deum. De libertate ipse veniens libertatem secum defert illis
ita quod omnes quibus inspirat liberos facit. Rom. 8: Non
enim accepistis spiritum servitutis in timore sed adoptionis fi-
liorum. 2 Cor. 3: Ubi spiritus domini ibi libertas. Quantum
ad secundam clausulam qua dicit: Quem ego ~~dicit vob~~
mittam vobis. Ubi notatur missionis premissio. Du- B 90
bitari potest de duobus. Primo cum persone divine
conveniat mitti. Et videtur quod non, quia mitti importat
separationem personarum. Sed divine sunt inseparabiles.
Joh. 14: Ego in patre et pater in me est et idem de spiritu.
Dicendum quod missio importat duplicem respectum:
unum missi ad mittentem et respectum missi ad illud ad
quod missio determinatur. Quantum ad primum respectum
ubicumque reperitur ordo processionis et emanationis
ibi potest esse missio. Et quia hoc reperitur in divinis
ubi una persona habet originem super aliam generaliter.
Similiter ad secundum respectum ad divine persone convenit
reperiri et esse in creaturali creatura ad eius sanctificationem.
Patet quod sic convenit eis mitti. Sed ipsum argumentum in contra-
rium quod sicut in divinis ponitur bonitate sine
qualitate, magnitudine sine quantitate, et universaliter
perfectiones rerum sine imperfectionibus, cum ibi ponitur
transitionem sine elongatione et sine maioritate et
minoritate mittentis et missi. Secundo dubitatur potest C 90
~~an~~ an persona dicatur mitti a persona equali

non procedit puta filius a spiritu sancto. Ad hoc dicendum quod
attendendo respectum principii qui est missi ad mittentem
secundum quem missus intelligitur originari a mittente quia
non est ibi alia auctoritas unius ad alium quam originis
tantum. Secundum hoc nulla persona mitti dicitur ab alia nisi
ab ea procedere intelligatur. Et ideo solus pater mittit filium
quia a solo patre procedit. Sed pater et filius simul mittunt
spiritum sanctum quia simul ab eis procedit. Unde Augustinus
de trinitate pater a nullo mittitur quia a nullo est
est. Ergo pater non potest ab aliqua persona mitti dicitur
nisi ab illa a qua manat. Sed attendendo secundum respect
tum coaptationem (?) ad quem quod est sanctificatio rationalis
creature que est opus quod commune totius trinitatis
una persona potest mitti ab alia a qua originaliter non
procedit. Unde ut dicit Augustinus de trinitate filius mit
titur a se et a spiritu sancto. Cum igitur a se filius non proce
dat quia nihil gignit seipsum. Et ut sic dicit Augustinus
ibidem relinquitur ut una persona possit mitti ab alia
a qua non procedit. Et sic et filius mitti dicitur a spiritu
sancto Ysa. xlviii misit me deus et spiritus eius. Secundo
sciendum quod cum duplex sit missio scilicet visibilis et invisi
bilis utroque modo utraque persona tam filius quam spiritus
sanctus mittitur. Nam missio filii visibilis facta est in
eius incarnatione. Sed missio spiritus sancti visibilis
facta est in specie columbe in baptismo Christi et in die
penthecostes in linguis igneis. Invisibilis autem missio tam filii
quam spiritus sancti cottidie fit in mentibus fidelium. Quia enim
filius procedit per modum intellectus et spiritus sanctus per modum
voluntatis pro collatione donorum perficientium intellec
tum dicitur mitti filius. Pro collatione donorum perfici
entium affectum mitti dicitur spiritus sanctus. Sunt tamen
hee missiones inseparabiles quia numquam deus ~~permittat~~
perficiat intellectum secundum dona filii nisi et perficiat
affectum secundum dona spiritus sancti. Unde dicitur Sap. 1o In
malivolam animam non introibit spiritus sapientie nec habi
tabit in loco horroris et vaste solitudinis. In quo
innuitur quod missio filii non separatur a missione spiritus

Nota p̄ nob 3 · unū est
z hec est bon̄ moral
ad illud · quasi z su
z sum hic dicit · pent
z Creuerit ut dr ma

Magister andreas

sancti et sic post ea subdit: Spiritus autem discipline ef-
fugiet fictum et auferet se a cogitationibus hiis immundis
et que sunt sine intellectu. In quo ostendit quod missio
spiritus sancti non separatur a missione filii. Et hoc idem
dicit Gregorius 2° moralium ubi per septem filios Job in-
telliguntur septem dona spiritus sancti que ibi dicit esse
quamuis. Cum tamen eorum quedam pertineant ad intellectum que-
dam ad affectum ad hoc quedam respiciant missionem
filii quedam missionem spiritus sancti. Est autem advertendum
hic quod dicitur: mitti spiritus sanctus a filio non excludit quin
mittat seipsum quia venit a seipso et liberaliter ubi vult
spirat et tamen non venit sine patre et filio cum mitten-
tibus quia tota trinitas per spiritum suum inhabitat corda
nostra. Secundo tamen quod spiritus sanctus dicitur amor et
amor est radix omnium donorum et illud in quo omnia
dona donantur. Secundum Augustinum tria dona perficien-
tiam intellectui attribuuntur. Ut patet Ysa. XI° ubi
dicitur: Replebit eum spiritu sapientie et intellectus et
Joh. IX. Ille nos docebit omnia. Tercium ad terciam
clausulam in qua tangitur persone mittende condicio
ubi dicitur: paraclitus spiritus sanctus ubi due nobiles condicio-
nes spiritus sancti exprimuntur. Una quod est paraclitus i.
consolator sub effectu. Unde dicit Gregorius quod spiritus sanctus
consolator appellatur ab operatione quia eos quos se
aliquos invenit non solum ab omni tribulatione reddit
alienos. Verum etiam mirabile quoddam gaudium eis
tribuit. [illegible] ipsa leticia in corpore corde separatur quorum
spiritus sanctus inhabitator est. Et nota quod spiritus sanctus
consolatur devotos suos multipliciter. Primo quidem
tristes sua presentia. Sap. 12 O quam bonus et suavis
est spiritus tuus in nobis. Item tribulatos dulci colloquio
Eccl. 24 Spiritus meus super mel dulcis et hereditas
mea super mel et favum. Item dubitantes prudentie
consilio. Ipse enim est spiritus consilii et prudentia eius est
vita et pax. Rom. 8. In quibuscumque agendis ipse tribuit
recte consilium. Hec tamen quidam aiunt se ab eius con-
silio quasi pauperes fuerit consulunt dyabolum et dyabolus dicit

ut faciat usuras et rapinas Item tirannj nos in aduersis
operibus ad fortalegia confugiunt et in cautiones quibus
dictis conciliatur. ysa. 30 Ve filii desertores qui ut faceretis
consilium non meum et addideritis peccatum super peccatum Item con-
solatur impotentes forti adiutorio Rom. 8 Spiritus ad-
iuuat infirmitatem nostram ipse enim est spiritus fortitudinis
tangentibus quemque humanis ad usum Item consolatur
remittendo quecumque offensa Rom. 8 lex spiritus vite in
christo ihesu liberauit me a lege peccati Nam ut dicitur Sap.
1o Benignus est spiritus sapientie et facilis est ad benefaciendum
Item consolatur in restituendo in pristinam gratiam Ephe. 2o
accessum habemus ad patrem in uno spiritu. Ergo non estis ad-
uene et peregrini sed estis ciues sanctorum et domestici dei
Item consolatur nos adoptando in dei filios Rom. 8 Acce-
pistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater
Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii
dei Item consolatur promissione celestium Ephe. 1o Signati
estis spiritu sancto promissionis qui est pignus hereditatis
nostre Item consolatur etiam in presenti vita tribuendo aliquando
gustum future beatitudinis 2 Cor. 3 Nos reuelata facie
gloriam domini speculantes in eandem formam transformamur
a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu Item consolatur dedu-
cendo in uitam eternam ps. Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam Istas spiritus sancti consolationes non ca-
piunt qui mundanas querunt delectationes 1 Cor. 2o
Animalis homo non percipit ea que dei sunt sine spiritus
eterna ut dicitur Ro. 8 Qui enim secundum carnem sunt que car-
nis sunt sapiunt Qui vero secundum spiritum sunt que spiritus
dei sunt sapiunt Alia est condicio spiritus sancti quod est doctor
veritatis Joh. Eo quod sit dignus sic multi enim va-
scientes ut tamen non sunt eterna sine spiritu veritatis
non habent. Sed iste spiritus veritatis vel docet vel veraces
efficit Item dicitur spiritus veritatis eo quod omnem veritatem
nos docet Joh. 16 Cum venerit ille spiritus veritatis deducet
docet vos in omnem veritatem Est autem ut dicit hugo
triplex veritas scilicet veritas vite veritas iustitie et veritas
doctrine Veritas vite in hoc consistit ut quilibet operetur

que deo sunt placita proximo vtilia et sibi iniuria 4
Reg 2° Obsecro quomodo ambulauerim coram te in veritate
et corde perfecto et quod placitum coram te fecerim Et thes Thob
1° Ro 2 que perfectus etiam in captiuitate positus viam veritatis
non deseruit ita ut omnia que habere poterat cum captiuis
impertiret Contra istam viam veritatis agunt omnes qui aliena
rapiunt proximum offendunt et semetipsos peccatis macu
lant Item contra eam agunt omnes heretici et ypocrite
qui omnes non habent spiritum veritatis sed dyabolum spiritum falsitatis
qui ob missa veritate ita eos fecit gaudere in falsa
vita ut tandem eos ad perpetuam mortem deducat Tercia
veritas est iusticie de qua Osee 10 Seminate vobis in
veritate iusticiam Hec veritas iusticie in iudicio servanda est
ysa 28 Dedi spiritum iudicii super eum ut in veritate educat
iudicium vnde in voluntate sacerdotis erit posita doctrina et
veritas Exo 28 et Sap 1° diligite iusticiam qui iudi
catis terram Contra istam veritatem iusticie agunt multo
ciens accusatores iniqui falsi testes advocati spurii con
siliarii scriptores falsarii iudices iniusti qui eos
corrumpunt veritatem odio aut amore pecunie aut ti
more Vnde versus exnatur ista timor odium dilectio census
Hec solent hominum rectos peruertere sensus Hodie autem
ut frequentissime iusticia tollitur quia innocentes co
demphnantur et iniusti preualent Conuersum est retror
sum iudicium et iusticia longe stetit quia corruit in pla
teis veritas et equitas non potuit ingredi et facta est
veritas in obliuionem et qui recessit predam patuit Quarta
veritas est doctrine que est iusta et vera doctrina Malachia
2° lex veritatis fuit in ore eius et iniquitas non inventa
in labiis eius Contra hanc veritatem docent omnes qui sunt
contra etiam iudei pagani et heretici Rom 1° Commuta
uerunt veritatem in mendacium Item multi xpiani contrahat vi
uunt veritatem in mendacium tate loquuntur sed detractores adulatores lusores male
fica blasphemi contenciosi nugaces susurrones periuri
et in tantum veritas diminuta est Et heu in valuit falsitas
quesacumque cui verbo sit credendum ita ut vix dici potest
vnus homo mendax quod vicium pessimum est Legitur
quod quidam sapiens interrogatus de vita ... Cum

qr dixit Crupos bestea est gulosus luxuriosus et textil
lorum lusor et dixit sapiens hec omnia defecta correc-
tionem incipiunt sed est nec mendax primo dixit Aristoteles nec
dattissimus Et sapiens sapiens quam magnus sapiens de-
spicit decorationem ipsius Circa ad quartam clausula
dicit a patre Et post cum a patre procedit Ubi ondetur
persone mittende processio dicat enim expresse hic xt
quod spiritus sanctus procedit a patre non dicat quod a se Similiter
alibi dicit Spiritus qui a patre procedit ille me clarificabit
non dicit a patre et a me Ex hoc greco greci sumunt tamen
errorem suum et dicunt quod omnia que sunt fidei sane
sufficienter expressa in evangelio cui addere vel demere nichil
licet et maxime in fide trinitatis sed nusquam in evangelio est
expressum spiritum sanctum procedere a filio igitur etc. Sed ad hoc
videtur dicatimus ut dicit Aristoteles similiter libro 1o de n. quod
ta dicit vitas in evangelio spiritum sanctum a patre procedere non ad-
dit solo et ideo et a se procedere non negat sed ideo priam
tantum nominat quia ad eum solet referre quod ipsius
est sicut ibi mea doctrina non est mea sed eius qui misit
me Joh 1o Illud quoque verbum quod ponitur clausule quam
dictum est Cum ego mittam vobis additum est scilicet a
patre debet exponi sic cum potestate ego mittam
vobis sed hoc quod ipsum mittam a patre habeo vel sic cum
ego filius a patre procedens mittam vobis Ex hoc non
dicatur quod non licet addere in evangelio verum est non aliquid
contrarium sed bene aliquid declaratum eorum que habentur ex
evangelio licet non ita expresse posita et scripta Spiritum
autem sanctum procedere a patre et filio et si non hiis verbis est
expressum Est tamen sub verbis equipollentibus satis
clare intellectum Ex in multis locis evangelii declaratum
est Et maxime per hoc quod hic dicit Cum ego mittam vobis a patre
satis datur intelligi spiritum sanctum procedere a patre et filio hoc
equipollenter datur intelligi per hoc quod dicit Cum ego
mittam vobis Unde cum filio auctus mittendi spiritum
sanctum nisi ratione originationis qua procedit ab eo ut
patet supra in secunda dubitatione Item quod hic dicit Spiritum
veritatis Veritas est Christus filius dei Joh 14 Ego sum
via veritas et vita Et quid aliud est dicere quod spiritus filii

Simile dicit apostolus Gala. 4° misit deus spiritum filii sui
Et Rom. 8. Si quis spiritum christi non habet hic non est eius
Expresse enim dicit spiritum esse eundem spiritum filii Sic etiam cum
dicit spiritum patris Mt. 10. Spiritus patris vestri qui loquitur in
nobis Dicitur ergo dicitur spiritus patris quia procedit ab eo Sic
etiam dicitur spiritus filii quia originatur ab eo sed a patre prin
cipaliter a quo habet filius Item Joh. 20 quod dominus post resurrec
tionem apparens discipulis insufflavit et dixit Accipi
te spiritum sanctum quid aliud significabat illa insufflatio nisi
quod spiritus sanctus procedit ab ipso Licet tamen flatus ille corpora
lis substantia spiritus sancti fuit sed demonstratio spiritus sancti ab
ipso procedentis Item Luc. 8 Cum dixit aliquis dominus tetigit
me aliquis. Addidit Ego enim sensi virtutem de me exisse
Nomine virtutis intelligit spiritum Sicut etiam ibi Spiritus
sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi.
Luc. 1°. Et alibi Accipietis virtutem supervenientis spiritus sancti
in vos Act. 1°. De hac etiam virtute intelligendum est dictum ewangeliste
Luc. vi°. Virtus de illo exibat et sanabat omnes Virtutem
ergo a filio exire quid aliud est quam spiritum sanctum ab ipso
procedere Item Joh. 20 dixit Christus paraclitus autem spiritus sanctus quem
mittet pater Addidit in nomine meo quod tantum est dicere
ac si diceret Quem mittet pater a me quod enim aliquis nomine
meo facit ego dicor facere Et adhuc expressius ibi dicit quem
mittet pater in nomine meo i. a me Sic modo in isto eiusdem 15°
dicit Quem ego mittam vobis a patre Omnibus omnia
ad patrem refundam tamquam ad totius divinitatis principium qui
et auctor generationis et processionis est Similiter cum dicit
Ille testimonium perhibebit ponitur spiritus sancti effectus cum sua operatione
et duo facit In quorum primo tangit effectum vel utilita
tem spiritus sancti qui est ab ipso immediate Secundo tangit eius
operationem que est ab eo mediantibus discipulis de Christo Ef
fectus spiritus sancti est in hoc quod perhibet testimonium discipul
is de Christo Operatio vero sua est quod discipulos quos replet
facit testes ydoneos omnium eorum que Christus gessit Secundo
[illegible] Primum enim aptavit discipulos testimonium ipsi
sto recipere et post ea illis perhibere Secundum ad primum dicit
Ille scilicet spiritus veritatis Testimonium perhibebit de me i. cor
dibus scilicet vestris fidei veritatem inspirando ita similiter

q(uod) ab ea vtilitate vnq(uam) p(otu)it euelli p(er)granditq(ue) p(er)secucio(n)e
+ testimo(nium) xpo nota q(uod) sp(iritu)s s(an)c(tu)s de filio testimo(niu)m p(er)hibuisse (pri)mo
mo testimo(niu)m p(er)hibuit discipulis lingwa et audacia
(con)ferendo Act(uum) 10 No(n) eni(m) vos estis qui loquimini s(ed) sp(iritu)s p(at)ris
v(est)ri qui loquit(ur) i(n) vobis / 2° dona sua in xp(istu)m crede-
tibus (com)municando Hebr(eorum) 2° Contestante deo signis et
p(ro)digiis et variis sp(iritu)s distribucionib(us) / 3° corda
indurata demolliendo quod fuit magnum testimo(niu)m
diuinitatis xpi ut s(cilicet) mitteret aliquem in absencia sua
qui corda fidelium ad fidem sua(m) recipienda(m) emolliret
que in facie adeo (con)tempserunt ut eum patibulo cru-
cifigerent Ps Emitte sp(iritu)m s(an)c(tu)m tuum et creabuntur et
renouabis faciem terre Q(uia) renouati sunt illi p(er) sp(iritu)m
sp(iritu)m qui dixerunt p(ri)ma die / Quid faciemus fratres
et baptismum postulantes Act 2° Qui clamauerunt c(on)tra
crucifige crucifige eum Joh 19 Quantum ad 2m dicit
Et vos testimo(niu)m p(er)hibebitis / Ideo eni(m) erant ydonei te-
stes om(nium) que xp(istu)s fecerat Q(ui)a ab inicio quo cep(i)t
xp(istu)s docere cu(m) eo fuera(n)t doctrina eius audientes
et miracula videntes j Joh 1° Qui fuit ab inicio q(uo)d
vidimus et audiuimus et manus n(ost)re (con)trectauerunt de
v(er)bo vite h(oc) et annunciamus vobis / Congregemus i(gitur) breuiter
quib(us) testimoniis fides n(ost)ra que xp(ist)o ab antiquo fuit
(con)firmata P(ri)mo quide(m) p(er)hibuit testimo(niu)m deus pater
in baptismo xpi Mt 3 Et in transfiguracione Mt 17 Hic
est filius meus dilectus in quo m(ihi) bene (com)placui ip(su)m
audite Et in Jo. j Testimo(niu)m dei maius est q(uo)d testifi-
catus est de filio / Item ip(s)e dei filius de se ip(s)o dicit
testimo(niu)m Joh 8 Ego sum qui testimo(niu)m p(er)hibeo de me
ip(s)o et testimo(niu)m meum verum est quia scio vnde
veni et quo vado / Ip(s)e eciam dedit testimo(niu)m de se ip(s)o
Joh 10 Op(er)a que ego facio in no(m)i(n)e patris mei testi-
mo(niu)m p(er)hibent de me Tercio p(er)hibuit testimo(niu)m sp(iritu)s
s(an)c(tu)s qui sicut columba mansit sup(er) ip(su)m j Joh 5° Sp(iritu)s
est qui testificatur q(uonia)m xp(istu)s veritas est / Iste sunt
tres p(er)sone diuine testimo(niu)m p(er)hibentes fidei
n(ost)re de quib(us) j. ~~Joh~~ 5° Tres sunt qui testimo(niu)m
Joh(ann)is

dant in celo pater verbum et spiritus sanctus Et hii tres unum
sunt. Item testimonium perhibuit Johannes baptista Joh. 1o. Hic
venit ut testimonium. Isto testimonio innititur scriptura
in eodem ca. 2 Jo. 5 Vos misistis ad Johannem et testimonium
perhibuit veritati. Item Christus habet testimonium operum suorum
Joh. 5 Ego habeo testimonium maius Johanne. Opera enim que
dedit michi pater ut perficiam ea opera ipsa que ego facio
testimonium perhibent de me. Item omnes angelici spiritus de-
derunt testimonium eo nato. Factus est celestis exercitus lauda-
tium Luc. 2. Item celi luminaria que eo moriente obscu-
rata sunt et terra tremuit. Que testimonia contra
indoctos adducit Deutro. 2o. Testem invoco adversum
vos celum et terram. Item mare et venti. Quia mare
et venti obediunt ei Mt. 8. Item testimonium perhibent omnes
scriptura Joh. 5 Scrutamini scripturas et ille sunt que testimonium
perhibent de me. Item patriarche et prophete 1 Pe. 1o. Vati-
cinati sunt per ore prophete spiritu sancto prenunciantes que in
Christo sunt passiones et posteriora gloria. Item sicut dicit
Ambrosius super Luc. Non solum ab angelis et prophetis
et pastoribus et parentibus sed etiam a senioribus et iustis
generatio domini testimonium accipit. Omnis namque etas et uterque
sexus eventorum miraculorum fidem astruunt. Virgo ge-
nerat. Sterilis parit. mutus loquitur. Elizabeth prophetat.
Magus adorat. uterus clausus exultat. vidua confitetur.
Symeon iustus expectat. Hec Ambrosius. Item ultimo sancti
apostoli etiam per eos sancti fuerunt nostre fidei perhibent testimonium
Ysa. 43 Vos estis testes mei quorum testimonium fuit in verbis
signis vita et morte. Verbis quidem testimonium fidei per-
hibuerunt [illegible] predicatio quia efficacibus sermonibus fidem
ubique testificati sunt Act. 1o. Eritis michi testes in Jerusalem et in omni
Judea et Samaria et usque ad ultimum terre 1 Pe. 2 parati
reddere rationem de eo qui in nobis fide spe. Item Item eorum
testimonium confirmatum fuit signis et miraculis Marc.
16 Predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante
sequentibus signis Hebr. 2o. Item hoc testimonium approba-
tum fuit sancta vita apostolorum et eorum honesta conversatione quia
si peccatores aut mali homines fuissent eis credendum non
esset. Sunt vero tante sanctitatis et honeste conversatio-
nis fuit huius fidei testes quod nunquam sit perfecta homines

Visi sunt Act. 4 virtute magna reddebant apostoli testi-
monium resurrectionis ihesu christi domini nostri Bernardus Ve-
quidem magna virtute quia excellentissime erant vite
et virtutis unde illud subdit Et gratia magna erat in
Nr omnibus illis Confitebimur ulterius per apostolos quales virtu-
tes sunt in testimoniis fidei huius Martirii quod clarius
testificatus est preter Laurentium Augustinus testificatus est va-
lidissima impugnacione fidei contra hereticos Ieronimus Hila-
rius et omnes sancti heremite testificantur per abstinenciam
Agnes Lucia Katherina Agatha testificantur per castitatem
Et tante deficiet tempus quam dinumerare possumus testes fi-
dei testes magnos et parvos pueros puellas mares
et feminas quarum sileo in sanctitate et honestate mors nulla
umquam secta habuit nec habere potuit quia non est veritas ubique
ubi non est vera fides Item hoc testimonium sunt confirmata
morte omnium apostolorum et martirum Maximum autem argu-
mentum fidei nostre est quod tot milia virorum hominum potius
mori voluisse quam fidei relinquere testimonium Eccl. 4
singularia testificantur ad ducat morte Eccl. 4 usque ad
mortem certa pro iusticia Est enim signum quod probant aliam
esse vitam alioquin mortem istam non sustinuissent pu-
[illegible] Speravit iustus in morte sua pro iusticia et fidei
testimonio Crucifixus est petrus paulus decollatus
Stephanus lapidatus Laurencius adustus et innumerabi-
les diversis penis christi martires interfecti Nullo igitur mo-
do nostra fides contempnenda est per qua tot milia milium
virorum christi ad mortem nominis pugnasse Unus igitur Cy
[illegible] viliter defendit regnum suum et pro regno
multa nobiles usque ad mortem certavit Et si aliquis
minus testimoniis hiis adhuc credere dubitat quia
omnia ista scripta sunt conspicit testimonium earum prin-
cipis ut dicit Augustinus li. 4 [illegible] in visi-
bilia Constat enim tanta hominum multitudo
deducta fuisset ut crederet non quidem in ali-
quem magnum regem aut principem sed in pauperem
et abiectum et crucifixum Nisi quia adeo factum est
illud et est mirabile in oculis nostris licet enim mor-
tui sunt apostoli et martires testimonium tamen nobis relinquerunt sicut ap-
paret credentibus Act. 13 usque hodie sunt testes eius
ad plebem populi quod vere dicere possumus Testimonia
tua credibilia facta sunt nimis Hec omnia testimonia

scrutari dz aia mea. qz inuolata sunt / Hinc ergo hys teste
veritatis apparet virtute fidei katholice tante auctoritatis esse, ut nullus
adversus eam possit obicere quiusque phus, aut gentilis, hereticus
aut sarracenus, qui si aliqui conati sunt adversus fidem nostram garri-
re, aut eam bello impugnare nil profecerunt / Hec eciam
signo mirabili fuit in passione christi. et eo assistente in concilio
eorum summa pars et sum ... summi sacerdotes et omne concilium
quaerebat adversus christum testimonium ut interficerent. Multi
enim falsi testimonium dicebant contra eum, et conveniencia testimonia non e-
rant / Nec ullus philosophus, nullum testimonium, nulla ratio, nullus ser-
mo contra adversus eum et fidem nostram prevalet constitutam
rigore et firmitate que fuerit adversus adversus deum et adversus christum
eius / Et ... Que non fecit pr.

Hec locutus sum vobis ut non scandalizemini. Absque syna- 308
gogis facient vos. Sed venit hora ut omnis qui in-
terficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Sed hec facient
vobis quia non noverunt patrem neque me. Secunda pars prin-
cipalis in qua predicatur quomodo adversitatibus katholica fides A 1
est impugnanda et via facit / Primo predicit eis apostolorum
expulsionem. Hec locutus sum vobis premittendo passionem
vestram pacientiam / Ut non scandalizemini i. non perturbemini
neque moleste portetis ea que ventura sunt vobis / Prima
consolatur eos quia consolabitur vos / Et subdit aliqua tribula-
cionem quibus consolande. Absque synagogis facient vos, i. eicient
vos de iudiciis et congregacionibus tamquam malos
homines propter nomen meum. Sicut eum adhuc vivente christus
consueverunt sacerdotes ut signis constitit cum esse christum
contra synagogam eicerent Johannis. Eiecti sunt igitur et
contra synagogam malignancium
hereticos in veritate contra synagogam malignancium.
Habent enim iudei suam synagogam, sicut et heretici sua
sicut sarraceni et pagani a quibus omnibus fidelium con-
gregacio separatur. Sicut rosa a spinis. lumen a tenebris,
attenuata virgula incensi fumi ex aromatibus p̄redolen-
tiam bone fame et sanctorum exemplorum. Ex aromatibus dico
mirre et thuris quantum ad amaritudinem et asperitate vite pos-
sionis et vniuersi pulueris pigmentarii quantum ad vniuersi-
tatem virtutum in bona actionis et sic ascendit. Hic sponsa
de omnibus sensibus suis per quas vadit ad dilectum eximia peragrat
duabus scilicet passionis et actionis ascendit per viam contemp-
lationis et sic attingit dilectum suum scilicet fontale principium a quo
effluxit. Attingit inquam mediate toto actu cordis ut dicit Augustinus
li. confess. 9o. quod perficit in vita sancta scilicet perficiant viam ascen-
dat Augustinus cum dixit 10 confess. Aliquando intromittis me domine in
affectum multum inusitatum et si perficitur in me nescio quid erit
vnum scio quod plus vita non erit. Ad quam vitam nos perducat qui
dicit se viam veritatem et vitam. Joh. 14. Dulcissimo fine

Sed quia hec locutus sum vobis tristicia adimpleuit cor vestrum.
Vbi designat tercium principale quod est deuote anime de abse-
ncia dilecti contristatio dolorosa. Ex quo dictum est in processu prece-
denti sermonis per quam viam fidelis anima ire debeat ut perue-
niat ad dilectum et ut ad suum principium a quo effluxit [illegible]
requiescat. Et quia plerumque deus presenciam suam anime deuo-
te abstrahit ex qua anima magnam tristiciam incurrit. Quod sci-
ens saluator discipulis suis recessum suum predixit consola-
torium eis promittens ut tristiciam suam leuius sufferret. Et pri-
mo ostendit eis sue tristicie causam in verbis premissis. Sed quia
hec locutus sum vobis scilicet de recessu meo ideo tristicia adimplet
cor vestrum. Deinde subicit consolationis effectum in verbis subse-
quentibus cum dicit: Expedit vobis ut ego vadam. Si enim non
paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero mittam eum ad vos
vobis ut maneat vobiscum spiritus veritatis quem mundus non potest
accipere. Hic est quantum ad propositum nostrum plerumque deus anime
deuote graciam suam subtrahit et ipsi ab ea recedere se ostendit scilicet
tamen post ea maiorem consolationem promittit. Circa quem sensum
ad presens duo sunt videnda et notanda. Primo quare deus anime
deuote presenciam suam subtrahit quantum ad illud quod dicit hec locu-
tus sum vobis scilicet de subtractione anime mee. Secundo qualiter
anima fidelis in sua tristicia se habere debeat quantum ad illud quod
addidit Tristicia adimpleuit cor vestrum. Quantum ad primum
sciendum quod deus anime sibi deuote quamdiu deuota est nunquam
velat se subtrahit. Sed sicut illis duobus discipulis quibus
se finxit longius ire etc. propter melius corporis. Sic adhuc
deus inquam se absentat ab anima deuota per subtractionem
insi[illegible] sue vnde et hic apostolus dicebat Ego veritatem

dico vobis expedit ut ego vadam. Quare autem fidelis ab
eis devota subtrahi videatur. Et qualiter licet sibi tamen sibi
expediat plures possunt esse cause. Prima est ad maioris dilectionis
ad eum excitacionem. Et hoc tangit in eodem ewangelio ubi dicit
Expedit vobis ut ego vadam. Sicut discipuli eum carnaliter
et sensibiliter diligebant Christum in humanitate que eis erat pla
cabilis ut dictum est in postulando, unde similiter animum ad eius divini
tatem erigere non valebant secundum Augustinum. Ideo expediebat eis ut
presencia corporalis Christi eius subtraheretur ut adveniente spiritu sancto
animum eorum ad eius divinitatem elevaret. Sic adhuc quidam
sunt qui carnaliter et sensibiliter utuntur gracia dei et presencia Christi
ad commodum corporale quibus expedit ut eis ad tempus gracia sub
trahatur. Secunda est ad sui humiliacionem. Ex hoc enim quod anima devo
ta experitur quam penale sit solacio sponsi eius presencia ad
tempus carere fragilitatem suam recognoscens ut non ascribat di
vino munere se habuisse quod perdidit agnoscens humiliatur. Et pro eius
reparacione et custodia sollicitius laborare conatur. Ex quo de
virginibus superbis que ipse sue virtuti castitatem attribuunt
de quibus dicit Augustinus super ast. Omelia 10. Audeo dicere superbis
continentibus expedit cadere ut in eo ipso quo se extollunt humi
lientur. Quid enim prodest continencia si dominetur superbia. Similiter
est de aliis virtutibus. Tercia est ad negligencie sue et de
sidie correctionem. Anima enim plerumque tepens in gracia accepta
negligens fit scilicet non se in ea exercitando ut debet. Ideo expe
dit ei ut parumper a deo derelinquatur ut ardencius querat eum
et pro eius recuperacione fervencior et sollicitior reddatur. Unde
Cant. 5º Cum sponsa dixisset. pessulum hostii mei aperui dilecto
meo addidit. At ille declinaverat atque transierat. Ubi dicit
Ber. Non sponsus dilectam fugit non declinat, quando nos
in torpentes respicit ad amorem excitat, quem nos labo
rantibus nobis posse apprehendi videtur. Tunc ne apprehendatur
transit et declinat. Et hoc maxime excitans gracia in nobis agi
tur ut vel nec in torpore iacentes eum omnino amittamus nec de
eius plena in nobis apprehensione superbiamus. Quarta est ad
desiderii maioris provocacionem et eius dilatacionem. experiencia cum
subtraccione solacii crescit desiderium, capacior reddit. anime
sinus ad maioris boni susceptionem. Anima sicut sua desideria di
latacione crescit secundum Greg. Ita dilatata capaciorem red
dit animum secundum Bernardum perscrutans illud ps. Extendens celum
sicut pellem pellis enim cum ungitur dilatatur. Sic ma
que preclusa intelligitur si pungatur sanctis desideriis dilatatur.

atque capacem reddit ad maiorem graciam adipiscendam.
Cum igitur impleri vult bonis celestibus dilatet desiderium
iuxta illud ps. Dilata os tuum et implebo illud. Et Eccl.
15 Tunc ego implebo illud pane et intellectu et aqua
sapiencie quia aput me est fons vite. Secundo tamen spiri-ta
dilecti declinacio vel subtractio quantumcumque modica in ea tam
intollerabilia sentit incommoda sicut in modica eclipsi solis
hec nascencia senciunt iuxta maxima detrimenta. Sic de-
clinante sponso anima sancta egrotare incipit quia tristicia dicitur
instabilitate constringitur. Et racio est quia ab ea declinat vita
veritas et eternitas. Unde dicit Augustinus super prealegato verbo
Cant. 5 Heu anima declinaverat egestate deperiret quia decli-
navit. ubi est via, ubi est vita, ubi serenitas, ubi est vi-
tas ubi est eternitas omnia secum tulit. Tercia quia ipse est salus
omnium. Tercium ad hoc doctrinam habemus in ipso deo salvatore
nostro qui est regula actuum nostrorum qui cum contristabatur propter
nos ut ipse nobis regulam daret qualiter in nostris tribulacionibus
nos regere debeamus. Dicit enim Joh. 12 Nunc anima mea tur-
bata est. Et quid dicam pater salvifica me in hac hora.
Supplica veni in hanc horam. Pater salvifica nomen tuum. Ex
quibus verbis habere possumus septem doctrinas quas in tribulacionibus
nostris sequi debemus. Prima est quod ante omnia debet homo tribu-
lacionem suam discuciat sive causam sue tribulacionis an sit racione
digna vel non. Cumque cum homo tristatur ex causa vili vel
levi que non est racione digna de ea turbari. Sicut de qui-
busdam dicitur in ps. Turbati et moti sunt sicut ebrius et
omnis sapiencia eorum devorata est. Sicut ebrii plorant ex a-
bundancia humorum et tristantur et passionantur nullam
habentes causam. Sic isti qui tristantur absque racionabili causa.
Sed Christus numquam fuit turbatus nisi ex racione ita quod racio movit
in eo sensualitatem ad turbandum secundum quod dicitur in eo quod
dixit nunc anima mea turbata est. Nunc scilicet racione suadente
per animam intelligitur sensualitas racione regulata. Sic homo
primum racionem discutere debet causam turbacionis sue. quia si inve-
nerit frivola et vana abiciat et evellat eam a corde
suo. ps. Verumtamen in ymagine pertransit homo. Sed et frustra
conturbatur. Sicut enim ymago in speculo cito apparet ita
cito evanescit. Sic iste de turbacione istorum. Christus enim
habuit racionabilem causam turbacionis sue quantum ad sensua-
litatem quia timore mortis timuerunt. Secunda doctrina quod

Nota de fructu tribulacionis et doctrina ipsius

si in veniat homo tribulacionem sua digna iure tunc debebit co
siliando intrare scilicet quid agat et qualiter eam suppetet. et hoc innuit
in eo quod dominus admonuit et quid dicam quia d. Quid faciam quo con
fugiam non restat aliud nisi quod patienter feram. Sic fecere
sunt filii Jacob cum dicebant merito hec patimur quia peccavimus
in fratrem nostrum Gene. Sic et iste venerabilis latro ad dixit
Nos quidem digna factis recipimus etc. Contra fuerunt illi qui
prorumpunt in maledicta d. Ve michi quia natus sum maledicunt
turbatores mei vel similia de quibus dicit Greg. in pastoralibus
Impacientes dum propria paciencia sua nunc obsistunt. Etiam si qua
ipse tranquilla mente fuerant bene gesta confundit in pressos
impulsu destruunt quod forsitan diu labore proviso constru
xerunt. Contra doctum est quod homo in tribulacione ad deum recur
rat quod ostendit dominus in eo quod dixit pater salvifica me
ex hac hora scilicet passionis et mortis ne subeam. Quid est ille
ille quod dixit pater transfer hunc calicem ne bibam illum
Matt. 26 hoc autem oravit dominus in diversis forma nostre infirmitatis
docendo quod nos in tribulacione debemus ad deum orando
confugere iuxta illud Osee In tribulacione sua mane consur
gent ad me scilicet orando sic fecit ps. Cum tribularer ad
dominum clamavi. Sic Anna 1. Reg. 1o. Sic Susanna Dan.
13o. Et sic breviter fecerunt omnes sancti utriusque testamenti
deus enim vult rogari. Et ideo plerumque permittit nos in tribu
in tribulacionem ut excitemur ad rogandum. Denique tempore prosperitatis ob
liti sumus ps. Obliti sunt deum creatorem qui salvavit eos in
Aug. super tractans illud ps. Esurientes et sicientes anima
eorum in ipsis defecit dicit sic Destituimus eum ut vagemur et fes
sunt nos invenientes amicum nostrum. Et clamaverunt ad dominum cum
tribularentur. Nescio autem quare in tribulacione curreret homo ad
deum est ista fecit Hug. in libro de virtute orandi. Tristis enim
multitudine malorum suorum animus diffidens de propriis viri
bus ad deum se convertit et tanto ardencius procurat ei ex
petit quanto sibi nichil extra deum relictum esse videt in quo
confidere possit. Tercia doctrina est quod homo penset utilitatem
tribulacionis et contra hoc armatur et animatur homo ad paciam
ut etiam si deus non exaudiat statim patienter et voluntarie fe
rat. Et hoc innuit in eo quod dominus dixit. Tribu
lacionem sufficit et hoc innuit in eo quod dominus dixit. Sed
spectavit ... in hac hora scilicet ut pateretur et moreretur pro sa
lute tocius mundi. Etiam quanta utilitas tribulacionis quam
ipse potius voluit sustinere quam exaudiri in eo quod tribueret
nobis talis passionis licet hoc ostendit nobis in exemplum

Sic et nos si pensaremus utilitatem tribulacionis nunc equani-
mius tollerarenus si non statim exaudiremur a deo in eripiendo
nos a tribulacione. Si queratur que sit utilitas tribulacionis
multe possunt esse utilitates. Prima quia tribulacio est nobis
medicinalis. Unde Aug(ustinus) super ps. Intelligat homo deum esse
medicum et tribulacionem medicamentum ad salutem esse penam
non ad dampnacionem sub medico ureris clamabis secaris cla-
mas et medicus non audit ad voluntatem sed ad sanitatem. Secunda
utilitas est quia purgat. Unde Aug(ustinus) super ps. In fornace ar-
det palea et purgatur aurum. Tercia quia probat te utrum sis verus christi
amicus. Unde Aug(ustinus) in quodam sermone. Nullus filius christi sine
tribulacione est. Si putas te non habere tribulaciones sine pressura
tunc nondum cepisti esse christianus. Quarta quia stimulat
ad patriam desiderandam. Unde Gre(gorius) 2 mor(alium). Electis suis ad se
pergentibus deus huius mundi iter asperum facit ne dum quisque
vite presentis requie quasi in itinere huius amenitate pascitur magis
eum diu pergere quam citius pervenire delectet ne deum obliviscatur
in via obliviscatur quod desiderabat in patria. Quinta quia oc-
cidit illud quod est superbie humiliat. Sexta quia meritum auget.
Septima quia deum glorificat. Has et quasdam alias utilita-
tes et fructus tribulacionis recolligens Aug(ustinus) super ps. dicit sic
tribulacio compellit nos
flagellum interius et exterius glorificat creatorem. Tribulacio
erudit egrotantem custodit virtutem protegit in sanitate
lentem erudit egrotantem custodit virtutem protegit in sanitate
tentem humiliat superbiam purgat penitentem ex-
citat torporem irritat ad mortem semper vincentem. Beda enar-
rat utilitates. Item quasdam istarum utilitatum exposuit dicens sic. Quinque de
causis affliguntur homines molestiis. Aut propter merita augen-
da ut Iob et martires. Aut propter humilitatem conservandam ut
Paulus ab angelo sathane fuit colaphizatus. Aut ad gloriam
dei sicut cecus de quo dicitur. Neque hic peccavit neque parentes eius
sed ut manifestentur opera dei in ipso et ipso
ut cecus nasceretur. Sed pro gloria dei. Aut propter
Et Lazari infirmitas non fuit ad mortem sed pro gloria dei. Aut propter
peccata intelligenda aut corrigenda ut in maria sorore
moisi. Aut ad inicium eterne dampnacionis sicut herodes.
Aut ut probet aut purget aut puniat aut tueatur. Aut vero
vel ut probet aut purget aut puniat aut tueatur
deo et gloria pena dat. Sexta doctrina est quod homo turba-
cionem suam totam deo committat qui melius novit quid nobis expe-
diat. Hoc docuit deus cum submisit pater glorifica nomen
tuum quasi diceret fac quidquid sit ad gloriam nominis tui quod est
simile ei quod dixit Mat. 26. Verumptamen non sicut ego volo sed sicut
tu. Aug(ustinus) docuit te quid [illegible] cuius voluntatem tue volun-
tati preponas. Homines suscepit infirmitatem ut doceat constitutu

dicens non quod ego volo sed quod tu vis. Ex hac autem sup-
tacione turbacionis i. dolorum homo triplicem utilitatem consequitur.
Prima tribulacio alleviatur. Sicut enim videmus quod quis amico loquitur
turbacionem suam animus alleviacionem recipit per mutuam
compassionem. Unde magister addit In bivione sive passionis
et tribulacione dilatasti michi. Secunda quia ex hoc turbacio
victoria efficitur. Sicut enim victorium est deo offerre rem tota-
lem quam portamus i. brevem bursam multociens sit offensa i.
quod capiri aut [illegible]. Utique holocaustum non dilataberis. Sed sic
sicut deo optimum est spiritus contribulatus et cor contritum deus
non despicit. Tercia quod homo postea nobilem consolacionem recipit.
Exemplum in Jona qui de tribulacione invocabat dominum et mox exau-
divit eum piscis. Sic hic unde statim venit vox de celo
quasi pro consolacione Et clarificavi et iterum clarificabo. Ex qua
consolacione homo confortatus ultra premissas quibus addit in
duabus aliis perficitur. Scilicet ut gaudenter tribulacionem sustineat.
Et pro eo deo gracias agat. De primo Jaco. 1o. Omne gaudium existi-
mate fratres si in varias temptaciones incideritis. Super quo
verbo dicit Beda Spe magna illius boni celestis ad quod
tendit quicquid in via contigit gaudere debet. Unde apostoli i-
bant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro
nomine Jhesu contumelias pati. De secundo dicit Cassiodorus super illo psalmo
Voluntarie sacrificabo tibi. Voluntarie inquit deo sacrificant
qui inter angustias passionum deo gracias agunt. Exemplum in de vitis in
v°. apostolis et martiribus. Quod et nobis concedat qui sine fine vi-
vit et regnat Amen. Sermo de ascensione

307 Dominus quidem Jhesus postquam locutus est eis assumptus est
in celum et sedet a dextris dei. Mar. 16. In verbis istis
comprehenduntur tria. In primo tanguntur diuturne post resurreccionem pa-
bula ad puncta. Dominus Jhesus postquam locutus est eis. Secundo in-
nuitur ipsius ascensionis modus et forma cum addit. As-
sumptus est in celum. Tercio exprimitur ascendentis honor et
gloria cum subiungit. Et sedet a dextris dei. Circa primum ad presens
sciendum quod ewangelista Marcus quia breviloquus de verbis
parabolis non exprimit nisi solam locucionem et hoc quidem
in quadam generalitate postquam locutus est eis innuens supponens
implicite circumstancias illius locucionis. Que enim fuit illa
locucio multa sed tres fuit circumstancionata. Ad cuius eviden-
ciam recolligamus totum processum diuturne ascensionis prout
enim scribit Marcus in textu. Ipsa quippe die ascensionis
ad undecim discipulis essent in cenaculo et come-
dent apparuit eis dominus et exprobravit incredulitatem illorum
et duriciam cordis et comedit cum eis. Et quesivimus propter

eis abstulimus ne discederent sed expectarent promissionem patris
Hoc dicto precepit eis ut egrederentur de civitate in montem
Oliveti et tunc statim evanuit ab oculis eorum Et hoc est quod dicit
Lucas quod eduxit eos foras verbo et non manu Et statim post
comestionem vel undecim apostoli et alii discipuli et mulieres fideles
unanimiter egressi iuxta preceptum domini venerunt in montem Oli
veti ubi statim apparuit eis dominus Tunc qui ibi convenerant in
terrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel
Dixit autem eis Non est vestrum nosse tempora vel momenta etc Sed acci
pietis virtutem supervenientis etc Et eritis michi testes etc Et cum hec
dixisset elevatis manibus benedixit eis Et post benedictionem vi
dentibus illis ~~et la~~ elevatus est et nubes suscepit eum ab
oculis eorum Cumque iam dominus raptus esset in celum adhuc tum
illi suspensis vultibus aspiciebant in celum Et ecce duo viri
.i. duo angeli in forma viri astiterunt iuxta illos in vestibus
albis qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes
in celum sic veniet etc Ex isto passu possumus colligere octo
preambula dominice ascensionis Primum est Christi apparitio 2m est
incredulitatis exprobratio 3m est ne ab Iherosolimis discederent pre
ceptio 4m est in cenaculo eius comestio 5m est discipulorum
ad montem Oliveti evocatio 6m est eius in monte Oliveti
familiaris collocutio cum dixit Eritis michi testes 7m est manuum
elevatio 8m est benedictio Et hec omnia patent ex passu pre
narrato Quantum ad 2m sciendum quod modus et forma dominice asce 2m
nsionis attenditur ex quatuor Primo in discipulorum patula visio
ne 2o in ymnis gloriosa ascensione 3o in nubibus susceptione
4o in angelorum assistentia et allocutione Primum patet quia vi
dentibus illis elevatus est Et hoc bene conveniens fuit Prima
cum apostoli debebant esse testes resurrectionis et ascensionis
Christi testes autem testificari debet potissime de visis quare con
veniens fuit quod dominus ascendit apostolis videntibus Sed tunc dicat
aliquis quare non surrexit illis etiam videntibus ut pos
sint etiam validius testificari de resurrectione Ad quod dicitur per unum
quod licet apostoli ipsam horam resurrectionis non viderunt resurrectionem post
ea tamen resurrectio per multa argumenta eis demonstrata est Na
m ipsum redivivum pluries viderunt et tractaverunt et plures teti
ferunt Comedente etiam cum eis post ea viderunt Ex quibus
et aliis multis argumentis testes resurrectionis ydonei esse
potuerunt Sed post quam ascendit in celum ultimus non erat apostolis
visibiliter appariturus nisi in fine mundi Ideo conveniens fuit ut
ipsius ascensionem oculis corporalibus actualiter viderent Illo
invisibiliter sit Prima cum omnis Christi actio nostra est spiritualis

instructos ideo post quam xpus sua ascensione que cessit ad dei
honorem et discipulorum consolacionem voluit esse manifestam
resurrectionem autem voluit esse occultam. Ideo illa qui vel quo
clauso tumulo resurrexit. nullus sciunt post nobis osten-
dens quod opera virtuosa que divino motu facimus debemus
velle aliis esse manifesta solum propter dei honorem et proxi-
morum edificacionem. Sed illa eadem opera aliquando debemus occultare
2. propter hanc laudis declinacionem. Secundo patet. Non enim deus translatus
est sicut Enoch nec subvectus in curru igneo sicut helyas
sed ascendit propria virtute. Unde Greg. in omelia. Redemptor
noster non curru igneo non angelis sublevatus est. quia qui
fecit omnia super omnia sua virtute ferebatur. Et sic accipiendum
est quod marcus dicit assumptus est in celum. lucas dicit quod fere-
batur in celum. Et in actibus dicitur quod elevatus est et nubes
suscepit eum. Nunc ista omnia licet sonare videntur quasi
alterius adminiculo ascenderit. Quod enim assumitur vel fertur
vel elevatur vel suscipitur moveri videtur ab alio. omnia tamen
illa verba virtutem propriam xpi important. propter quod sciendum
quod cum duplex natura sit in xpo divina scilicet et humana. Secundum
divinam naturam non dubium quin ascendit virtute propria. Divina
divinitas omnia portat. Et nichilominus secundum causam divinam naturam
potest dici assumptus et elevatus scilicet a patre a quo omnia nascendo
accepit et tamen est eadem virtus patris et filii. Secundum tamen
humanam naturam que suscepta carne est fuit assumptus in celum
virtute scilicet divina que fuit prima origo ascensionis eius.
Et nichilominus potest etiam dici quod etiam secundum humanitatem ascendit
virtute propria propter anime glorificatem. Ex cuius redundancia
glorificatur corpus. Unde tota est obediencia corporis glorifica-
ti ad animam quod ubi volet spiritus ibi protinus erit et corpus
propter dotem agilitatis. Tercio patet quia quasi in quodam globo
candide nubis ascendit. non quod descendens vel sic egerit auxilio
nubis sicut nec per sublevacionem nubis angelorum sed per hoc
ostenditur quod omnis creatura parata est obsequi suo creatori. tam
creatura corporalis ut nubes quam spiritualis sicut angeli quam
eciam humanalis sicut sancti patres cum xpo ascendentes. iuxta
illud ps. Ascendens xpus in altum captivam duxit captivitatem.
Quarto patet in duobus viris qui iuxta illos astiterunt in
vestibus albis. nec dubium quin tota milicia celestis illi
occurrerit cum laudibus. Unde Aug. in sermone de ascen-
sione. Quando audis elevatum agnosce celestis milicie
obsequium. Isti tamen duo angeli in forma virorum specialiter
apparuerunt discipulis. tam ut mestos de absencia domini c

R sicut

confortarent sed ut eum vere ascendisse demonstraret in celum sed in regione angelorum. Non sicut Helias qui raptus in curru igneo vehebatur usque ad sublimiorem regionem inter celum et terram quod est in paradisum. Christus autem ascendit altius incomparabiliter quia non solum ultra nubes et regionem sublimiorem aerem sed et super omnes celos. Ephesiorum 4: Ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia. Secundum vero attendendum est sedendum super celos ut honor et gloria Christi ascendentis attenditur in hoc quod sedet a dextris dei ubi duo implicantur. Primum in eo quod sedet. Secundum in eo quod a dextris dei. Sessio ista divina importat equalitatem cum patre secundum divinitatem. Sed quantum ad humanitatem sedere dicitur uno modo in quantum est unita actualiter ipsi verbo. Et sic sessio ista importat quandam associacionem honoris quia eadem veneracione honoratur humanitas in quantum unita cum ipsa divinitate sicut vestis regia cum ipso rege quando actualiter ea est indutus. Alio modo sedere quiescere post laborem. Christus autem qui diu fuit in mundo nunquam requievit sed semper laboravit. Ysaie 1: laboravi sustinens. Et ideo iure sibi debetur quies in celo. Unde ipse potest dicere illud Ecclesiastici ultimo: modicum laboravi et inveni multam requiem. Nam licet labor passionis sue racione acerbitatis penarum fuit maximus modicus tamen dici potest quia modico tempore duravit respectu eternitatis. Sed multam requiem invenit tam sibi quam membris suis unitis eternam. Dicitur autem sedere non simpliciter sed a dextris dei. In nomine quippe dextre intelligi possunt tria. Uno modo secundum David gloria divinitatis. Alio modo secundum quosdam beatitudo patris. Tercio modo secundum eundem iudiciaria potestas. Christus igitur sedet a dextris dei patris tam secundum humanitatem quam secundum divinitatem. Sedere enim in divinitate quidem sedere a dextris patris nichil aliud est quam simul cum patre habere gloriam divinitatis et beatitudinis et iudiciariam potestatem incommutabiliter. Et hoc convenit filio secundum quod deus. Secundum humanitatem autem dupliciter: uno modo secundum graciam unionis que in humanitate importat distinccionem nature et unitatem persone. Et sic Christus secundum quod homo est filius dei et per consequens sedens ad dextram patris. Alio modo secundum graciam habitualem que habundancior est in Christo pre omnibus aliis creaturis in tantum quod ipsa humana natura in Christo in quantum est beatior ceteris creaturis et super omnes alias creaturas habens regiam et iudiciariam potestatem. Et hoc est quod dicit apostolus Hebreorum 1: Sedet a dextris maiestatis in excelsis et tanto melior angelis effectus quanto differencius nomen pre illis hereditavit. Unde Glossa: sedet ad dextram maiestatis i.

3m

ad equalitatem patris. Sequitur sub sermo primus
Dominus ihesus postquam locutus est eis. Expositis verbis
premissis de ascensione domini corporali restat ea exponere
de ascensione nostra mentali. De qua Augustinus in sermone de
tercio ascendamus interim cum Christo interim corde ut cum
dies promissionis advenerit sequamur et corpore. De qua
mentali assumpcione duo sunt videnda. Primo quibus
preambulis anima ad huiusmodi ad ascensionem congrue dispo
natur. Et hoc innuitur in eo quod premittitur Dominus ihesus postquam
locutus est eis scilicet discipulis suis. Secundum est quo modus vel
forma huiusmodi ascensionis vite peragatur quod notatur in eo
quod dicitur Assumptus est in celum et sedet a dextris dei in
excelsis. Quantum ad primum est sciendum quod huiusmodi ascen
sionis mentalis octo sunt preambula correspondencia
illis octo premissis de ascensione domini corporali. Primum est
gracie dei in mente preuento movens liberum arbitrium
ad sequendum divinos instinctus quod facit hominem gratum
et dignum vita eterna. Et hoc significatur in apparicione Christi disci
pulis in cenaculo per quod intelligitur cor humanum sicut enim Christus
per graciam ipse deus invitando hominem preveniente ad vitam eternam
Quod cenaculum Christi libenter intrat. Unde ad hostium cordis
pulsat dicens Aperi michi soror mea Cant. 5. Et Apoc. 3
Ego sto ad hostium et pulso si quis michi aperuerit intrabo ad
illum et cenabo cum illo. Hec autem prima dei apparicio qua
hominem invitat ad ascensionem in celum significatur Gen.
12 ubi dicitur quod dominus apparuit Abrahe dicens noli descendere
in egyptum sed vade in terram quam demonstrabo tibi. Per
egyptum intelliguntur tenebre peccatorum. Terra autem promissionis
quam intrat nobis dominus est regnum celorum. Hos enim duos
effectus habet dei gracia quod hominem avertit a peccato et duci
git ad regnum celorum. Rom. 6 Gracia dei vita eterna. Secundum
est divinus instinctus in anima allocutio que est duplex. Una
est exprobracio peccatorum qua divino instinctu homo arguit
scriptura sanctissimum exprobrando sibi ipsi quod unquam deliquit
contra deum. Et hoc significatur in eo quod dominus exprobravit in
credulitatem discipulorum sicut eciam exprobravit illis duo
bus discipulis in via dicens O stulti et tardi corde
ad credendum Luc. 24. Hec autem exprobracio fit in nobis
quando deprecatus vel compunguntur sicut fuit in sancto Augustino qui firmiter
se accusabat scripsit et cum fundamento cordis sui et
congesta ante oculos mentis universa massa miseriarum suarum

fletus ingentes ymbres lacrimarum qui cum lamentabilibus voci-
bus d. Care mi domine quam diu clamabo et clamabo quare non in
hac hora finis turpitudinis mee dicebat hec et flebat
amarissima contricione cordis sui ut ipse confitetur 8° li° confess.
Ad hanc peccatorum compunctionem concitavit sanctus Anshelmus in
epistola de contricione sic inquiens Anima mea misera concute
torporem tuum et discute pectus tuum concute mentem tuam re-
duc ad cor enormia peccata et produc de corde immane vu-
gitum in attende scelerum tuorum horrorem et pretende horrificum
terrorem et tristicie dolorem. Et hec quantum ad 2m preambulum
Alia est allocutio cohortatio vz. expectationis promissorum
Christus cum dominus apparitione sua proximam vocet nos ad
ascensionem non tamen homo statim et immediate volitat
in celum quia per multa media illuc pervenit. Quia per mul-
tas tribulationes oportet nos ingredi in regnum celorum ut
dicit Act. 14 et hoc signat in eo quod dominus precepit discipulis
ne ab Iherosolimis discederent sed expectarent promissionem
patris quia autem Jerosolima interpretatur pacifica per quam
intelligitur mens ipsa bene pacificata que procellas tri-
bulationes qualescunque patitur contra semetipsam. Sed anima equa-
nimiter sustinet in regnum celorum vii Gre. li. moral. Que
in solo eternitatis desiderio figitur nec prosperitate attollitur
nec ad adversitate quassatur dum nichil habet in mundo quod appetit
nichil est quod in mundo pertimescit. Ab hac Jerosolima in-
tue pacis non discedat anima que promissionem patris expectat
Unde ut dicit idem Gre. 26 moral. Electorum mentes eterni-
tatis premia prestolantes vires contra adversitatibus sumunt
Quia acriter pugna gloriosiorem sibi non ambigunt
manere victoriam. Et hec quantum ad tale preambulum. Ter-
tium est future beatitudinis prelibatio ut videlicet homo per desiderium
et devotionem quodammodo pregustet dulcedinem vite future
quod figuratum est in eo quod dominus antequam ascenderet comedit cum
discipulis suis ostendens et nos antequam ascendamus cum
necessarius regnum enim celorum non datur nisi esurienti
et desideranti. Ideo concupiscit et deficit anima mea in atria
domini. Unde et dicebat sancta Agnes Ecce quod concupivi
iam video quod speravi iam teneo. Est desiderium quippe aliquo-
quedam consiliis est beatitudinis que non saciatur in hac vita
sed datur quedam prelibatio et pregustatio. quod prelibamen mixtum
est dicit Bernhardus delectatio prius mixta est lacrima-
ria non est durabilis. Hanc mixtum prelibavit propheta

3 . 57

tu dixit Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam
abscondisti timentibus te. Ad hanc questionem probatoriam spo-
sus in Cant. 5 invitat omnes fideles dicens Comedite amici
amici mei et inebriamini karissimi Can. 5. Ubi secundum Gre. amici
vocantur fideles incipientes in vita activa. Hoc est comedere
et quadam grossa beatitudine desiderando prelibare. Sed karissimi
dicuntur perfecti et contemplativi quippe qui in pregustando inebriantur
tunc adeo deficiunt quasi divina dulcedine absorp-
ti unde psalmista cum diceret Concupiscit addidit et deficit anima
mea in atria domini. Et hoc est quantum ad 2m. Tertio utilis est ad opera
nostre egressio non enim sufficit anime semper manere intra penitencia
devotionis. Sed requiritur quod homo propter se exeat in exteriori opera-
tione unde sponse in Canticis 1 dicitur Egredere et abi post vesti-
gia gregum tuorum et pasce edos tuos iuxta tabernacula
pastorum et hoc signatum est ubi quod dominus eduxit discipulos
suos foras in montem oliveti Et ibi demum apparuit eis
dominus. quia in consummatione operum nostre erga proximos semper
apparet dominus quia ipse in eis recipitur reficitur vestitur
et bene tractatur iuxta illud Mt. 25 Quod uni ex minimis
meis fecistis mihi fecistis. Eccl. in debito mactatio. Et
non dubium quin causa est hoc consignata singularis gratia appa-
reat anime devote. Can. 3o Egredimini filie syon et
videte regem salomonem in dyademate suo quo coronavit
eum mater sua in illa die. Et hoc quantum ad quartum. Quinto
est familiaris cum Christo collocutio que attenditur in
duobus scilicet in oratione qua nos loquimur deo. et in verbi
dei auditione vel lectione qua deus loquitur nobis. Postquam
enim homo se cognoverit exercitavit in operibus nostre laudis
divine debet se convertere ad divinam petitionem interrogando
adeo quid sibi placitum sit de nobis. Quod signatur in
hoc quod discipuli interrogabant Christum dicentes Domine si in
tempore hoc restitues regnum israel. Et quidem si deus ho-
mini semper revelet homini misterium voluntatis sue plenius tamen
instruit eum vel per instinctum internum vel per predicatores
vel aliquos homines bonos vel causa per studium loquens. Quia
ipse deus velit facere hominem sicut ipse per prophetam pol-
licitus est dicens in psalmo Intellectum tibi dabo et instru-
am te in via hac qua gradieris firmabo super te oculos
meos. i. te intelligere faciam quid placitum fuit oculis
meis ut facias. Quod signatum est in hoc quod dominus
discipulis deinterrogatus non respondit. Sed Non est vestrum

sed tamen de agentibus eruditum. Et. Non est vestrum nosse tempora vel
momenta Et subdit sed accipietis virtutem supervenientis spiritus
sancti in vos Et eritis michi testes etc. Et item Euntes in mundum uni-
versum predicate evangelium omni creature coram regibus et principibus
Talis itaque eruditio acquirenda est adeo necessaria volen-
tibus celum ascendere Quia nullus homo potest viam scire per se
Joh. 14. Quomodo possumus viam scire cum nullus indicavit nobis
Unde propheta impetravit. Nota fac michi domine viam in qua ambulem
ut videlicet ascendere possim ad celum et sequitur Quia ad te
levavi animam meam in oratione scilicet conquirendo voluntatem
tuam psalmus Doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es
tu Et sortes mee in manu tua sunt Super quo verbo dicit
Cass. Cum Christo rogat propheta dominum ut ei viam salutis ostendat
et sic per notam faciat ne de eius corde alius recedat Sep-
timum est omnium operum nostrorum totiusque vite nostre in deum refusio
ut scilicet homo nichil boni de tota vita sibi ipsi ascribat vel
attribuat sed totum in deum fontem gratiarum refundat iuxta illud
apostoli 2 Cor. 3o Fiduciam habemus ad deum quod simus sufficientes
aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra
ex deo est Et hoc signatum est in manuum elevatione quando do-
minus elevatis manibus ascendit quasi omnia que in mundo gessit re-
fert ad patrem quasi dicens illud psalmus Elevatio ad celum manuum mearum
et cetera [illegible] Octavum est proximorum deo com-
mendatio ut scilicet homo discessurus non tantum se sed et
proximos in caritate et coniunctos deo commendet vel includat oret
Et hoc satagens pergens ad celum quod signatur in eo quod dominus ac-
cum ascenderet benedixit discipulis suis per hoc instruens
nos quod omnes [illegible] subditos nostros et
nos 1 Thess. quod quoniam [illegible] deo commendare debemus
alios nobis spirituali gratia iunctos deo commendare debemus antequam mo-
Sicut fecit ysaac qui benedixit filio suo Jacob antequam mo-
reretur Gen. 27 Sicut etiam fecit Johannes evangelista qui
tum sitiens ait de hoc mundo non solum se sed et omnes deo
commendavit Nam facta fovea eo ipse descendisset in eam
Et expandens manus suas ad deum
reddituram animam deo
dixit Invitatus ad convivium tuum domine venio gratias agens tibi
Et propterea commendo tibi domine filios tuos quos tibi creatura tua
virgo et vera mater pagina et spiritu suo regenerant invitatus
sic hodie dominus et magister suus Christus qui ascendens discipulis
suis benedixit Ephes. 1o Benedixit nos in omni benedictione
spirituali in celestibus in Christo ihesu domino nostro cuius benedictionis

nos participes faciat qui est benedictus in secula seculorum Amen

Assumptus est in altum et sedet a dextris Altissimi in ecclesiastico ubi supra. Habitus preambulus mentalis ascensionis anime fidelis restat nunc videre de modo et forma quo vel qua huiusmodi ascensio in mente fideli rite peragatur. Et hic modus et forma attenditur quo ad duo. Primum est spiritus racionalis super seipsum gratuita sublevacio que notatur in eo quod dicitur Assumptus est in celum. Secundum ipsius spiritus sublevati quodammodo deificacio quod notatur in eo quod addit sedet a dextris dei. Circa primum ad primum sciendum quod spiritus racionalis sublevacio fit tribus modis. Primo sublevatur spiritus ad contemplacionem vel divinorum secretorum revelacionem. Secundo ad divini amoris internam delectacionem. Tercio ad sui ipsius excessivam alienacionem. De primo intelligi potest illud Deutro. 32 Expandit alas suas et assumpsit eum. Quod verbum exponit Richardus 4o de contemplacione ad propositum sic dicens super metas intelligencie sue anima contemplativa tunc ascendit quando divina dignacio archanorum suorum manifestacione vel quasi alarum suarum expansione vel sublevacione in illud supereminentis speculacionis fastigium attollit quo nulla industria sua ire posset. Et quia nullus propriis viribus in arce huius contemplacionis se tenere posset nisi divinitus sustentaretur ideo additur atque portavit in humeris suis. Et secundum simpliciter ad fastigium contemplacionis vel divine revelacionis nemo potest ascendere nisi divinitus assumatur. Potest tamen mens devota ad hoc se preparare meditacionibus disponere. Cum enim anima devota ad hoc se preparat meditacionibus disposuerit de divino admiracione pertinentibus investigande veritatis studio vehementer insistit nonnunquam illa ad tantum ex ipsa industria non sufficiat nisi divina suppeditante revelacione cognoscit. Exemplum in regina austri que Salomonem in questionibus primo pulsavit et proscrutavit quia desiderabat ab eo accepit ita quod non habebat ultra spiritum in plus videlicet interrogandi. 3 Regum 10. Unde de tali anima sit ad contemplacionem tendente exponi potest illud Cant. 6 Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens progreditur utique non ascendit in altum contemplacionis quia nemo in principio repente ascendit in altum contemplacionis sed progreditur paulatim passibus meditacionis et oracionis et sic consurgit ad culmen contemplacionis quia aurora luce adhuc imperfecto donec oriente sole restat

ad proprium diem clare visionis. Secundus modus sublevacionis mentalis
talis est ad devocionis intime supernam delectacionem. Unde in contemplacione
divinus amor vehementer accenditur et cum ingenti delectacione
animam perfundit. Delectacio enim sequitur apprehensionem. Et quanto apprehen-
sio in contemplacione est limpidior supra humanam mentem ele-
vator tanto delectabilior consequens est amor. De hoc sublevacionis
modo potest exponi illud Cant. 3°. Que est ista que ascendit per deser-
tum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris. Per desertum
intelligitur anima sibi ipsi derelicta. Per fumum intelligitur desiderium
mentis exaltatum igne accensum. Fumus enim semper surgit ab igne.
Anima autem contemplativa est fumus cum superna ascendit quando divino
amore fervente et ad illud suum desiderium figente semetipsam
desertus super seipsam rapit. Et iste modus sublevacionis qui ex
accensione amoris et intencione propria faciente gratia surgit secundum
Richardum maior et delectabilior est illo qui ex sola revelacione
vel divina inspiracione surgit. Quia fit sola fervente desi-
derii excitacione vi amoris divini cum conflagracione omnium
virtutum donorum beatitudinum et fructuum in anima ex caritate. Et hoc
intelligitur in eo quod subditur. Ex aromatibus mirre et thuris
et universi pulveris pigmentarii. Et inde est quod modus iste suble-
vacionis ingentem facit delectacionem animarum. Et hoc est quod dicit
Gregorius super Ezech. In contemplativa vita amabilis dulcedo est que
super seipsam animam rapit celestia aperit et spiritualia mentis
oculis patefacit. Ad hoc hortatur Ps. 33. Gustate et videte quoniam
suavis est dominus beatus vir qui sperat in eo. Gustate in quantum per de-
lectacionem et videte per contemplacionem. Hanc delectacionem expertus fuit
Ps. cum dicebat. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine.
Et bene magna quia ut dicit Bernardus super Cant. sermone 26.
Nescio an vel ipsam gehennam experiri horribilibus penalibus ve-
reatur quam post spiritualis studii huius gustatam semel suavita-
tem redire denuo ad molestias carnis. Et est sensus. Es
ist der grausamste schmertz lichen von der jungen oberluch-
tigen selen zu smecken gotlichen susskait und zu keri-
ne wider zu der unbehaglichkeit des lichnams. Tercius modus
est sui ipsius extatica alienacio. Hic modus bene sequitur hos pre-
cedentes. Quia ut dicit Rich. ubi supra. Cum anima interne sua-
vitatis habundancia potata vino plene debriata quid sit
ipsa fuit penitus obliviscatur et in alienacionis excessum torpen-
dum sine nimia iocunditate traducatur in supermundanum quendam
affectum sub quodam mire felicitatis statu raptim transformatur.
De hoc modo exponi potest illud Cant. 8. Que est ista que ascendit.

de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum. Ricardus ubi supra
dicit: Sic quasi de deserto ascendit, que super semetipsam mentis
alienacione transit. Quid semetipsam, immo desertus et adsunt
ipsum perfusens solis divinis se totum per contemplacionem et devo-
tionem ingerit. Sed huius ascensionis causa que merito annectitur
in eo quod ipsa ascendit deliciis affluens describitur. Quid
est deliciis affluens nisi spiritualium gaudiorum plenitudine ha-
bundare. Quid inquam est hoc deliciarum affluencia nisi vere
et interne suavitatis habundancia. Ex quo quandoque fit ut mens
plerumque a se ipsa deficiat et in supermundanum quendam transeat
affectum tota supra semetipsam exit. Videmus de animalibus que in suis
lusibus solent saltus quosdam dare et sua corpora quantulumque
sursum in aerem suspendere. Similiter et pisces dum in aquis
ludunt super aquas exsiliunt et valis sue habitacionis terminos
excedunt dum se ipsos quemadmodum super aquas extendunt. Sic anima
sancta dum intus quadam tripudii sui applausu a semetipsa excu-
titur dum supra se ipsam per mentis alienacionem figitur ulteriores possi-
bilitatis terminos supergressa videtur. Unde in psalmo: Montes ex-
ultaverunt ut arietes, adapta ad propositum. Et qui has delici-
as et tales ascensiones nobis in hac vita continuare non possumus
Sequitur: innixa super dilectum gloriosa cum sustentacione dilecti
perfice possumus. Quantum ad secundum quod cum anima contemplativa
triplici modo sublevacionis per excessum in celum contemplacionis fuit
assumpta extunc in divinam assimilacionem deiformiter, id est in deum trans-
formatur et quodammodo deificatur, ut dicit Damascenus: Hoc modo filius
dei factus est homo ut homines deos faceret. Unde eciam homines
illos ad quos sermo dei factus est scriptura appellat deos ut dicitur
Joh. 10. Ubi primus versus ad et quia ad istos sermo de quibus hic
loquimur sepe fit sermo dei in divinis revelacionibus. Et ideo
ipsi dii appellari possunt. Sed secundum quod sanctus Elomi ibi Joh.
10 dubius modo dicitur deus natura ad opinionem ut dicitur
in psalmo: Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. Illi autem sunt
de quibus hic loquimur sunt adopcione. De quolibet horum per
ascensionem intellectualem dici potest quod sedet ad dextram dei. Ubi
notandum quod quidam dicunt sedere ad dextram dei quod appetit
contemplativis quorum sedere ad dexteram, id est ad digniorem partem.
Unde de Maria Magdalena dicitur quod sedit et meliorem
partem elegit. Alii autem dicunt stare ut activi quorum non est
sedere sed stare ministrare dei. Unde de Martha dicitur quod stetit
et ait: Domine non est tibi cure quod soror mea reliquid me
solam ministrare. Et hii ministrare omnia ad pedes quidem bona

Et inquieta et minus gloriosam utraque enim pro tam dextera quam
sinistra modo bona est Unde mater filiorum zebedei petiuit
eidem ut unus filiorum sederet ad dexteram et alius ad sinistram
dextera tamen aliquam prerogativam importat ut dictum est in pro
stillando Et hec dextera dei conuenit spiritibus talibus ut dic
tum est in sublevat ad contemplacionis delectationem propter quod dicitur
in psalmo delectationes in dextera tua usque in finem/ De istis spiritualibus
sic anima ad deum elevatur et in deum transformatur ac perfecte
deificatur/ dicit Bernardus in libro de diligendo deum/ O amor
sanctus et castus o dulcis et suauis affectio o tam purior et
defecatior quo mea de ipso nichil ad immixtum relinquitur
eo suauior et dulcior quo totum divinum est quod sentitur
Sic autem affici est deificari Et subdit Felix igitur anima
qui meruit ad tantum pertingere gradum ut fons est cum ipsa
tamquam vas perditum et totus pergat in deum atque adherens deo
unus spiritus cum deo fiat Et dicat Defecit cor meum et
caro mea deus cordis mei et pars mea in eternum/ De istis
felicibus spiritibus in hac vita ad tantum perfectionis fastigium
sublevatis/ verificatur illud ps. Ascensiones in corde
suo disposuit in valle lacrimarum in loco quem posuit/
Et cum benedictionem dabit legislator Ibunt de virtute in
virtutem videbitur deus deorum in syon Quod nobis presta
re dignetur dei filius Amen

Cum venerit paraclitus quem ego mitto vobis a patre Joh. 31°
xv. Sicut in dominica proxima futura dicetur scilicet penthecostes et
in evangelio illo recolitur spiritus sancti missio tunc apostolis ac
tualiter facta sit hodie in evangelio eiusdem recolitur promissio
de ipso mittendo facta cum quadam notificatione spiritus sancti/
respectu illorum a quibus est/ et respectu illorum qui ubi ipso
sunt promissio quidem patet ex eo quod dicit Cum ego mit
tam vobis Promissio vero meo quod dicitur qui a patre procedit
Est autem eterna processio spiritus sancti que in verbis propositis in
nuitur/ Una est eternalis/ alia temporalis/ In prima certa fidem
instruimur/ In secunda bona mores edificamur/ Ad primam
faciunt verba hec Cum ego mitto vobis a patre spiritum
veritatis qui a patre procedit/ Ad secundam faciunt hec verba pa
riter spiritus veritatis ille testimonium perhibebit de me/ Circa
ad primum scilicet de processione spiritus sancti eternali est sciendum
quod fides hec instruit in hoc quod due persone nominantur hic
exprimuntur scilicet pater et spiritus sanctus filius vero in persona lo
quentis etc. Et filius conclacionis intelligitur sicut intelligi

datur quia ex sanctorum patris simul et filii emittitur in eo quod dicitur
quem ego mittam vobis a patre. Ex quo sequitur patrem spiritum sanctum
procedere ab utroque ut in postillando dictum est. Qualiter autem
ista ineffabilis est processio ab eternis fuit. Qualiter filius
a patre solo et spiritus sanctus a patre et filio eternaliter emanaverunt
nunc animo intellectu regulato perfecte capi potest nec per quemquam modo
dicendo apprehendi de divinis et tutissime tendentibus plus delectat
mentem racionalem quam multa de aliis rebus sensibilibus co
gnoscere nota / maxime tamen quia istud idem eternum in ca
pitulo de sancta trinitate. Ideo de isto modo ineffabili emanacionis
divinarum personarum aliqua oportet notare. Est igitur sciendum
quod pater in divinis per fecunditatem virtutis generative se totum trans
fundit in filium communicando sibi omnem potenciam et omnem sa
pienciam et omnem perfectionem coequalem quam ipse pater naturaliter possi
det / et ibi in lumine suo intellectuali ex cognicione personali sui
ipsius concipit verbum eternum quod est similitudo expressiva
de patre. Et hoc modo generat filium sibi per omnia coequalem
Et ulterius idem pater et filius et filius per fecunditatem spiritu
alem et se transfundunt in spiritum sanctum et pacto unde communem
et simplicem amorem mutuum producunt personam spiritus sancti. Propter
quod et ipse spiritus sanctus recte dicitur amor et nexus patris et
filii quo se invicem personaliter diligunt et omnem creaturam
ingenti bonitate perfundunt. Ut dicit Hilarius in libro suo de
trinitate. In hac autem emanacione pater et filius simpliciter
unici transfundunt in spiritum sanctum omnem nobilitatem et omnem
plenitudinem sue naturalis perfectionis. Quia quicquid nobilitatis
quicquid perfectionis quicquid fecunditatis coequalis perfectionis pr
pater sub esse innascibili et filius sub esse intellectuali
hoc totum transfundunt in spiritum sanctum sub esse diligibili. Et
amoris mutui utriusque. Cum itaque spiritus sanctus sit amor quo
pater amat filium et filius patrem sicut omnes concedunt
/ amor autem procedit ab amante ut per se notum est. Ideo oportet
dicere spiritum sanctum non solum a patre sed eciam a filio procedere. Sed
dicet aliquis. Cum pater omnem fecunditatem divine ema
nacionis habeat ex se et a se alias oportet quod aliquid fecunditatis
caruisset ex productione filii. quod non est verum. Quia ergo
non potest producere spiritum sanctum solus sine filio. Sicut solus ge
nerat filium sine spiritu sancto. Ad quod dicendum quod licet pater ple
nam fecunditatem habeat a se ipso non tamen producere potest spiritum
sanctum sine filio. Non quod virtus spirativa plenior et perfectius
sit in patre et in filio quam in ipso patre solo sed potius innuitur
ex eo quod pater solus non habet virtutem spirativam sub eo respectu
et sub eo modo quo propriam solus posset actum spirandi

elicere sine filio. Et patet ex hoc quod virtus spirativa est fecunditas
divine voluntatis non quantumcumque modo se habet ut est mutua patris
et filii. Et licet in solo patre sit adeo plena et perfecta fecun-
ditas divine voluntatis sicut in patre et filio non tamen est in so-
lo patre ut mutua. Sed sit solum in patre est simul et filio. Ra-
tione mutua est quod voluntas sit in filio ut sibi communica-
ta a patre. Propter hoc solus pater non potest producere spiritum sanctum sine fi-
lio quia solus pater non habet virtutem spirativam sub eo respectu quo per eam
possit elicere actum spirationis active sine filio. Ex hac itaque
ineffabili divinarum personarum emanatione eliciuntur nobis
tres veritates theologice. Ex quarum diligenti consideratione mens de-
vota consequitur tres fructus nobiles. Prima veritas est quod ex huiusmodi
emanatione relucet nobis medium sine medio. Quod sic est videre.
Nam certum est quod spiritus sanctus emanat a filio mediate a patre autem
emanat immediate. Unde filius dicitur esse media in trinitate
persona. Quod constat esse verissimum si attingatur immediatio et
mediatio respectu personarum. Si vero immediatio et mediatio at-
tingatur respectu virtutis spirative tunc certum est quod spiritus sanctus pro-
cedit immediate a patre quia pater fecunditate spirativa virtutis
sed immediate a se ipso et filius habet eam a patre et ideo oportet quod re-
spectu virtutis spirative spiritus sanctus procedat a patre immediate a
filio mediate. Propter quod benedictum est quod ex ista emanatione relucet
nobis medium sine medio. Ex huius veritatis consideratione mens
devota hunc fructum nobilem consequitur quod nulla creatura potest
mediare inter deum et animam. Nam ex profunda meditatione
huius emanationis mens devota tanto ardore caritatis
inflammatur quod nichil aliud cogitare vel dicere novit nisi
tantum de dilecto. Dicit enim sponsa in Cant. Cap. 1°. Ego dilecto
meo et dilectus meus michi. q.d. Ex ardore nimio ca-
ritatis tanto desiderio estuo quod nichil michi sapit nisi loqui
et cogitare de dilecto. Tali amore inflammatum cor beati Au-
gustini cum dicebat: Nichil iam dulce reputo nisi de te loqui
de te meditari et tibi soli totis meis praecordiis inherere.
Hunc fructum carpserat apostolus cum dicebat Rom. 8. Certus
sum quia neque mors neque vita neque angeli neque crea-
tura aliqua poterit nos separare a caritate que est in Christo Ihesu
domino nostro. Secunda veritas est quelibet personarum se cognoscit
proprie et distincte sub eius personalitate propria et distincta pro-
pria. Pater se cognoscit patrem et paternaliter i. sub eius per-
sonali proprietate. Filius se cognoscit filium et filialiter i.
sub eius proprietate filiali. Spiritus sanctus se cognoscit amorem
processivum et processibiliter i. sub eius proprietate processibili. Et

quia actꝰ psupponit esse Et ut etia mod9 agendi psuppo
nit mod9 essendi Ideo sub ista subsistencia psonali patri et
filio cōpetit spiracio distīctiua et psonalis s. q̄ qua pdu
cūt spūm sctm̄ et amorē psonalit subsistentē ut cō
nexōn quodam amorꝰ inseparabilit cōnectentē ppt q̄ eciā
patr et filius amore quodā essentiali vna cū spū sctō
amat oīa que st̄ et caritatis mouet vnite et indiui
se ad corpꝰ ppas opacōnes Juxta illud ysa. 26 Omnia op
ura opatꝰ es ī nobis dn̄e Ex hmōi etiā vitatꝰ cōsidera
cōne mes deuota carpit sut fructū molem. q̄ tanta lu
ce diuine claritatis mes pfundit. q̄ sibi pandunt ar
chana queda diui mentꝰ vol in lumē nal inscrutabi
lia Ex quo quide lume tam de se ipso quā de alijs diuibus
alijs rebus diuinū bn̄eplacitū cōtuid ei cōueniit reco
gnoscit ita ut veracit possit dicē illud q̄ scribit Cap. a
Tu dixisti michi cor que st̄ sciam veram Et istud est
illud familiare colloquium q̄ deus frequentat cū qua aīa
deuota de quo pollicatꝰ dicit Osee 2o Ducā ea ī solitudine
i. sum mundanarꝰ rerꝰ pfectam abdicacōm et ibi loquar ad
cor eius Et istud colloquium est ita suaue menti deuote
q̄ ꝯomde oms amaritudo penitentie sibi ī dulcedine v
tit. ita q̄ sicut dicit Bnardꝰ de labore requie. de tribu
lacōe leticiā. et de gemitibus sibi gliam reputat venl
sicut fructum carpnerat sponsa Can. 5 Cū dicat Anima mea
liquefca est ut dilectus locutꝰ. Tales fuūt apli de quibus
dicit Act 2o q̄ ibant gaudentes acōspectu ꝯcilij etc
Tercia ratio est q̄ ī diuina psonarꝰ emanacōe stat lumē in
lumē spūs in spū. s. no ymago ī ymagine Et hec in emana
cōe spūs sci. In emanacōne eni vbi eternū stat lux ī lumē
et spūs in spū et ymago ī ymagine Quod pz phor q̄
vbum eternū est queda ymago intellectualis sic con
cipit. ī intellectū primo ex pfecta cognicōe sui ipius
Et ideo ex mō suo pducendi sibi cōpetit racio ymaginis
ppt q̄ dicit Apls Qui est ymago dei inuisibilis et
figura substancie eius Colo. 1o Quia ipm̄ patrem et
omnes creaturas pfectissime reputat. ppt q̄ est etiā sple
dor patris glie et figura patris sbe ut scribit Hebre. 1
Sz spūs scūs no pt dici ymago patrꝰ et filij Quia nō
pcedit pmodū formalis ī pssionis amorꝰ psonalis
Et ideo spūs sctūs no dicit. ymago s. pocius dicit. ne
xus uel amplexus amorꝰ patrem et filium ī separabilit

comittens. Ex huius erga trinitatem meditatione mens devota
capit hunc fructum videlicet quod tam flagranti desiderio in deum
rapitur et tanto amoris vinculo sibi unitur quod nichil
aliud desiderat nisi quod in omnibus suis dictis et factis
et caritatis divino bene beneplacito conformet. Et nimi-
um cum unus spiritus et unius voluntatis cum deo mens talis
constat dicente apostolo Cor. vi. Qui adheret deo unus spiritus est cum
eo. Et benedictus spiritus qui cum eo unius spiritus et unius cor-
dis et unius voluntatis efficitur, quia nichil agit nichil appetit
pro arbitrio proprio sed in omnibus conformat se divino beneplacito.
Et in hac felici meditatione anima ymago dei creata in yma-
ginem dei increatam transformatur iuxta illud apostoli 2 Cor. 3:
Nos revelata facie gloriam dei speculantes in eandem yma-
ginem transformamur a claritate in claritatem. Et hoc fit de
unitate illius spiritus increati cum eo quo spiritus in unus
spiritus efficitur. Unde subdit: Tamquam a domini spiritu. Nam licet
spiritus sanctus verum non sit ymaginis expressione sua alicuius,
ipse tamen spiratione sua qua una cum patre et verbo spirat ad
extra sunt vel divisa unit sibi spiritum nostrum formando ipsum
sibi. Et sic efficit ymaginem increatam quodammodo transformando
ymaginem increatam, creata de ymagine in creata. Et talis
mens que sic per flagrans desiderium deo unit ymo in deum
transformatur ut sic dicat cum propheta: Mihi autem adherere deo
bonum est. Quod nobis concedat qui vivit in trinitate perfecta
unus deus. Amen.

Cum venit paraclitus spiritus veritatis super Iohannem xv. De spiritus sancti pro-
cessione eternali dictum est. Nunc videamus de eius processi-
one temporali. Circa quod primo sciendum quod ista temporalis processio spiritus
sancti que dicitur processio vel missio vel donatio fit duobus
modis. Uno modo visibiliter sicut in die penthecostes in lin-
guis igneis et in sono, in baptismo vero in specie columbe
et post resurrectionem in flatu. Alio modo fit invisibiliter sicut da-
tur cottidie illabendo mentibus fidelium. De missione visibili
dicit locus iste in die penthecostes. Quia tunc de celis
visibili missione tali futura promissio facta est in ewangelio
hodierno in eo quod dicit: Quem ego mittam vobis a pa-
tre. Istud ewangelium hodie legitur duplici ratione. Prima quia in
missio spiritus sancti in discipulos super glo. in sequenti dominica
recolitur ut [illegible] promissio illius mis-
sionis hodie recolitur ut futura. Secunda quia invisibilis
missio spiritus sancti que cottidie fit a fidelibus expectatur.

secunda specialiter in hoc festo qua dabitur cunctis fidelibus
ad hoc debite pater licet aliter et aliter. Unicuique enim datur
manifestacio spiritus ad utilitatem. j. Cor. 12. Expressio illa
secunda unicuique fidelibus pertinuit: cuius ad eam se studeat
attemperans preparare. Qualiter autem quisque fidelium ad sus-
cepcionem se preparare debeat colligi potest ex tribus nominibus pre-
claris que spiritui sancto in verbis propositis imponuntur. Dicitur enim
paraclitus et spiritus veritatis et testificator. Et quicunque istos
tres pro se habet in iudicio obtinebit utique in causa sua scilicet
advocatum bonum, doctorem bonum verum et testem ydoneum
coram iudice precioso. In hiis igitur tribus modis notatur triplex
effectus quem habet spiritus sanctus in hiis ad quos mittitur. Primus
est merencium consolacio per quo convenit sibi hoc nomen paracli-
tus. 2us est ignorancium informacio per quo convenit ei hoc
nomen testificator per quo dicitur: Ille testimonium perhibebit
de me. Et alibi: Ille me clarificabit. Primo igitur spiritus
sanctus vocatur sive appellatur paraclitus quod idem est quod advo-
catus vel consolator quod eundem effectum importat. Est enim
advocatus noster. Et enim ipse spiritus sanctus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus Rom. 8. Quod est intelli-
gendum secundum Augustinum: Non quippe spiritus sanctus angustiatur et ge-
mit, sed quia gemere nos facit in superando nobis congemi-
nat affectum et sic quasi ipso movente nos facimus ipse facere dicitur
sicut dies dicitur leta quando homines efficit letos secundum
glosam. Itaque advocatus noster spiritus sanctus apud patrem est
in corde patris substancialiter sed est in cordibus nostris actu-
aliter: postulat ergo pro nobis in patre et postulat pro
nobis in nobis, sed aliter et aliter. In nobis postulat
quando affectum postulandi nobis inspirat; sed in patre po-
stulat quando hoc quod postulamus ipse idem donat. Et hunc
sensum posuit Bernardus in sermone de pen. pertractans istud
verbum apostoli: Ipse enim idem spiritus sanctus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus. Et hoc in corde nostro. Sed
quid in corde patris facit? Sicut in nobis interpellat pro nobis,
ita in patre delicta condonat cum ipso patre. Advocatus noster
in cordibus nostris ad patrem dicitur ut in corde patris. Itaque
quod postulamus ipse donat qui donat ut postulemus. Et
sicut nos erigit per gratiam quandam fiduciam, sic deum inclinat
ad nos miseracione pia anima sua, hoc Bernardus. Et sic patet quod
spiritus sanctus advocatus noster est pro nobis pie postulando

spiritus veritatis. 3o. Est infirmorum in fide solidacio per quo convenit ei hoc nomen testificator

co[m]mu[n]is quo dat[ur] est. Et est nichilominus consolator inter deum ad
nos intercedit inclinando. Secundo quod est aliud dedicta pro sic ad
vocatus iste est spiritus sanctus in corde nostro iniquitatem ponit
iure divina iusticia ut incutiat timorem. Et econtra parte p
ponit ipsum iure culpa[m] propriam ut incutiat ad dolorem. Sed iste
advocatus etiam consolator est. Quia numquam dimittit animam
desolatam ita ut terreat rigore divine iusticie proponit
iure divina miam ut erigat eam ad spem. Et ut terreat
dolore culpe proprie apponit graciam et sic in anima relinquid
pacem et gaudium. Et hec sunt iiij.or affectiones quas in
fundit spiritus sanctus propter quod vocatur paraclitus i. advocatus bonus
advocatus qui tam strenue pro parte sua postulat. rigorem iudicis
mitigat. cavillationes partis adverse scilicet dyaboli annichilat et
consufflat. qui causam perditam reparat et reformat. Talis est iste
prudentissimus iste advocatus ut deprecatur quae nobis est advocaz
tum invocandus. dicendo Veni sancte spiritus. Vocatur etiam conso
lator. Unde de persona spiritus sancti dicitur per illud ysa. 61.o Spiritus
sit me dominus. scilicet pater et filius ut consolarer omnes lugen
tes. Omnes autem lugentes sunt in triplici gradu. Secundum triplicem statum
fidelium. Omnes autem fideles cuiuscumque status semper lugent
et contristantur. quia diu vivunt in hoc seculo unde eis dicitur
illud Joh. 16 Mundus autem gaudebit vos vero contristabimini
Quapropter incipientes autem hic lugent et contristantur de peccatis que pro
miserunt 2 Cor. 7 quae enim secundum deum tristicia est penitenciam
in salutem stabilem operatur unde Glosa. Dum peccator tristis est
quia peccavit. dum dolet quod fecit quod deus odit. Tal
tristicia est in vita eterna. Hos consolatur spiritus sanctus ipsos
purgando et compunctione cordis infundendo Unde ipse dicit
Act. 1.o Johannes quidem baptizavit aqua vos autem baptizabimini
spiritu sancto non post multos hos dies i. purgabimini vel abluimini
spiritu sancto. Ita per penitenciam sunt peccatorum sordes ablute 2.a Cor. 6.o
Sed abluti estis sed sanctificati estis in nomine domini et spiritus dei.
Proficientes autem hic lugent et contristantur. quia in propter
infirmitatem carnis non tam bona operari possunt quam
libenter vellent operari. Rom. 7 Velle adiacet michi perficere autem
non valeo. Unde Augustinus in soliloquio. Quod magis parum posse
credidi minus semper potui dicebam enim hoc faciam illud
faciam nec perficiam fiebat quia perfectionem hoc / nec illud. Aderat
voluntas sed deerat facultas. Mt. 26 Spiritus quidem promptus
est caro autem infirma. Hos consolatur spiritus sanctus ipsis auxi
lium et robur prestando unde ysa. 22 Noli timere quia tecum

Jacob. effundam super te spiritum sanctum. Jacob luctator in spiritu et si-
gnat illos qui contra carnem luctantur quod maxime pertinet ad
perficientes. Unde Jacob sunt illi qui contra vicia hoc imitantur et
istis promittitur spiritus sanctus ut in luctu roborentur. Rom. 8
Spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Nam ipse spiritus sanctus ad
bonum operandum instruit et fortificat ad perficiendum. Rom. 8 ut
abundetis in spe et virtute spiritus sancti glosa id est fortitudine boni
pfecti operationis quam dat. Per spiritum sanctum perfecti etiam hic lugent et
contristantur. Secunda causa quia eorum exilium prolongatur. Unde in
ps. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est. Habitavi cum habitan-
tibus Cedar. Et alibi. Quando veniam et apparebo ante faciem
dei. Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte dum
dicitur michi cottidie ubi est deus tuus. Quamdiu dicitur michi ex-
pecta expecta. Expecta expecta. Et nunc que est expecta-
tio mea. Unde lugebat Aug. 9 sic dicens. heu heu quamdiu
dicetur michi ubi est deus tuus. Quamdiu dicetur michi expecta
expecta. Quando non modo quando non statim amplector te
gaudium meum et unica salus anime mee. Aliter etiam lugent
et contristantur perfecti et contemplativi quando scilicet eis contemplatio
divina subtrahitur et tunc semper lugent donec redeant in
idipsum sicut et apostoli contristabantur de subtractione presentie domini
corporali ut habetur Johannis 16. Hos etiam consolatur spiritus sanctus et
hoc explicatur primo nos in virtutibus et bonis operibus confirma-
4o do Rom. Tribulatio patientiam operatur patientia vero spem. spes autem
non confundit. Secunda caritas dei diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ps. Spiritu principali confirma
me. Secundo consolatur eos vitam eorum eternam ipsorum esse testi-
ficando Rom. 8 Ipse enim spiritus reddit testimonium quod sumus
filii dei. Si autem filii et heredes. Et quia de hoc per spiritum sanctum
certificantur ideo presentia parum attendunt et futura
vita magis longanimiter expectant. Tercio consolatur celestes
delectationes eis immittendo et ad celestia corda eorum
elevando Eze. ii. Elevavit me spiritus et introduxit
me ad portam domus domini. Unde et frequenter ita per consola-
tiones letificantur anime eorum quod nichil sentiunt de inferioribus
nec sciunt aliquid ubi sit corpus sicut paulus cum in paradi-
sum raptus fuisset per delectatione nimia nescivit utrum
in corpore vel extra corpus esset. Omnes itaque fideles vel
perfecti quocumque statu lugent per spiritum sanctum consolantur. Unde ait
Christus. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur etc.
Spiritum veritatis ille testimonium perhibebit de me ubi supra.
Viso de primo effectu spiritus sancti scilicet electorum consolatione

Unde ei competit hoc nomen paraclitus. Sequitur. Vide decimus 2°
effectus scilicet ignorancium instructiue. Unde ei conuenit hoc nomen
spiritus veritatis. Bene autem dicitur spiritus veritatis quia inspirat a
fidelibus omnem veritatem necessariam scilicet ad salutem. Joh. 16 Cum
autem venit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Scien-
dum autem quod triplex est veritas quam docet spiritus sanctus scilicet veritas iu-
sticie qua credimus, veritas doctrine qua loquimur et veritas
vite qua facimus. Veritas prima qua credimus est ipse deus.
Joh. 14 Ego sum via veritas et vita. Vere veritas quia falli
non potest. Ps. Fidelis dominus in omnibus verbis suis et sanctus in omnibus
operibus suis. Hanc veritatem qualiter accedere debeamus nos igno-
rantes nisi per spiritum sanctum doceamur. Unde Joh. 16 Ille me clarifica-
bit quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Et ista potest
dici veritas iusticie primo et ipsa iusticia quam veritas de terra orta
est i. Christus de virgine. tunc simul iusticia que deus est de cel-
o prospexit. Hanc veritatem illi non agnoscunt qui Christum non con-
fitentur. Sicut iudei pagani et mali christiani qui si ore confi-
tentur Christum factis tamen eum negant Joh. 8 In veritate non stet-
it quia veritas in eo non est. Talis fuit pilatus qui veritate stante
coram eo non curauit eam agnoscere sed proripuit in questionem
quid est veritas. Cuius questionis solucionem non fuit dignus
audire. Hanc veritatem iusticie suggerit spiritus sanctus aure cordis
cuius inspirat. Apposita iusticia i. sensibus bonis. Secunda in spiritu
cum scrutat sophia ad dictabat, meditabar in iustificacionibus
tuis semper. Alia veritas est qua loquimur que consistit in adequ-
acione sermonis ad intellectum. Ut sicut sentimus corde ex-
faciamus ore. Unde Mt. 7° Sit sermo vester est est non non
Et Zachar. 8 Loquimini unusquisque veritatem cum proximo suo.
Hanc veritatem maxime esse oportet in docendo. Unde dicitur
veritas doctrine quam doctores habere non possunt nisi infundatur a
spiritu sancto. Unde doctoribus ecclesie conuenit illud quod dicit dominus Mt.
10 Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis. Et ideo fuit quod sancti viri loquebantur et locuti
veritatem sane et fideliter. Sed in beato Stephano et aliis sunt
spiritus veritatis, quibus sunt spiritus veritatis non sunt heretici qui fal-
sum proponunt doctrinam sicut de quibusdam dicit apostolus 1 Thy-
mo. 4 Attendunt spiritibus erroris et doctrinis demoniorum.
Isti sunt non sunt ypocrite falsitatem simulantes Sap. 1° Spiritus
sanctus discipline effugiet fictum. Sicut etiam apostolus ubi pro-
loquitur de quibusdam docentibus ypocrisim et loquentibus men-
dacium qui cauterizatam habent consciam. Iste non habent omnem ve-
ritatem mundi spectantes Joh. 14 Quem mundus non potest accipe-

qua non vult cum nec scit cum Tercia virtus est qua fa
cimus que est virtus vite que consistit in vite sanctitate et operum
bonositate Joh 8 Qui facit veritatem venit ad lucem Ad hoc
hortatur Johannes in epistola sua 1a Jo 3o Filioli non diligamus verbo ne
que lingua sed opere et veritate Hanc eciam virtutem hec non pos
sumus nisi spiritu sancto docente Cuius unccio docet de omnibus Jo
2o Que alias facere esset laboriosum et difficile docen
te spiritu sancto redditur iocundosum Et finaliter has tres virtu
tes innuere videtur Bernardus in sermone de penthecoste sic di
cens Porro ad faciendum bonum quid in nobis spiritus sanctus operatur
profecto monet docet et movet Monet memoriam docet
racionem movet voluntatem In hiis enim tribus tota consistit ani
ma Memorie suggerit bona in cogitacionibus sanctis atque ita
ignoranciam nostram torporemque repellit Propterea quociens huiusmodi
suggestionem boni senseris in corde tuo Da honorem deo et
reverenciam spiritui sancto cuius vox sonat in auribus tuis Ipse
namque est qui loquitur iusticiam Hec quantum ad primam virtutem
scilicet iusticiam Et subdit Docet eciam racionem Multi siquidem mo
nentur et benefaciunt et nunc sunt quid agendum sit
nisi assit denuo gracia spiritus et quam inspirat cogitacionem do
ceat in opus proferre ne sit vacua in nobis gracia dei Et hec
quantum ad secundam virtutem scilicet doctrine Et subdit Porro quid
scienti bonum et non facienti peccatum est illi Propterea non solum
docet et monet verum eciam movet et afficit ad bonum necesse
est Ideo utique spiritus qui adiuvat infirmitatem nostram et per
in cordibus nostris infunditur caritas que est bona voluntas
ad opus Et hec quantum ad terciam virtutem vite Sequitur inde
de tercio effectu spiritus sancti qui est in fidelium in fide solidacio
Unde et convenit hoc nomen testimonium perhibens vel testi
ficator Propter quod dicitur Ille testimonium perhibebit de me Per
hibet enim spiritus sanctus testimonium de Christo in eo quod testificatur
ea que dubia sunt racioni humane secundum naturalem viam qualia
sunt articuli fidei qui intellectum capiunt ab intellectu humana
non nisi spiritus sanctus testificaretur eis in fundendo fidem cor
cordibus fidelium Et sic testificatur per se ad quod pertinet
quod dicitur Ille testimonium perhibebit de me Testificatur
eciam eciam per apostolos suos et predicatores propter quod dicitur Et
vos testimonium perhibebitis quia ab inicio mecum estis Per hos
enim spiritus sanctus testificatur et explicat scilicet predicacione Unde
apostolus dicit Mt 10 non enim vos estis qui loquimini sed spiritus
patris vestri qui loquitur in vobis Et in miraculorum operacione
que potissime spiritui sancto attribuitur 1 Cor 12 Unicuique

datur manifestacio spiritus. Et pro omnia concludit hec autem omnia
operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult.
Item sanguinis effusione ipse enim spiritus sanctus pacientes ne
deficiant sustentat Rom 8 Ipse spiritus adiuvat infirmitatem
nostram. Ex premissis effectibus spiritus sancti colliguntur documenta
salubria qualiter quisque pro statu suo in adventu spiritus sancti se
debeat preparare. Nam ex primo effectu qui est mestorum consolacio do
cemur quod quicumque qui vult a spiritu sancto consolari debet prius lugere
et tristari quia consolacio non datur nisi contristatis. Penitentes
modo sunt incipientes debent lugere sua peccata. Hoc est preparatorium ad
adventum spiritus sancti. Anima spiritus sanctus et peccatum mortale non
possunt convenire in eadem anima. Contrarie se expellunt sicut lux
et tenebre in eodem cubiculo Sap 1o Spiritus sanctus non habitat in
corde sordido multominus in anima. Si ergo vis consolari a spiritu
sancto incipies lugere et deflere peccatum tuum pravam conversacionem
et tunc spiritus sanctus consolabitur te et confortabit te ad opera
bonorum accumulacionem. Si prius eras vel contemplativus contristare
et lugere propter degustati boni elongacionem et tunc consolabitur
te spiritus sanctus per sue dulcedinis largicionem ut possis dicere cum
sapiente O quam bonus et suavis est domine spiritus tuus Sap 12
Lugentes igitur lugentes ipsi preparant hospicium spiritui sancto et
ipse adveniens illos levat ut pater et consolatur Ysa 66
Quomodo sic blandiatur pater filio Sic ego consolabor vos. Ad
cepta autem consolacione dicat homo cum psalmista Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo consolaciones tue letificaverunt
animam meam. Ex secundo effectu qui est ignorancium instruc
cio quia est spiritus veritatis trahitur documentum quod qui vult
a spiritu sancto doctore veritatis doceri debet se sic preparare quod induat
formam discipuli. Sunt autem tria que perficiunt discipulum
primum est humiliter audire. Hoc docuit magister noster Christus qui est
magister humilitatis Mt 11o Discite a me quia mitis sum et humil
is corde. Et hoc est primum principium volencium discere ut sint
humiles. 2m est audita memorie retinere Prov 22 Appone
cor tuum ad doctrinam que pulcra erit tibi cum servaveris eam
in corde tuo. Tercium est retenta efficaciter exercere Eccli 3
Doctrinam patris filii audite et sic facite ut salvi sitis. Ergo
expectantes adventum sancti doctoris vacemus ante omnia in cor
dibus nostris fundamentum humilitatis et preparemus aures cor
dis ad audiendum instruccionem et suggestionem spiritus sancti
psalmista Audiam quid loquatur in me dominus deus quoniam loquetur pa
cem in plebem suam. Preparemus memoriam ad sui retinendum
Tren 3o Memoria memor ero et tabescet in me anima mea

operacione et voluntate et vires executivas ad omnia que spiritus
sanctus docuit cum suo adiutorio opere faciendum ut dicat psalmista
Doce me facere voluntatem tuam. Sic Aug. 10 confessionum Da quod
iubes et iube quod vis. Et alibi Ipsi domine amores meos et
omnia mea spero que misisti esse futura. Ex tercio effectu
scilicet in cordibus soliditatem trahit. Hoc innuitur quod accepturi
spiritum sanctum ipse statuere debent quod usque ad sanguinem et mor-
tem eum ad meritis spiritus sancti velud in fide veri solidi permanere.
Sic solidatus fuit paulus qui dicebat Rom. 8 Certus sum
quod neque mors neque vita neque gladius neque angelus etc.
Quod nobis prestare dignetur qui est benedictus in secula seculorum.
Si quis diligit me sermo- Joh. 14 In Pentecostes
nem meum servabit et pater meus diliget eum et ad eum
veniemus et mansionem apud eum faciemus. Qui non di-
ligit me sermones meos non servat. Et sermonem quem au-
distis non est meus sed eius qui misit me patris. Hec lo-
cutus sum vobis apud vos manens. Imperator cum sollemp-
nitate processurus vexillum signo suo proprio insignitum ante
se deferri consuevit. Sic eciam celestis imperator spiritus
sanctus cum reboat in omni mundo gloria. Hodierna die sol-
lempniter veniens in apostolos vexillum dilectionis cum signo
proprio erexit et eum corporales prelatorum sedes videlicet apostolos
gloriose investivit. Vexillum spiritus sancti signatum est dilectio
que eciam est amor patris et filii a quibus ipse primo amor
procedit. Unde ad quoscumque vadit deus hoc vexillum secum
defert. Nunquam ad aliquem venit sine dilectione et minime
sustinet nisi ad dilectionem. Ubi ergo dilectio dei ibi spiritus sanctus
ubi spiritus sanctus ibi dilectio est eterna ut dicat Greg. Ne-
mo enim quem diligere potest si eum quem diligit non habet
et eius. Signum autem proprium huius vexilli quo cognoscatur an
verum sit vexillum spiritus sancti est observacio mandatorum in genere. Ubi
autem hoc signum non reperitur ibi non est vera dilectio nec
ibi est spiritus sanctus. Et hoc est quod in presenti evangelio dominus quod
in tres partes dividitur. In prima namque parte salvator vexil-
lum spiritus sancti cum suo signo proprio erigit et extollit. In
secunda effectum investigat per spiritum vexillum apostolis collat-
um insinuat et ondit ibi paraclitus spiritus sanctus. In tercia eorum
vexillo apostolos contra hostem corroborat et premunit ibi
Iam non multa loquar vobiscum. Primo afficit in
affectum in conversacione boni. Secundo illuminat intellectum in
cognicione veri. Tercio restaurat in defectu vel debilitate

+ posset

mala. Circa secundum duo facit. Primo proponit vexillum dilectio-
nis ibi: Si quis diligit me. Circa quod considerenda sunt tria. 1
Primo que sit ista dilectio que nominatur hic vexillum spiritus 90
sancti. Utrum sit spiritus sanctus vel aliquid creatum in anima. Et
quidem de dilectione qua pater in divinis diligit filium
nulli dubium quin ille sit spiritus sanctus. Sed de dilectione
qua nos diligimus deum que sit, de hac diversimode lo-
quuntur doctores. Magister sententiarum ponit quod dilectio qua deum
diligimus sit ipse spiritus sanctus. Volt enim quod nullus habitus
caritatis in anima sit creatus ad hoc ut eliciatur actus dilectio-
nis. Sed volt quod deus operatur in nobis actus mediante
aliquo habitu scilicet mediante fide et spe. Sed mediante spe di-
lectionem aut intentionem proprie absque habitu medio operatur. Juxta illud
... libro Johannis: Deus caritas est. Et probatur per Augustinum 8 de trinitate:
... dicat deus dilectio est. Et in hac ista positione derogat ma-
gna prerogativa caritati. Sed licet ista positio subtilis sit
... bene possit probari improbari. Communiter tamen non tenetur a doc-
toribus. Sed communiter tenetur quod oportet dare aliquem habitum
medium mediante quo eliciatur dilectionis actus. Secundo
autem istorum sit verus de hoc disputare non est presentis negocii.
Sed sive immediate sine habitu secundum magistrum sive mediante habitu
supernaturaliter infuso secundum alios eliciatur actus dilectionis
ille tamen actus est quid creatum. Et hoc est vexillum illud 90
spiritus sancti de quo loquimur hic. Si quis diligit me. Di-
ligere enim dicit dilectionis actum non habitum. Secundo considerandum
est qualiter debeamus hac dilectione deum diligere. Ad hoc di-
cendum quod debemus eum diligere totaliter juxta illud Deuteronomii:
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Sed dicet aliquis:
Cum deus sit immensus et cor hominis sit parvum, quid est sua
... quomodo est possibile ei deum totum comprehendere. Ad quod dicen-
dum quod dilectio intelligitur esse medium inter diligentem
et dilectum. Quomodo ut modus totalitatis refertur ad rem di-
lectam. Et sic deus est totaliter diligendus quia totum quod ad
eum pertinet homo diligere debet. Alio modo potest intelligi ut hoc
quod est totaliter refertur ad diligentem. Et sic etiam deus tota-
liter diligi debeat. Quia ex toto posse suo debet homo diligere
... quod est et habet totum ad dei amorem ordinare. Et
hoc non est ex toto corde et ex tota anima et totis viribus
diligendum. Tertio potest intelligi secundum operationem diligentis ad rem
dilectam ut scilicet modus diligentis adequetur modo rei dilecte.
Et hoc non potest esse in dilectione nostra ad deum. Cum enim vium

quadcumque ratione diligibile sit, quia est bonum. Deus autem est
bonitas infinita, est infinite diligibilis. Nulla autem cre-
atura potest deum infinite diligere, quia omnis virtus creatu-
re naturalis sive supernaturalis finita est. Et propterea hunc ultimum
modum nulla creatura attingit, nec humana nec angelica, ut deum
dilectione comprehendat. Sed primis duobus modis sic. Tercio
considerandum cum deus totaliter diligendus sit, ut dictum est,
an possimus aliquid aliud cum eo mutuo diligere. Ad hoc
dicendum quod secundum Augustinum in primo de doctrina christiana diligenda
sunt iiii-or. Primum quod supra nos est, scilicet deus. Alterum quod
nos sumus quantum ad animam. Tercium quod iuxta nos est, scilicet
proximus. Quartum quod infra nos est, scilicet corpus nostrum. Et qui
omnia hec diligit propter deum, talis dilectio est meritoria.
Secus est si deus diligitur propter illa. Unde Augustinus 10 Confessionum:
minus te domine amat qui aliquid tecum amat quod
propter te non amat. Propter quod secundum Bernardum in libro de dili-
gendo deum quatuor sunt gradus dilectionis. Primus est cum
homo diligit se propter seipsum. Dilectio ista non est bona.
Secundus gradus cum homo propter se diligit deum. Et hec dilectio
non est meritoria, est tamen bona si finis principalis eius
et est deus. Tercius cum deus propter se diligitur quia bonus. Et
dilectio est valde bona. Quartus gradus est cum homo dili-
git se non nisi propter deum. Hec est dilectio est optima, quia
in tali dilectione nichil querit homo de suo etiam in seipso
sed solummodo que dei sunt. Felix inquid Bernardus qui me-
ruit pertingere ad istum gradum. Talis potest dicere cum propheta:
Defecit caro mea et cor meum, deus cordis mei et pars
mea. Iste talis enim pre caritate in deum transformatus egre-
gie portat vexillum spiritus sancti quasi iam unus illorum de
quibus dicit hic: Si quis diligit me sermonem meum
servabit. Ponit in quo quatuor effectus quos conse-
quimur ex dilectione dei, qui sunt certum signum ad probandum a
posteriori sive deum diligamus plene ab effectu ad causam.
Primus effectus est mandatorum dei observacio. Unde dicit: Ser-
monem meum servabit. Ipse dicit: Qui diligit affectu ser-
vandit hoc in effectu. Joh. 11°: Qui habet mandata mea et
servat ea, ille est qui diligit me. Augustinus: qui habet in memoria
et servat in vita; qui habet in sermonibus et servat in ~~operibus~~
operibus; qui habet audiendo et servat faciendo; qui habet
faciendo et servat perseverando, ipse est qui diligit me. Se-
cundus probacio dilectionis exhibicio operis. Nunquam amor

dei est ociosus operatur enim magna si est. Si vero operari renuit
amor non est. Unde Seneca in prouerbiis: Nichil est quod non tolle-
rat qui perfecte amat. Tanta est enim vis amoris quod nichil di-
ficile michi amanti nec pericula nec pene mortis. Et petrus
Rauennas dicit: Nichil durum nichil grave nichil letale compu-
tat amor verus. Quod ferrum que vulnera que pena amorem preuale-
at superare. Prefatus amor impenetrabilis lorica est, respuit
iacula, gladium excutit, periculis insultat, mortem irridet.
Si amor est vincit omnia. 2us effectus est dei ad nos dilectionis
unde dicit: Et pater meus diliget eum. Non diligit pater a-
liquem qui etiam a filio diligatur. Joh. 14 Qui diligit me diligetur a patre meo
et ego diligam eum. Diligit etiam spiritus sanctus quia amor r(?)
dei est diligens patrem et filium. Nisi enim amor diligeret a-
mantibus nequaquam vocaretur(?) sed amantibus. Unde prius amor
iste amat quam amatos amantes facit. Amor enim est spiritus
sanctus quo diligimus filium et sine quo pater et filius non diligerent.
Et nota quamvis spiritus sanctus in nobis sit causa dilectionis
ad nos in sciendo quia bene valet ista scilicet spiritum sanctum ex eo quod(?)
deus diligit. Dilectio tamen diuina est causa spiritus sancti
in nobis in essendo quod patet quia talis dilectio precedit spiritum
sanctum in nobis cum nos ab eterno dilexit cum ab eterno elegit
ad Ephe. 1o Elegit nos in ipso ante mundi constitucionem. Ad
ab eterno nos dilexit scilicet tunc spiritum sanctum misit. Vel verius
dicitur quod quidem est nos ab eterno diligi et spiritum esse in nobis
quod hoc esse spiritum sanctum sive per graciam inhabitantem videlicet deo gratum
et acceptum esse. Nec tamen est falsum quod spiritus sanctus in nobis
sit causa diuine dilectionis, id est quod deus nos diligit, cum una
licet idem sit diuinum hoc et illud, tamen unum aliud manifestat
sicut patet de aliquibus que sunt unum realiter et tamen unum per
aliud concludit. Tercius effectus est quod diuina visitacio unde
dicit Adam Bernensis(?) / yma(?) ut dicit Dyonisius: amor trans-
format amantem in amatum. Ex quo deum diligimus in ipsum
dilectionem ipse deus transformatur(?) ad eum transformamur in
passibus corporis sed affectibus mentis, ut dicit Aug. Sed
quod ex eo quod nos diligit deus non transformatur in nos sed
transformatos in se nos recipit. Et hoc est ipsius venire
ad nos unde Aug.: Veniunt inquid ad nos dum venimus
ad eos; veniunt enim subueniendo, dum venimus obediendo;
veniunt illuminando, dum venimus intuendo; veniunt implendo

dum veniens capiendo. Sic veniunt pater et filius sine spiritu
sancto. Non enim veniunt nisi amatores possessionem. Nichil est enim in-
timius amato quam amans dilecto, primo predilectum amantis intimius
est amata. Et hunc adventum divinitatis nichil potest hic
tenere nisi sola dei dilectio que veram mentis capacitatem effi-
cit ut possit suscipere divinitatis presenciam. Admiratione eciam dig-
na dubitatur hic de duobus. Primo quo deus ad nos veni-
at, quia dicit Ad eum veniemus. Ad hoc quidem videtur Hugo
de sancto Victore in quinto commento de angelica ierarchia super
illo verbo mouet patris omnium possessio luminum, sit in nobis
optime et large prouenies dicens sic: Motus dei patris af-
fectus est eterne benignitatis, sola enim benignitate sola pie-
tate mouetur ut lumina sua effundat super nos. Mouetur
enim non perturbatione sui sed miseratione sui, non se extendens
sed nos colligens, ubi se extendat, sed nos replens. Mo-
uetur ut ad nos veniat, non mouetur ut a se recedat et
in nobis incipiat esse quod erat. Et ut sit ad hunc di-
cendum adventum, quod iste adventus non est ad locum in quo
deus non esset, qui ut deus est omnia replet. Verumptamen
sed est ad locum ubi erat sed commodo ut prius non erat. Nam
ad nos venit peregrinum nos in habitando in quibus erat per essenciam
presenciam et potenciam continendo, uel hoc sit per suam in-
vencionem, sed per veram replecionem. Secundo dubitatur quo spiritus
sanctus in nobis sit causa quod pater et filius ad nos veniunt,
cum idem sit hic tota trinitate et spiritus sanctus, aut quod filius
dicit Ad eum veniemus. Cum iam venit cum sancto spiritu. Et
dicendum quod licet idem sit realiter in habitacio a sancto spiritu et a tota
trinitate, tamen instanciam spiritus sancti declaratur quod ad nos veniat
pater et filius, inquantum ad illud veniemus quod nostra dilectionis
visitacionem dicunt, aut veniemus quod adventum notat, quia
licet simul veniunt, tamen hoc posterius denotat de persona
sancti que venimus in cognicionem adventus patris et filii ad nos
nisi spiritus eleuat. Tercius effectus est in nobis habitacio
divina, unde dicit Et mansionem apud eum faciemus. De
divinitatis enim habitacio non transitoria sed permanens in nobis que
nichil felicius in hac vita esse potest, quia est quedam futu-
re beatitudinis inicium dum mens racionalis suo creatori ad
quem eius est ymagine condita spiritualiter unitur. Unde
dicit Et mansionem apud eum faciemus. Et si quis diligit et
seruat mandata mea, mansionem faciemus apud illum ego
pater et spiritus sanctus. Unde de spiritu sancto dicitur Iohannis 14: paraclitus

dabit vobis ut maneat vobiscum spiritum veritatis quem mundus
non potest accipere. Vel quia plenius ad nos venit sed mansionem non
facit quia ipsum a nobis post susceptam graciam peccandum
peccata nostre expellimus. Aut quia ingenti ad vitia resurga
re contendimus. Job 12. Quum dicit domino recede a nobis scienciam
viarum tuarum nolumus. Super quo loco dicit Greg.
12 moralium hoc verbum dicere vel stulti vix presumunt sed tamen
perversi homines deo cottidie non verbis sed moribus dicunt. Quum
enim illa agunt que dominus prohibet opere quid aliud faciunt
quam sibi eum gratia omnipotentis claudunt. Sicut enim eius
precepta cogitare est eum ad se introducere. Ita eius mandatis
obsistere est eum a cordis habitaculo repellere. Dicunt ergo domino
recede a nobis quia ei ad se prebere aditum recusant. Cumque
actibus primis [illegible] impugnant etiam si verbis laudare videantur.
Unde Greg. in omelia. In quorundam corda venit divinitas
quando [illegible] respectu dei concipiunt sed non manet quia
[illegible] temptationis tempore hoc ipsum quod attingebat obliviscuntur et ad
pristina redeunt peccata. In eum vero qui vere diligit venit di
vinitas ut maneat quia sic divinitatis amor mentem
ipsius penetrat ut ab amore nullo temptationis impe
tu recedit. Et cum ille ne amat cum [illegible] delectatio [illegible]
eo sublato non maculat et superat. Deinde cum dicit Qui
non diligit me. Declarat premissa quia cum premiserit
dilectionem esse causam observationis mandatorum. Declara
rat per suum oppositum quia opposita iuxta se posita magis
elucescunt. Sicut enim dilectio dei causat in nobis observa
cionem mandatorum. Sic per oppositum carencia dilectionis est
causa non observationis. Quia cessante causa cessat effec
tus. Quod satis convenienter sequitur. Quia sicut presencia di
lectionis omnia mandata facit levia ad servandum. Aug. 8.
Si dedit homo omnem substanciam domus sue pro dilectione quasi
nichil despiciet illa. Quia ut dicit Glosa. Ubi habun
dat amor eternorum mox vilescit possessio labencium. Ita
etiam eius absencia levia facit gravia apparere. Et hoc est
quia non servat dilectionem. Quia ut dicit Greg. moralium super illo
Job 9. Verebar omnia opera mea desideria proprie dilec
tionis. An possibile est enim ut sine caritate mandata dei
fiunt. Et dato quod aliquis quasi omnia videatur implere man
data si tamen deum non diliget esset tocius legis transgressor

Tertia deum diligere ex toto corde est primum et maximum
mandatum in quo universa lex pendet et prophete. Tertium qui ne
diligit omne mandatum dei implet et servat ut dicit
hugo de laude caritatis. Et tunc supplicans textum de-
ducendo ulterius ostendit absentia dilectionis uel spiritus
sancti est causa quod non servamus mandata. Ista est causa quare pater
nos non diligat et ad nos cum filio non veniat nec
apud nos mansionem faciat. Ista cum sequitur quarta
tertia ex quo in nobis non est spiritus sanctus deus nos tam-
quam extraneos reputat nec nos amare potest. Romanos 8. Qui
spiritum christi non habet hic non est eius filius. Ex quo autem
non diligit nec veniet nec mansionem faciet nec quia
potest deinde cum dicit Et sermonem quem audistis removet
quandam dubitationem. Tertia cum supra dixisset Si quis di-
ligit me sermonem meum servabit. Et addit Et pater meus
diliget eum. Videbatur enim forte discipulis quod debuisset
inferre Et diligam eum. Sed dixit Et pater meus di-
liget eum. Et quare est dixit hoc. Hic modo declarat
quia ad illum pertinet dilectionem et rependere eum sermonem
tenentem servare sed non sic dixit. Tertia videlicet sermo
ille non suus sed patris erat. Ideo ad patrem pertinebat re-
munerare retinentes. Dicit igitur Et sermonem quem audistis
non est meus sed eius qui misit me patris. Quasi dicat Ideo
pater diligit servantem sermonem meum quia sermo ipse patris
est. Joh. 2. Hec autem a me ipso non loquor. Et Joh. 7. Mea
doctrina non est mea sed eius qui misit me patris. Lingua
enim christi non movebatur ad loquendum ex corde nec proprie me-
ra sed quia movebatur a divinitate. Et ideo verba christi
que loquebatur et locutus est magis erant patris qui est
unum cum filio in divinitate quam essent ipsius christi secundum quod
homo. Et ideo quia in humanitate proferebat verba illa
dicens. Pater meus diliget eum magis quam ego diligam
ad denotandum quod verba sua magis erant divinitatis in qua
pater unum est cum filio quam humanitatis qua minor est patre.
Et non quod hic dicit Sermonem quem audistis non est meus
simpliciter debet dici Sermo quem audistis. Sed ut dicit
Cirillus more Sacra pagina non subiacet regulis do-
nati. Saluatur enim per signandam antythesim quam ponit. tam
per casum. Sicut est illud Virgilii Urbem quam statuo vestra est.
40 Nota etiam circa hoc quod dicit Non est meus tertia vide-

sibi ipsi esse contrarius Nam cum ante et in principio dixit
sermonem meum / Et hic dicit quem est meus / Quomodo ergo non
est sermo meus et non meus / Item Nam dixit sermones
in plurali ibi / Qui non diligit me sermones meos non
servat / hic autem et in principio huius lectionis dicit sermonem
in singulari quomodo concordabimus ista / Ad hoc possumus dicere
secundum intellectum Augustini quod ubi dicit sermones in plurali
denotat eos esse tamquam arbore suo plures qui sermones
neque sunt idem ipse / Sed ubi dicit sermonem in singulari de-
notat eum esse patris Augustinus idem ipse verbum est non utique
suum sed patris est verbum quod nec sua imago sed patris
Nec suus filius idem ipse sed patris / Recte igitur auctori
attribuit quidquid facit equalis a quo sibi hoc ipsum quod
illi est inerat equalis / Deinde cum dicit Hec locutus
sum vobis / explicat causam addicta quia apostoli fuerunt
minus perfecti et ad plenam intelligentiam salvatoris non
potuerunt propter corporalem presenciam suam Unde dicit Hec lo-
cutus sum vobis apud vos manens / Quasi diceret Non debetis
turbari si nunc que locutus sum non intelligitis. Quia in-
telligetis perfecta in adventu spiritus sancti de quo sequitur / Nota
quod duplex est mansio Christi / Una corporalis de qua hic / Alia
spiritualis in qua ipse una cum patre et spiritu sancto corda fidelium
inhabitat de qua premisit cum dixit Mansionem apud eum
Paraclitus autem spiritus sanctus quem / faciemus Octava pars 313
mittet vobis pater in nomine meo docebit vos omnia
et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis / Pacem re-
linquo vobis pacem meam do vobis / Non quomodo mundus
dat ego do vobis Non turbetur cor vestrum neque formidet
Audistis quia ego dixi vobis Vado et venio ad vos / Si
diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem quia
pater me maior est Et nunc dixi vobis priusquam fiat
ut cum factum fuerit credatis / Secunda pars in qua est effectus [illegible]
spiritus sancti sub nomine dilectionis quibus perficitur affectus in
operacione boni / Hic ponit alios effectus sub nomine paracli-
ti quibus illuminatur intellectus in cognicione veri / Et tria facit
Primo consolatur discipulos de spiritus sancti illuminacione / Secundo
de pacis collacione ibi Pacem relinquo vobis / Tercio de commissionis
sue promissione ibi Non turbetur cor vestrum / Circa primum tria
facit / Primo describit doctorem quia Paraclitus autem spiritus sanctus

paraclitus autem grece latine dicitur advocatus siue consolator ut
dicit Greg(orius) Et utrumque convenit spiritui sancto. Advocatus enim est
pro errore delinquentium et apud iusticiam patris intercedit. De-
votos quos replevit exorantes facit Rom. 8. Ipse spiritus po-
stulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ipse enim consolator
est quia de peccati perpetratione cum mentibus comparat spem ve-
nie ab afflictione tristicie mentem levat. Unde canit
Ecclesia Consolator optime dulcis hospes anime dulce
refrigerium In labore requies in estu temperies in fletu so-
lacium. Item iste spiritus dicitur spiritus sanctus et spiritus veritatis
Spiritus quidem dicitur vite. Unde enim vivimus
spiritu vivit Joh. 6 Spiritus est qui vivificat. caro non
prodest quicquam. Greg(orius) in moralibus. Sicut in corde
manens probat vitales sensus corporis. Sicut in ani-
mam probat vita spiritualis. Item dicitur spiritus vite amoris.
Amor enim est vena spiritualis qua profulgit amor volun-
ptas quemcumque intima. Iste spiritus est amor divinus. Item
dicitur spiritus vite virtutis quia eo operante omnia sunt creata
Ps. Emitte spiritum tuum et creabuntur. Et omnia virtute
eius subsistunt. Item dicitur spiritus per impulsionem quo actus
quia agitat nos ad opera virtuosa. Rom. 8. Qui spiritu dei
aguntur hii filii dei sunt. Dicitur etiam spiritus sanctus
quia istos quibus datur sanctificat. Habet autem etiam septem
nomina que sunt spiritus sapientie et intellectus, spiritus fortitu-
dinis et consilii, spiritus scientie et pietatis, et spiritus timoris
domini. Dicitur etiam spiritus ultimus spiritus veritatis. Nam
licet cognicio veritatis divine filio attribuatur qui est
verbum veritatis, adherere tamen ipsi veritati cognite non est
nisi per spiritum sanctum qui veraces nos facit et veritatis
imitatores. Sicut enim ipse est amor connectens
patrem filio ut in verbo veritatis complaceat. Ita est spiritus
sanctus quia divine veritatis verbum racionali menti connectit.
Unde dicit lumen doctoris auctorem. Jo. ad dicit Quem
mittet pater in nomine meo. In patre enim principalis
auctoritas et quia pater mittit in nomine filii contra
vel. et inde loquendi licet in veritate non
vocat inmediate
sit maior auctoritas in patre et filio quam in solo patre.
Et nota quod sicut processio eterna spiritus sancti est communis
a patre et filio. Sic et missio temporalis. Ideo utrumque de
missione spiritus agitur. Semper utraque persona scilicet pater

et filius in claudit. Augustinus in eo precedenti audie-
bat. Cum venerit paraclitus adiunctum est quem ego mittam
vobis. Et hic dicit quem mittet pater in nomine meo
adiungens patrem tamquam ad maiorem referens. Notandum
autem quod ita venit spiritus sanctus in nomine filii sicut filius
in nomine patris Joh. 5° Ego veni in nomine patris mei.
Venit enim filius in nomine patris manifestando et ipsum
testando ipsum Joh. 17 Pater manifestavi nomen
tuum hominibus. Sic enim spiritus sanctus venit in nomine filii
ut ipsum manifestaret et declararet Joh. 16 Ille me cla-
rificabit quia de meo accipiet. Vel potest dici spiritus sanctus
mitti a patre in nomine filii gratia ad invocationem nominis
illius dabatur spiritus sanctus in primitiva ecclesia. Unde in nomine
Christi baptizabat. Deinde ponit huius doctoris magisterii
vim cum adiungit Ille docebit vos omnia. Ad salutem
scilicet vestram et aliorum necessaria. Unde dicit in libro de spiritu sancto
Omnia inquid docebit que spiritualia sunt et intellectualia
veritatis et sapientie sacramenta. Docebit enim non sicut qui
artes aliquas et sapientiam studio addiscit. Sed quia
ipse ars atque doctrina et sapientia veritatis spiritus invisibiliter
menti insinuat scientiam divinorum. Unde Gregorius in omelia.
Nemo enim docenti homini tribuat quod ex ore docentis
intelligit, nisi cum intus sit qui doceat, doctoris lingua
exterius in vacuum laborat. Notandum quod quando dixit dominus ita
verba apostoli erant etiam adhuc rudes et in timore posita
ex auditu passionis Christi. Et ideo male attendebant et
parum valebant ea capere ad plenum intellectum propter
quod venit spiritus sanctus supplere istum defectum. Et suggeret vobis
omnia. Suggerit scilicet illuminando et commemorabit omnia ut
dicit Theophilus. Spiritus sanctus et docuit et commemoravit.
Docuit quidem quecumque eis non dixerat Christus tamquam
non valentibus portare. Commemoravit vero quecumque dominus
dixerat que ob subtilitatis causam vel tarditate intellectus
commendare memorie nequiverunt. Vel aliter secundum Gregorium
Suggerere dicitur quando inducit vel consulit aliquid ad
agendum. Spiritus igitur sanctus ita docet quando vera docuerit
ea sive dicta a Christo precepta consulit et inducit ut ipsius
precepta sequamur. Quecumque dixero vobis. Notandum quod
sine ab interiori et magistro spiritu sancto nec divinam

bitatem intelligere nec percipere possumus sua celestia
Nam intellectus noster in summo est in genere intelligibilium
et tamen revelat nobis dei filius quedam intelligi-
bilia tante altitudinis et profunditatis sicut de
trinitate divina et incarnacione verbi que etiam angelico
intellectui nisi per graciam manifesta esse non poterant. Secunda
ipse nominatus est nobis spiritus sanctus magister veritatis ut ar-
deamus et intelligamus bene precepta. Tercius tanta e
nostra fragilitas quod precepta sua non possumus. Cum
super omnia suavia sint precepta et consuetudines ardua
sicut et difficilia, unde necessaria est nobis spiritus sancti
suggestio. Secundo consolante et adiuvante legem imple-
amus [illegible] Rom. 8. Spiritus adiuvat infirmitatem nostram
Secundo dominus consolatur discipulos per pacis collacionem. Pacem
relinquo vobis. Ad cuius particule intelligenciam est
sciendum quod secundum Aug. pax est tranquillitas cordis sive
ordinis. In homine enim triplex ordo debet esse scilicet ad deum
ad proximum et ad seipsum. Et secundum hoc attenditur triplex
pax sanctorum. Primo enim requiritur tranquillitas in seipso et
hoc quantum ad tria que in ipso homine debent esse ordi-
nata. Primo quo ad intellectum ~~[illegible]~~ ne error obscu-
ret. Secundo quo ad voluntatem ut in deum libere diriga-
tur. Tercio quo ad appetitum sensitivum ut non inordinate passio-
nibus moveatur. Et hec tria comprehendit Aug.
in diffinicione pacis in libro de verbis domini dicens sic
pax est serenitas mentis quantum ad primum. Tranquillitas
animi quantum ad 2m. Simplicitas cordis quantum ad 3m.
Per cor enim quod movet alia membra intelligitur vo-
luntas que movet alias potencias [illegible]
Et hoc de primo ordine et pace. Secundo ad pacem sanctorum
requiritur ordo ad proximum per consorcium caritatis et
hec est 2a pax ordinatis hominis proximi ad deum. Et
quantum ad hoc addit hic Aug. in diffinicione eadem [illegible]
pax est consorcium caritatis et hec est secunda pax. Tercio
requiritur ordo ad deum per amorem indissolubilis
vinculi. Et quantum ad hoc subdit Aug. ibidem dicens
pax est amor vinculum sanctorum hominis cum deo. Et hec est
tercia pax. Hec autem triplex pax [illegible] Hic prima
et 2a meo quod dicit pacem relinquo vobis. Secunda tercia

(pacē meā do vob)

meo quod subdit(ur) prima et secunda pax relinquit(ur) apostolis
xpi in hoc seculo, s(ed) tercia dabit(ur) nobis in futuro. Unde dicit(ur)
in omelia. pacē relinquo vobis pacē meā do vobis
hic relinquo, illic do. Quod apcius declarat Aug(ustinus)
sup(er) Johannem d(icens) pacē nobis relinquit in hoc seculo in qua
manentes hostes vincamus obstacula et iacula et ut
cari hic in vita diligamus pacē suā nobis dabit in futuro
seculo qui sine hoste regnabimus et numq(uam) dissentire pos-
simus. pax autem nobis ipse est et cum credimus et qua
est et cum videbimus sicuti est. S(ed) quid Aug(ustinus) cur
nobis dixit pacem relinquo vobis. non addit meā
ubi ud ait do vobis. ibi dixit meā. Et respondit Aug(ustinus)
q(uod) suā eam voluit intelligi quale scz ipse pax autem
ista qua nobis relinquit in hoc seculo nostra potius
quam sua dicenda est. Illi quippe nichil repugnat in
seipso qui nullum omnino s(ed) peccatum. Nos autem talē pacē
nunc habemus in qua ad huc dicimus dimitte nobis de-
bita nostra. Item qua intra nosipsos est nobis pax qua
invicem nobis credimus et invicem diligamus. S(ed) nec ipsa
plena est quia cogitationes cordis nostri invicem non
videmus. S(ed) quia preter istam triplicem pacem est adhuc
alia pax preter ordinem. qualis est pax mundi de qua
dicit(ur) pax non erit pax Je(r) 6. Ideo salvator noster
illa pacē a sua pacē excludit. Cum addit q(uod) non quo
mundus dat ego do vobis. pax enim ordinat(ur) ut coor-
dinat(ur) potius ad quietā fruicionem bonorum temporalium
ut dicit Aug(ustinus) qua ut sequitur quintat(ur) multipli-
catio peccatorum s(ed) illud Deut(eronomium) 32. In terra spaciosa dilat-
tus et recalcitravit. Item Ezech. 16. hec fuit iniquitas
Sodome sororis tue saturitas panis et habundancia
vini et ocium. Et si quas homines mundanos inter se dant
pacē ut eos non perequat(ur) illa pax ut dicit Aug(ustinus)
non potest esse vera ibi enim non est vera concordia quia
disiuncta sunt corda. pax ergo qua xpc relinquit
nobis. hec est ut adversa sine perturbacione tollerent(ur).
Tercio dominus consolat(ur) discipulos de recessione sua et pro-
missione ibi non turbet(ur) cor vestrum. Ubi quatuor
facit. Primo enim tollit perturbacionem et formidinem
non turbet(ur) cor vestrum. Turbari quidem poterant de absencia

xpi sed talem perturbacionem aufert consolacio spiritus sancti
Neque formidet. Timere poterant sine xpo duce perse-
cuciones iudeorum et nimias adversitates sed spiritus sanctus
eos confortavit per quod Spiritu oris eius omnis virtus eorum
Nam petrus qui ante adventum spiritus sancti huius spiritus ne-
gavit xpum mulieris voce, accepto spiritu sancto confessus
est coram principibus sacerdotum et aliis populis. Secundo audit
quod ita recedebat ab eis quod tamen manebat apud eos
Audistis quia ego dixi vobis vado et venio ad
vos. Io. 14. Non sic recedam a vobis quin adhuc veniam
ad vos vado quidem per passionem et mortem sed revertar
ad vos per resurrectionem meam. Item vado a vobis per meam
ascensionem sed venio ad vos per spiritus sancti missionem. Cur
quoniam ut ait Augustinus turbetur et formidet cor quod sic
deserebat oculos quod non deseret cor. Ibat quippe
dominus per illud quod homo erat sed manebat per id quod deus
erat. Tercio audit quod gaudere deberent de eius recessu
Si diligeretis me, dixit eis prius Si quis diligit
me ego et pater ad eum veniemus. Non ergo deberent
turbari de recessu eius corporali quia per divinitatem
semper ad eos mansit dummodo diligerent eum. Sola
enim dilectio facit deum venire ad hominem et ad nos et
per quod est cordi meo. non quidem ymaginaria visione
sed vera sue divinitatis presencia. quemcumque enim amat
habitare dilectionis presencia nobis facit. Unde dicit Augustinus
Non presencior est spiritus ubi animat quam ubi amat
imo forte magis presens est ubi intus per caritatem
tenetur quam ubi sponte. Unde Petrus Damiani dicit
Sola dilectio est quam non arcent carnalis cunctis
qua separatos corporalis non dividit quam temporis longitudo
non abolet que destinacio non subtrahit. sola dilectio
est qua absentes amicos videmus alloquimur am-
plexamur. Certa signa angelica agilitate et yma-
ginario meatu transvolat et redit ut nichil de cap-
no corporee molis aut distancie localis iniuria
conqueritur. Et tulius de amicicia. Amor inquit
absencia videtur. Gaudere utique quia vado ad patrem
Nota secundum Augustinum quod secundum humanam naturam crevit

xpo ire ad patrem, 2m cum divinam naturam numquam recedit
a patre. Sic nunc hic ne congratulandum est ut dicit
Augustinus eo quod sit assumpta a verbo ingenito ut immortalis
constitueretur in celo ac ita fieret sublimis terra et in-
corruptibilis pulvis sederet ad dexteram patris. Quis
non sic gaudeat qui sic diligit xpm et ut suam naturam
in immortalem gratuletur in xpo atque id ipsum speret se fu-
turum per xpm. Unde quidam sanctus pater commentum super
euangelium ait maximum gaudium michi est eo quod ipse
humana decum meum sum ipsum. Quia pater maior
me est ideo vado ad patrem, ideo ipse maior est me
secundum eum humana nam qua ibat ad patrem ipse est minor
patre et minor spiritu sancto. Etiam seipso minor fuit angelis
etiam ut dicit Augustinus. Et minor etiam potestatibus subditus
illis. Sed secundum naturam divinam secundum quam non vadit ad patrem
neque recessit a patre est equalis patri et spiritui sancto. Ut
ait Hylarius [illegible] de trinitate omnino dicimus quod pater
maior est filio donante auctore sed filius non minor quia
unum et equale esse sibi donat. Tertio ponit con-
fidencia eorum. Et nunc dixi vobis antequam fiat
predixit enim se iturum ad patrem moriendo resurgen-
do celos ascendendo. Ut cum factum fuerit credatis scilicet quod
non tantum sum homo qui mori potest sed et deus qui tantum
divinaliter predico futura contingencia. Quod exponens dicat super
illud versus ii° immediate non que ventura sunt
futurum et dicemus quod deus est nobis. Hoc enim addit xpus
quia immediate locutus fuerat de sua humanitate, apos-
tolus nunc [illegible] est [illegible] refert aliquid quod ad xpm
pertinet humanitate in qua est minor patre. Adiunge
aliquid pertinens ad divinitatem in qua est equalis
ei quia credere utrumque est de necessitate salutis. Unde
Augustinus dicit: Ex rebus que videntur in nobis ut illa
credant que non videntur. Visum enim erant discipuli
xpm post mortem vivere et ad patrem ascendentem
quo viso erant credituri quod ipse esset xpus filius
dei vivi qui hoc potuit predicere antequam fieret vel fieret.

Iam non multa loquar vobiscum. Venit
enim princeps mundi huius et in me non habet quicquam
Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem

Et sicut mandatum dedit michi pater sic facio. Circa partem
principalis in qua saluator apostolos contra hostes roborat
et premunit per quod restauratur noster defectus in decli-
nacione mali. Et quatuor facit. Primo tangit passionis
sue celerem instanciam: Iam non multa loquar vobiscum. Et
tollerant eum ad passionem. Et ad locum circa quem appropinqua-
bat hora ut ex verbis ad locum ubi capi debebat. Unde
in fine xiiii in textu textum subditur: Surgite eamus
hinc. Secundo insinuat dyabolicam maliciam: Venit enim princeps
2 mundi huius et in me non habet quicquam .i. dyabolus qui
princeps mundi dicitur non creator creature sed mundi sed
peccatorum principatur. Venit autem prius ad Christum temptando
in deserto. Nunc venit etiam venit etiam ut inducet si timore
mortis mortem fugeret tunc in eo cognouit eius voluntatem
3 mortem passurus. Tertio ostendit suam innocenciam: Et in me
non habet quicquam. Circa quod Augustinus: Nec enim deus pro eo deus
venerat nec eius carnem de peccati propagine ipse pepe-
rerat. Sed ea nulla causa mortis inde fuit. Et circa in eo
non repit ibi dicebat ut refert Augustinus nichil in eo
inveniens quod me delectat. Quarto demonstrat suam
innocenciam obedienciam. Posset enim queri ex quo in te
non est causa mortis quare ergo morieris. Ideo huic
tacite questioni respondet: Sed ut cognoscat mundus quia
diligo patrem. Ad hoc sustineo mortem ut omnes cognoscant
sciant ut hoc procedit ex dilectione qua habeo ad patrem.
Circa deus pater Christo homini inspirauit voluntatem pa-
tiendi pro salute mundi ex maxima caritate qua diligit
hominem propter deum, et per hoc ipsi patri obediens
fuit. Circa obediencia est filia caritatis. Unde supra dicitur
est: Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et hoc
est quod sequitur: Et sicut mandatum dedit michi pater sic
facio .i. ex obediencia ad patrem libenter subeo mortem.
Bernardus: Videte fratres quia Christus dilexit obedienciam perdidit
vitam [?] maluit [?] ipsius patris voluntate quam se
[illegible] voluit ad humanam redempcionem. Cuius redemp-
cionis nos participes faciat qui vivit et regnat deus in
secula seculorum Amen. Dominica p[?] 9

Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum et ad
eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Iohannis xiv.
Circa dicitur duplex est missio spiritus sancti [?]

quatenus patre et filio veniat ad sanctificandum mentes Jo
Joh. 3o Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis et
nescis unde veniat aut quo vadat. Altera vero spiritus
sancti missio gratie per quibusdam signis sensibilibus co
a divino adventu demonstrant. Et quia utraque missio hoc
discipulis sollempniter facta est. Ideo de utraque agitur
in officio misse hodierne. De visibili agitur in epistola. Et
signa scilicet in qua datus est spiritus sanctus. De invisibili vero et de
re significata agitur in evangelio. Signa fuit ignis externa
in specie ignis spiritus sanctus datus est. Ideo significata est di
lectio spiritus sancti qui datus est ut corda discipulorum in
flammaret. Unde Gregorius in omelia. Dum apparentibus lin
guis igneis intus facta sunt corda flammantia externa
Dum deum in igneis visione susceperunt per amorem sua
viter arserunt. Ipse namque spiritus amor est. Unde ipsi significata
scilicet de dilectione concordiens ewangelista alte intonat
verba premissa dicens Si quis diligit me sermonem
meum. In quibus verbis salvator noster tria nobis insinuat.
Primo premittit dilectionem qua deus a nobis exigit
in eo quod dicit Si quis diligit me. 2o ostendit dilec
tionem qua ipse deus nobis rependit in eo quod adiungitur
Et pater meus diliget eum. 3o exprimit utilitatem
que de utrisque dilectione nobis provenit in eo quod
subiungitur Ad eum veniemus. Ut autem signa cum ver
bis epistole ~~concordat~~ concordet veritati ewangelii etc. possumus prima
partem ewangelii coaptare prime particule epistole qua
dicitur Dum complerentur dies penthecostes erant omnes
discipuli pariter in eodem loco. Secundam vero particulam ewangelii
qua dicit Et pater meus diliget eum possumus co
aptare 2e particule epistole qua dicitur Factus est repente
de celo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis
usque ibi sedentes super singulos eorum. Terciam vero partem
ewangelii qua dicit Ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus adaptabimus hanc particule epistole
ubi ait Apparuit illis dispertite lingue tamquam ignis
usque ~~illic~~ ubi eloqui illis. Circa ad primum sciendum
quod nichil est quod ita ipse et inhiscere disponat ho
minem ad susceptionem spiritus sancti sicut dilectio. quia que
res equaliter sue simili. Et quia spiritus sanctus dilec

est ubi dilectio ibi spiritus sanctus ubi spiritus sanctus ibi dilectio.
Et enim dilectio vel spiritus sanctus est ignis ut infra pa
tebit. Ignis autem latere non potest qui erumpat omnibus in operibus
vel extinguitur in seipso. Et hoc est quod dicit Gregorius
dilectio operatur magna si est. si autem operari renuit dilectio
non est. prima amor dei nunquam est ociosus. Unde cum dominus
in verbis propositis dixisset Siquis diligit me sermonem ad
iecit sermonem meum servabit. Secundo non figura in repu
tatione collationis ostendit in prima parte epistole hodierne dum
complerentur dies penthecostes. Penthecostes grece quinquage
ta latine et dicitur a pentha quod est quinque et costes quod est
decem et dies. sive enim quinquaginta dies computata
usque ad penthecosten. Illa enim quinquagesima dies
erat celebris apud iudeos quia tunc acceperunt legem
In quinquagesima die egressionis de terra promissionis
egipti. Tunc enim ascendit dominus super montem Synai in
flamma ignis et aliis audientibus dedit legem ut
habetur Exodi 20. Ita et hodie in quinquagesima die
computata spiritus sanctus super discipulos in monte Syon in
cenaculo omnes in unum congregatos in linguis igneis
descendit et legem novam gratie spiritualis corporis mentibus
impressit. Et hec computando moraliter tunc dies penthe
costes in mentibus fidelium implentur quando diligendo
deum mandata eius implent. Plenitudo enim legis
est dilectio Rom. 12 ubi Glossa. Qui diligit plene
plenitudine legis implet. Tunc enim discipuli fuerunt
in eodem loco congregati quia omnes viros autem ad diligere
deum deum et proximum animat. Unde sicut dicit
hic Glossa. Act. 1o. Iudaice legis mosaice plebs lon
ge stetit per timorem. hic veniente spiritu sancto omnes in unum
erant congregati per amorem. dilectio enim proximi includitur
in dilectione dei. Igitur in figura completi dies penthecostes
compleri et discipulos omnes in unum congregari. Quando
est quia in evangelica unitate deum diligere et eius sermo
nem servare et hoc de prima convenientia epistole et evangelii
¶ Sed in hac computatione tacta sunt duo que indigent
declaratione. unum quod ad diligendum deum oportet viros
omnes adunari. Aliud quod dilectio proximi includitur

in dilectione dei de hiis duobus videndum. De primo scien
dum quod preceptum dilectionis dei nullatenus implere potest
nisi omnes vires nostre ex toto adunentur ut ferantur
in deum. Sic enim stat preceptum deutro. 6. diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima et ex tota
fortitudine tua. ubi in mathei addit. Et ex tota mente
tua. In marco dicitur Et ex tota virtute tua. In luca vero
et ex totis viribus tuis. Qualiter autem distinguantur ista
quod ad presens omitto, patet quod deus diligendus est ex omnibus
et totis viribus tuis, quod impleri non potest nisi omnes vi
res essent unite et recollecte. Ita si in actu dilectionis
cor per intencionem distraheretur ad alia, adeo et anima passi
onibus vagetur ad alia, et mens per cogitaciones dispergeretur ad
plurima et varia, manifestum est quod non ex toto corde et
ex tota anima et ex totis viribus deum diligeret. Et sic pre
ceptum dilectionis nequaquam impleret. Secundum dicendum est quod
in diligendo deum requiritur unitiva recollectio omnium
virium. Verbo advertendum quod diligere deum ex toto corde etc.
Uno diligere quod actualiter semper omnes vires totius hominis
ferantur in deum. Et hoc non est possibile in statu huius
vite. Secundum hoc enim ut prima (diligere deum totis viribus
sic quod nichil in nobis sit quod non actu vel habitu feratur
in deum hoc est possibile. Et talis dilectio cadit sub
precepto et est de necessitate salutis. Aliud est dicendum quod
dilectio proximi includitur in dilectione dei. quod sic ostenditur
dicitur enim 1 Joh. 4. hoc mandatum habemus ut qui diligit
deum diligat et fratrem suum. Et istud mandatum habetur
Joh. 13. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem
sicut dilexi vos. Item Joh. 15. Hoc mando vobis ut
diligatis invicem. Item Joh. 15. hoc est preceptum meum ut diligatis
invicem. Contra quod obicit Aug. super Joh. quia videtur
maius mandatum scilicet dilectio dei in hiis verbis pretermis
sum quia solum loquitur de dilectione proximi. Et videtur
dicendum. Contra bene intelligentibus utrumque videtur
in singulis, quia qui deum diligit non potest contempnere quem
deus precepit diligi. Et qui sancte et spiritualiter diligit
proximum quid in eo diligit nisi deum. propter quod idem
Aug. 8. de trinitate dicit utrobique unum non in uno
ponit. Quia nec potest deus sine proximo nec

proximus sine deo diligeret. Et hoc est quod dicit Apostolus
Rom. 13 Neminem quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis.
Qui enim diligit proximum legem implevit. Et
ideo videlicet quia presupponit amorem quo diligit deum ut propter
amorem diligat proximum. Unde dicitur I Joh. 4 Si quis
dixerit quia diligo deum et fratrem suum odit mendax
est. Et ponit exemplum Lincolniensis: mendax est qui se
dicit diligere imperatorem si odit legem suam. Imperatoris
autem lex est: Mandatum novum do vobis ut diligatis
invicem sicut dilexi vos. Si ergo dicis te deum dili-
gere, mandata eius observa. Et fratrem tuum dilige.
Si autem fratrem odis, non deum diligis cuius mandata
contempnis. Legitur in vita beati Johannis evangeliste quod cum
ipse devenisset ad ultimam senectutem et vix inter discipu-
lorum manus ad ecclesiam deferretur, cum non posset plura
dicere verba, ad quaslibet personas dicebat: Filioli, diligite
alterutrum. Tandem discipuli et fratres qui aderant mi-
rantes quod eadem verba semper diceret, dixerunt: Magister,
quare semper hoc loqueris? Qui respondit: Quia preceptum domini
est. Et si hoc solum fiat sufficit. Legitur fideles capi-
entes decepe spiritum sanctum compleant duos penthecoste
preceptorum dei observacionem. Et sunt omnes pene unum
congregati per dei et proximi ex omnibus viribus dilectionem,
ut sint de illis quibus loquitur dominus in verbis evangelii Jo. 14
premissis: Si quis diligit me sermonem meum servabit.
Et sine dubio veniet eius spiritus sanctus. Quod nobis
concedat omnipotens deus. Amen. Quesima feria

Et pater meus diliget eum. Sermo iste ubi continetur
Illa particula epistole: Et factus est repente de celo sonus
tamquam advenientis spiritus vehementis usque ubi erant se-
dentes. Ad cuius evidenciam est sciendum quod in omni so-
lempnitate magnos solent precedere judicia, principia vel signa. Cum
dominus descensurus erat in monte Synai et legem daturus,
apparuit rursum tonitrua et micare fulgura, clangor
quoque buccine vehemencius perstrepebat, ut legitur Exodi
19. Item cum stante Helia in monte et expectante
transitum domini ut ei adnos promissum fuerat, ecce spiritus
grandis et fortis subvertens montes et conterens petras

et post spiritum commotio sed non in spiritu nec in commotione dominus sed ista
erant preambula 3 Reg. 19. Item veniente domino ad iudicium
precedent signa terribilia ut patet. Item reges et principes ad a-
liquem locum insolitum venientes faciunt tubas et buccinas
ante se sonare. Et quia missio spiritus sancti erat maxima
et valde singularis, ideo quedam sua fuit quasi in magno so-
no eius presentia indicante venire. Ideo hic dicitur: Factus
est repente de celo sonus tamquam advenientis spiritus
vehementis. Per hunc sonum et vehementem spiritum intelligere possumus
spiratorem principalem cuius ore mittitur spiritus sanctus. Vel quia
iste sonus fuit verba patris aut spiritus sancti, sed fuit indicium
preclare presentie spirantis et mittentis spiritum sanctum. Unde Greg.
Hoc elicimus sonitus fuit spiritus dei sed phisice quod exterius
exhibuit sine expressit quod interius gessit. Unde Cancellarius
Joh. 12 quod orante ipso et dicente Pater clarifica filium
tuum sive nomen tuum venit vox de celo dicens Et clari-
ficavi et iterum clarificabo. Ubi turba dicebat tonitruum fac-
tum esse. De qua dicit quedam glosa quod illa vox non fuit pro-
prie vox patris solius sed formata fuit a tota trinitate
cuius opera sunt indivisa. Simpliciter dicitur vox patris quia
fuit formata ad representandam personam patris. Sic in proposito
sonus iste et spiritus vehemens representavit personam que
clamavit in adventu spiritus sancti. Sicut et supplicatio filii re-
putabatur in linguis et amor spiritus sancti in igne ut infra
patebit. Quia igitur spiritus sanctus amor est patris et filii
cuius amoris originale principium est pater. Quia pater
diligendo filium simul cum filio producit spiritum sanctum
Manifestum est quod spiritus sanctus non datur alicui nisi pater prius
originaliter eum dilexerit quod per verbum prius dicat
Ad eum veniemus premisit. Ad eum veniemus premisit. Et pri-
mum diliget eum qui dicit Et si quis diligit me
et sermonem meum servabit ut premissum est. Adhuc spiritus sanctus
ad eum non veniet nisi pater meus dilexerit eum. Corporaliter
quoque sonus spiritus vehementis de celo fieri quid aliud est quam
dilectionem patris prime ac prius spiritus sancti adventum poni.
Et sic ista patet quod correspondet huic verbo Christi premis-
so: Pater meus diliget eum. Ubi secundum quemadmodum
dilectio qua habet deus pater ad nos ipsa enim sua dilectio
est originale principium totius nostre salutis. Joh. 3 Sic
deus dilexit mundum ut filium suum daret. Simpliciter ad amo-
rem super quo verbo dicit Crisostomus: hoc multum indicat amorem

intencionem quod filium suum unigenitum dedit Multa enim est et
infinita distancia Tercium est quem in mortalis qui sine principio
qui magnitudo infinita eos quam sunt gentia et tunc et ~~pul~~
~~cu~~ plenos scelere ipsa eternitas tam ardenter dilexit sed
et ea que secuntur consumata sunt magni amoris quod non
quod non angelum non archangelum misit sed filium unigenitum
Rursus si plures filios habuisset et dedisset unum hoc etiam
fuisset et esset maximum nunc vero unicum filium dedit Ex
illis omnibus apparet eius infinita et maxima dilectio
Tercia diligere est velle alicui bonum hoc autem pater voluit
nobis volente effici bonum infinitum ille quod maximus in
mensus infinitus amor dei patris creatoris sacratissimi insinuare
non debuit nisi cum aliquo signo notabili angelorum vehe
mencie Unde cum ipse pater filium misit in mundum ma
gnitudine hoc insinuare dignatus fuit pastoribus cum signo
claritatis immense que circumfulsit pastores ex quo timu
erunt timore magno ut dicitur luce 2°. Quartum et ultimum quod
deus pater ex toto amore suo infinito mittere dignatus
est spiritum suum insinuat hoc cum signo sonitus spiritus vehe
mentis Et signat datio filii insinuata est cum vehemencia
tia facta in visu datio non spiritus sancti insinuata est cum ve
hemencia facta in auditu Tercia perfecto filius datus
nobis visibilis in humana natura Spiritus sanctus autem invisibi
lis quia convenit datus est in sono qui est visibilis
Sed per declaracionem istorum ~~istere~~ notandum quod dilectio dei legis ad nos
plenitudo infunditur nobis cum spiritu vehementi et quo
splendoris infiniti cum excessiva divine ma
iestatis grandis Et hoc est in infinitum ex dictis Et ideo ut dicitur
restat admirari infinitate ut patet ex dictis Et ideo ut dicitur
dyonisius de angelica ierarchia capitulo 1° Impossibile est
nobis superlucere divinum radium nisi varietate sa
crorum velaminum Sicut enim velamine sunt ista sig
norum vel velaminum sensibilia ut sunt iste sonus Et qui sine iste velami
ne sensibilia ut sunt iste sonus Et qui sine iste velaminibus
bus vellet divina capere utique retunderetur sicut in tuitus
sine obtuitus Tercia ut dicitur proverbiorum 21 Qui perscruta
tur est maiestatem opprimetur a gloria Ymago figura
tur est manifestatur Nam tunc figura
precipit dominus neque monte super quo ipse erat presumere
tangere Exodi 19 Omnis qui tetigerit montem morte morietur
Igitur ut aliquid super naturale nobis innotescat oportet
quod vehemens sonus nobis ~~sonus generat~~ sonus generat quod sic
significatur sed per sonum hic magna pluries talis vehe
mencia cum quodam terrore in principio nobis apparebit sine

appareat / tamen statim periculum in eodem momento divina pie-
tas per graciam suam nobis spiritum lenitatis contemperat / quod
pulchre figuratum est in regina Hester de qua legitur
Hester ultimo. quod ingressa est ad regem ubi sedebat
super solio regni sui indutus vestibus regiis auro fulgens
erat que terribilis aspectu / Cumque elevasset rex faciem suam
et ardentibus oculis furorem pectoris indicasset. regina
hoc videns corruit in pallorem mutato colore lassa quod
super ancillulam reclinavit caput / Convertit que deus spiritum
regis in mansuetudinem. et festinans exsilivit de solio
et sustentans eam ulnis suis blandiebatur etc. / Tunc
illa ait / Vidi te domine quasi angelum dei et conturbatum est cor
meum pre timore glorie tue. ac rex consolabatur eam / Per hanc
reginam possumus intelligere qualibet fidelium animam spiritus
sancti consolacionem expectantem que per inspiracionem sive visionis
spiritualis glorie divinitatis aliquo timore vel tremore concutitur
/ Sed mox blanda lenitate delinitur consolatur / Cuius exem-
plum apertum est in sancto petro qui ut scribitur Luce 5o viso
miraculo de copiosa multitudine piscium capta ita ut rumperetur
rethe et pene mergerentur petrus stupore territus procidit
ad genua ihesu dicens / Exi a me domine quia peccator sum
/ Sed ihesus consolatus est eum dicens / Noli timere / Hoc habet eciam
homines aliis terrens / Erat quo dominus cum spiritus fecit
commocionis stupore obducti / Sed statim le-
tari et gaudere consolabatur / Simile eciam figurale est in Helia
iii Regum cum apparuit spiritus grandis et fortis ut supra. Sed postea
/ Cui primo apparuit sibilus aure tenuis / Et ibi dominus erat / In proposito
apparuit sibilus aure tenuis / Et ibi dominus erat / In proposito
sancti apostoli primo audierunt sonum spiritus vehementis quo tunc
Sed statim ceperunt intimus spiritum lenitatis et mire dulcedinis
unde Ubertinus in tractatu cantica mariam 28 more capitulo 29 dicit
Sic cum se spiritus suus noticie suave infinitatis insinuat
et sonitus vehementis spiritus et voce aure lenis expressit
ex una vehemens est et lenis. vehemens quia advenit
cum suo infinitatis mire claritate illuminando perturbat. Lenis
una noticia sua cetus ut cognoscitur tanquam valeat unus sen-
sibus obstat In copiam quippe virium equanimiter concutit
z illustracione sua nos leniter tangit. Hec ille / Agitur
quantumque primus ille spiritus vehementer terribilis appareat
sine applicet postmodum Erat enim admodum tonitrui ut dicitur
unde Ubertinus glosa super ... et alii ... omnes
fuit ... sed sunt ... valde letificati spiritu sancto

faciente in secundo adventu sui qui consolatur cordium

Vel possumus dicere quod iste sonitus vehementis spiritus est quidam amorosus impetus quem spiritus sanctus in anima quam replet per gratiam efficit. Replet autem totam domum anime ubi erant sedentes .i. quiescentes vires anime gratiam expectantes spiritus sancti adventum sicut ille qui dicebat: Audiam quid loquatur in me dominus deus quoniam loquetur pacem in plebem suam. De hoc amoroso impetu dicitur Ezechielis primo: Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Super quo verbo dicit Gregorius super Ezechielem: In electis et in reprobis diversi sunt impetus. In electis impetus spiritus. In reprobis est impetus carnis. Impetus carnis ad [illegible] ad elevationem ad immundiciam et ad cecitatem voluntatis pertrahit. Impetus vero spiritus ad caritatem et ad humilitatem ad continentiam et largitatem ad [illegible] et ad perfectum ad pietatis opera et ad eternorum fidem ad spem consolationem gaudii ad patientiam ad pacem ad consolationem vite melioris et ad lacrimas mentem pertrahit. Hec ille. Hunc amorosum impetum sibi infieri desiderabat sponsa in Canticis cum dicebat: Trahe me post te. Canticis primo. Iste tractus sponse a sponso desiderabilis impetus est et Ambrosius quem impetu subito tractus pulcre declaravit. Origenes super Canticis libro dicens: Cruentor et latus in visceribus et doleo. Trahor et [illegible] et non prevaleo. Consequi necesse est quo quis me trahit spiritus. Amor cuius est amor ad amantem trahit. Amor cum ardent zelat. Amor cum fortia attemptat. Trahit contrahit attrahit pertrahit. Trahit ut timeat. Contrahit ut solus amet. Attrahit ut familiarius accedat. Pertrahit ut et valide amet. Quod nobis concedat Ihesus Christus amor.

Dominica pentecostes

Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Ihesus Christus de dilectione mentis ad deum et Christo de dilectione Christi ad nos. Restat nunc tercio videre de utilitate utriusque dilectionis nobis provenientis. Que utilitas provenit consistit in hoc quod pater et filius una cum spiritu sancto ad nos venire et mansionem apud nos facere dignabuntur. Et hoc est quod dicit: Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Ex quibus verbis concluditur mansio. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis. Ibi eloqui illis. Ad cuius evidentiam est sciendum quod iste lingue et iste ignis non fuit spiritus sanctus ut dicit Gregorius. Sed per ea signabat et significabat potius quam invisibiliter gestum esset in cordibus discipulorum ut dictum est et de sonitu ubi supra. Per linguam

cum signatur persona filii dei spiritus dicitur illud quod scribitur psalmus
lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Dicat hoc
david esse in persona patris qui eructavit cor
meum verbum bonum i. filium qui essencialiter est bonus
hoc idem verbum lingua sua audiri esse dicit lingua mea
calamus scribe. Lingua siquidem conceptum verbum enunciat
Sic verbum absconditum in corde primo conceptum et generatum post
indutum carne loquendo et predicando sapientiam mundo mani
festavit iuxta illud Johannis 17 pater manifestavi nomen tuum
hominibus quos dedisti michi. Igitur ipse dei filius intelligitur per
linguam. Lingua igitur unita in trinitate sibi ad se tamen
indivisibiliter et aliquatenus dispertita. Quia aut apostoli hoc idem
verbum acceperunt primo spiritualiter creditando cum predicaverunt per
mundum ipsum verbum et lingua patris spiritus sanctus eis misit. Erant
ut dicit Gregorius linguis accensi et apostolos linguis omnibus
loquentes fecit. Que lingue dicuntur dispertite i. divise secundum
glossam. In signum quod lingue apostolorum predicacionis mundum et proprie eis
linguas mundi dividi debebant. Vel et quia una lingua
qua aliquis apostolorum loquebatur variarum linguarum vicem
tenebat. Statim idem sermo una lingua prolatus ad dispertitarum
linguarum singulis auditoribus intelligitur ut dicit Glossa
Quoniam tamen intelligi spiritus sancti planum est de quo dicitur Luce
12 ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat
habet cum ignis ut dicit Glossa quatuor naturas urit purgat
calefacit illuminat. Similiter spiritus sanctus urit peccata purgat
corda teporem excutit ignorancias perlustrat. Ignis est
in corpore et invisibilis est in sua natura sed assumpto aliquo
corpore videtur diversis coloribus et apparet propter materias in quibus
ardet. Sic spiritus sanctus videri non potest nisi per actus in quibus
operatur. Hec Glossa. Igitur per ista signa evidencia que ap
paruerunt super apostolos tres persone divine insinuantur. Pater
in persona. Filius in lingua. Et spiritus sanctus in lingua ignea
quarum nulla venit ad nos sine alia. Et omnia venientes
omnes tres persone venire intelliguntur quia insepara
bilia sunt opera trinitatis. Quia ipse dei filius adveniente
spiritu sancto in illis promisso discipulis promittens ait ad eum veniemus
qui dicit Nos scilicet ego sum et pater et spiritus sanctus. Et eciam hoc
ista clausula verum concordat illi parabole quod promisse
apparuerunt illis dispertite linguas tamquam ignis. Apparere quod

aliud in unum et patrem et filium et spiritum sanctum sua presentia consi-
derat. Et autem hic addit: Et mansionem apud eum faciemus.
Concordat et quod in epistola dicitur: Sedit supra singulos eorum. Et
sessio eius mansionem importat. Unde ibi dicitur: Actuum 1°. Sedit
multo tempore, id est mansit. Non enim spiritus sanctus transitorie venit
super discipulos, sed permanet. Unde dicit: Sedit igitur
spiritus sanctus super apostolos sedere, quod aliud est quam mansionem
apud eos facere. Sed circa hoc quod dicitur in themate: Ad eum
veniemus et mansionem etc., tria sunt videnda. Primo qualiter
omnes tres persone veniunt in animam. Secundo quare cum omnes
persone veniant, hoc specialiter attribuatur spiritui sancto. Tertio quibus
signis cognoscitur spiritum sanctum adesse in anima. Circa primum ad-
vertendum quod pater venit per potentiam animam ad amorem
afficiendo, filius venit per sapientiam animam in sapientia eru-
diendo, spiritus sanctus venit per benivolentiam eius amorem
infundendo. Unde Bernardus super Cantica sermone [illegible]: Certus
est venire ad animam verbum quod erudit in sapientia. Certus
est patrem venire, nisi afficiat ad amorem sapientie, id est patris di-
ligere est. Et ideo patris adventus cum infusa dilectione pro-
batur. Et infra: Amor autem dei qui est spiritus sanctus amo-
rem anime parit. Et declarando subdit: Si quis dominus Ihesus
dignetur venire ad me, vel potius in me, in caritate et
mansuetudine spiritus. Et in hoc cognosca quod sit presens.
Si venit et pater simul cum eo, patris venire est dilige-
re et misereri, quod pater vere tunc; sed et pater maxime affi-
latus est, et quod dicitur habebat miseri semper et presens.
Et hoc quoad primum. Et subdit: Si senserit michi aperiri
sensum ut intelligam scripturas, aut sermonem sapientie quasi
ebullire ex intimis, aut in superna luce [illegible] revelari
mistica, aut certe cooperari michi est quidem largissimum
celi gremium et ubertate [illegible] infundere imbrem medi-
tationum pinguiores non ambigo verbum adesse. Hoc quo-
ad filium. Et subdit: Si receperint in se fiderit humilis quedam
[illegible] pinguius ornatus assessionis devotio ut amor cognite
veritatis intimis esseat spiritum sanctum adesse non dubito.
Et hoc quoad spiritum sanctum. Et subdit: Si autem perseverans
humile dignetur animi dignius quod semper unice est affectus.

et actibus vindicet et gratia sua apud me vacua non fuit et
mansionem apud eum faciet. Cum pater cum filio veniunt quando
verbum audientes quia spiritus sanctus cohabitat. Quanta putas
cohabitat mansio inter eum et spiritum familiaritatis gratiam oratur
cum tanta de familiaritate fiduciam. Hec Bernardus. Secundo de
2o sciendum quod licet tota trinitas veniat ad animam sancti-
ficandam specialiter tamen hoc attribuitur spiritui sancto quia ipse amor
est vel dilectio quo diligimus deum et ipse nos. Unde ait
sanctus Bernardus in sermone de penthecoste: sicut pater et filius
unum sunt sic et nos per spiritum sanctum unum sumus in ipsis. Et in
hoc unde consistit sanctitas nostra. Unde filius dicit Gratia
est copulata vita in unita consurge. Ex predictis venari possum
unum corollarium quod magis desiderabilis nobis debet esse
adventus spiritus sancti in mentem quam adventus filii in carnem quod
patet tribus. Primo quia adventus Christi in carnem fuit solius
filii quia ipse solus incarnatus est. Adventus autem spiritus in mentem
est omnium trium personarum ut hic patet. 2o quia adventus filii in
carnem fuit solum ad nos et propter nos sed adventus spiritus sancti est
non solum ad nos et propter nos sed et in nos Joh. 14 apud vos ma-
nebit et in vobis erit. 3o quia filius venit ad nos in
celum denuo redditurus et nos in hiis miseriis relicturus.
Sed spiritus sanctus venit ad nos eternaliter nobiscum mansurus nisi
ipsum a nobis peccando repellamus. Joh. 14 Alium dabit vobis
spiritum veritatis ut maneat vobiscum in eternum. Et hoc est quod hic
dicitur: Et mansionem apud eum faciemus. Tercio de tercio scien-
dum quod spiritum sanctum alicui inesse certitudinaliter scire non pos-
sumus. Unde spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis
sed nescis unde veniat aut quo vadat Joh. 3o. Coniecturaliter
tamen possumus colligere aliqua signa per que quomodo vitatis i. aliqua
coniecturaliter possimus spiritum sanctum alicui adesse vel inesse. Et hoc
differenter secundum triplicem statum scilicet incipientium proficientium et
perfectorum. Nam secundum hos triplices status eorum spiritus sanctus
dissimiliter in hominibus operatur. Et secundum hoc diversa signa acci-
piuntur. Dicit enim Bernardus in sermone de penthecoste: spiritus quondam
cum sic apparebat signis visibilibus spiritus sanctus declarabat
suum adventum. Nunc autem signa que spiritualia sunt eo vel minus
magis signa et magis videntur spiritui digna. Nam spiritus sanctus
spirat inspirat replet. Spirat quo ad incipientes. Inspirat
quo ad proficientes et replet quo ad perfectos. Signa autem spiritus
sancti quibus spirat quo ad incipientes secundum Bernardum in sermone.

de omnibus suis sunt tamen Primum est dolor de culpa preterita. Ca
ut dicit Bernardus Spiritus sanctus odit sordes nec habitat ubi
amaritudo subditos peccatis Cum enim eius primum est peccata repellere
et primum est odire peccata in nec in sensus donicalis morte
ambo possunt sordes et tanta mundicia Sicut de luce et
tenebris que non compatiuntur se in eodem cum pressio. sic mutuo
se expellunt. sic habitat compunctio quam esse de peccatis signum
est ad esse spiritum sanctum Secundum signum est secundum Bernardum est
firmum propositum cavendi futura mala et peccata cum effectu quod
imbecillitatem humanam est conatu suo nisi spiritu sancto virtutem
fortia ad minuate et per gratiam assistente liberante a ...
qua facta est firmus per aditer pie et recte vite ve
niri amorem labi non potest. Tertium signum secundum Bernardum est
promptitudo boni. Nam secundum Gregorium Amor dei qui est spiritus
sanctus numquam est ociosus operatur enim magna si est. Cum
autem operari renuit amor non est. Unde dicit Bernardus
in sermone de penthecoste Ad faciendum bonum spiritus sanctus nos
monet docet et monet. Monet memoriam, et docet
racionem et monet voluntatem. promptitudo enim boni operis signum
est spiritus sancti spirantis. Et hoc quo ad incipientes. Quo
ad proficientes non sunt tamen alia signa quibus cognoscitur spiritus sanctus
esse in eis. Primum signum est frequens instancia contra venia-
lia non solum de peccatis mortalibus ymo et de venialibus. Cuius
racio est quia sicut spiritus sanctus opponitur peccato mortali ita
fervor caritatis qui est a spiritu opponitur peccato veniali in
ipsum abitum expellat ne spiritui sancto displiceat. qui oculos
cordis affectus mundificat nec minima peccata palea intra cor
quod possidet patitur residere. sicut ignis subtilissime corripit
totus comburit spiritus suavis et dulcis ut dicit Gregorius in
moralibus. Cum igitur frequens contra venialia fiat a spiritu sancto
per fervorem caritatis signum est ad esse spiritum sanctum. 2m signum
est cupiditatis diminucio. Quanto enim caritas magis augetur
tanto cor magis a temporalibus elongatur. Et quia in proficien-
tibus caritas semper augetur. sequitur quod cupiditas in eis semper
minuitur. Unde Augustinus super Genesim contra Manicheos Radix omnium
bonorum est caritas. Et radix omnium malorum est cupiditas
Et simul ambe esse non possunt. Quia nisi una radicitus
evulsa fuerit. alia plantari non potest sine causa
aliquis conatur ramos incidere. si radicem non contendit e-
vellere. Caritas ergo roborata non cessat cupiditatem radicitus

extirpare. Unde Aug. in li. 83. q. q. 78 dicit quod caritas
venenum est cupiditas, nutrimentum et imminutio caritatis et di-
minutio cupiditatis. Tertium signum est studiosa mandatorum
Christi observatio, tamquam certum est. Extrema observatio mandatorum
sine vera dilectione esse non potest. Iuxta illud quod in capite
huius thematis dicitur: Si quis diligit me sermonem meum
servabit, cuius dilectionis patris et filii dicitur. Quantum ad perfectos
vero sunt alia bona signa ex quibus cognoscitur sanctus spiritus
eos replevisse. Primum est divine caritatis manifestatio.
Cum enim spiritus sanctus sit spiritus veritatis, primum est sibi docere
omnem veritatem ut patet ex superioribus. Et inde in quocumque
fuit spiritus sanctus per aliquas revelationes divinorum secre-
torum se pandit. Et hoc convenit ei ex proprietate amoris. Amor
enim est causa revelationis, et ideo revelat et communicat
quis amico secreta sua, quia non ardens ponere ea ante
eo quod est ipsius. Amicus enim est quasi alter ego. Unde
Richardus li. o de contemplatione dicit sic: Extrema subtilitates di-
vinarum revelationum divine sit manifestatione dilatione et
cognitis spiritus sancti indicium. Unde Ihesus: Iam non dicam vos servos
sed amicos, quia omnia quecumque audivi a patre meo
nota feci vobis. Et subdit: Cum igitur signum tibi sit
quia dilectio tua ita diligis si ad thesauros secretis
non dum vocante sequi merearis. Ergo agnitio sensus divini
tibi signum est perfecte dilectionis et spiritus sancti si thesauros
revelationes mereri percipere. Secundum signum aliquem re-
pletum esse spiritu sancto est incepl. timere nisi solum deum. Dicitur
enim 1 Ioh. 4: Perfecta caritas foras mittit timorem. Et d
exponens Bernardus super Cant. sermone 8. Caritas inquit p sui
est cavere timere. Hec autem penale non est timor aut penam
est cum timore caritas. Caritas enim beatos effi-
cabit. Et subdit: Terminus cum timebit. Caritas cum beatos effi-
ciat, non patitur. Ad hoc potest applicari illud Ps.: Si ambula-
vero in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu
mecum es. Ubi premoritur, semper dicitur. In Cassiodoro et
sancto Laurentio. Et quia perfecta est in nobis per spiritum sanctum, iuxta
illud Rom. 5: Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per
inhabitantem spiritum sanctum in nobis, patet quod signum spiritus sancti est
inexpl. preter deum timere. Ad hoc facit quod dicit Apostolus
2a Cor. 3: Ubi spiritus ibi libertas. Spiritus libertatis non
stat cum timore servili. Igitur ubi spiritus sanctus ibi nullus

timor nisi dei. Unde est quod apostoli et alii martires spiritu
sancto repleti omnes terrores regum et principum et tyran-
norum amore dei pro nichilo habuerunt. Tercium signum est de-
siderium dissolucionis ut videlicet homo ex vehemencia
divini amoris cupiat dissolui et esse cum Christo. Nam spiritus
sanctus ignis quem replet semper sursum [illegible] vergit ad lo-
cum suum, i. ad celum, et hoc per amorem et desiderium.
Et nos pulsare declarat Augustinus 13 Confessionum loquens de
spiritu sancto pertractans illud Genesis 1o: Spiritus domini ferebatur
super aquas. Ponderibus suis inquit aguntur omnia et petunt
loca sua: gravia deorsum ut lapis, levia sursum ut ignis.
Hec contra loca sua sunt inquietata. Per quod est pondus
in corporibus est amor in spiritibus. Unde ait: Amor meus pon-
dus meum, eo feror quocumque feror. Et subdit: Dono tuo
domine, i. spiritu sancto, incendimur et sursum
ferimur, inardescimus et imus. Ascendimus ascensiones in
corde. Igne tuo bono inardescimus et sursum ferimur
ad pacem Jerusalem. Hec Augustinus. Ex quibus patet quod spiritus sanctus quo
levat mentem ad desideria superiora. Et hoc etiam
ostendit Richardus in prologo li. de trinitate, ubi dicit sic: Ad hoc
ascendit Christus in celum ut provocaret et nos post ipsum tra-
heret desiderium nostrum. Ac Christus misit nobis spiritum suum ut
nos levaret post ipsum. Ut quid enim ascensionis
doctorem et ductorem spiritum exhibuit nisi quia ascensio-
nem in celum spiritualem esse voluit. Hec ille. Felix ergo
anima que dicit cum apostolo: Cupio dissolui et esse cum Christo,
que [illegible] signum cum spiritus sanctus replevit. Et nos
illo nobis [illegible] dignetur, qui [illegible] vult [illegible]

De festo trin. etc.

Cum venerit paraclitus spiritus veritatis,
ille te quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis,
qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Johannis 15°.
Quamvis istud evangelium sit in dominica infra octavam ascensionis
expositum fuit, quia tamen idem evangelium ecclesia legit in festo
trinitatis, non pretereo particula illa que faciunt ad presentem
[illegible] hodierna festivitate resumere. Et de sanctissima trinitate
[illegible] ipsa [illegible] debet ad laudem sua aliqua concurre-
re. Supposito igitur propositis [illegible] que superius dicta
sunt in [illegible] misterium beatissime trinitatis [illegible]
invenit. Primum est diversarum personarum pluralitas. 2m
est [illegible] divine unitatis. 3m est testimonium [illegible]
Primum notatur in [illegible] personarum distincta nominacione. Secundum

cum sit persona patris. Cum dicit: A patre, nominat et fi-
lius implicite vi relacionis. Et idem sit eo quod dicit: Ego
cum persona loquentis. Nominat et spiritus sanctus expresse cum dicit:
paraclitus. Et iterum spiritus veritatis. 2m. Istis verbis innuitur
ambarum personarum emanacio et modus. Quod enim filius e-
manat a patre tangit in eo quod dicit: Quem ego scilicet filius
mittam vobis. Quod autem spiritus sanctus emanat a patre ex ipso
se dicit ibi: Qui a patre procedit. Et quod nichilominus proce-
dat a filio innuitur in eo quod dicit: Quem ego mittam vobis a
patre. Non enim filius alia persona mitteret, que non ab eo pro-
cederet. Ex hinc autem emanacionis et modus elicitur in omnibus
[illegible] personis unitatis. Emanat enim filius a patre per modum
intellectus. Spiritus sanctus emanat a patre per modum voluntatis. Et
intellectus et voluntas non dicunt diversas substancias in anima. Verum
etiam quod congruit intellectui et amen qui producit in
voluntate non diversificant substanciam. Et si hec in anima nostra multo
magis in simplicissima divinitatis substancia, ut patet in ista per-
[illegible] ... mauadi tollitur ... [illegible] tendi-
tionis. 3m testimonii veritas notatur in eo quod dicit: Ille testi-
monium perhibebit de me. Et licet hoc attribuatur spiritui sancto unde
et spiritus veritatis dicitur, commune tamen est omnibus personis
testificari veritatem. Unde in talibus propositionibus unius persone
non excluduntur alie secundum Augustinum, sicut ibi: Ego et pater
unum sumus, Joh. 10. Non excluditur spiritus sanctus. Unde Joh.
4o ubi dicit: Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est
veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo. Vel
si cuique placet compendiosior sermonis huius ingressum
sumat pro themate eandem auctoritatem iam allegatam, ubi pre-
missa tria aptissime innuitur. In die [illegible] Trinitatis sermo

Tres sunt qui testimonium dant in celo pater verbum
et spiritus sanctus. Et hii tres unum sunt. Joh. 5o. Verba ista
accipi possunt in duplici sensu. Primo in sensu quo tota tri-
nitas simul perhibet testimonium Christo quod ipse sit veritas id est verus
filius dei. 2o in sensu quo in eis revelatus perhibet testi-
monium nobis quod deus sit trinus et unus. Secundum quod ad primum
sensum beatus Johannes aquila celestis inducit verba ista
in quibus reserat nobis misterium sublimissime trinitatis quo-
ad tria. Primo reserat nobis divinarum personarum ineffa-
bilem trinitatem cum dicit: Tres sunt. Et postea: Pater
verbum et spiritus sanctus. 2o aperit nobis divine essencie

inseparabilem divinitatem eius subdit. Et hii tres unum sunt. Ecce insinuat nobis testimonium certitudinem infallibilem veritatem eius exponit eciam testimonium quod dant in celo. Sed quia unum ponuntur simul, primo prosequamur de divine essencie unitate. Quod autem substancialiter sit unus probatur tam auctoritate scripture quam eciam racione. Auctoritate quidem dicitur Deut. 6. Audi Israel dominus deus tuus unus est. Item Mala. 2o. Nunquid non unus creavit nos. Item Ad Thi. 1. et vi. 6 unus et solus potens rex regum et dominus dominancium qui solus habet inmortalitatem et lucem inhabitat inaccessibilem. Exu[?] ubi trinitas Aug. 9 li. de trin. c. 6o dicit sic In quibus verbis neque pater ipse nominatus est nec filius nec spiritus sanctus sed beatus et solus potens quod unus est et solus deus ipsa trinitas. Racione et probatur idem

15 Rich. 1. de trin. c. 11 sic dicens Divinitas vel divina substancia aut incommunicabilis aut communicabilis. Si incommunicabilis habetur propositum quod non est nec esse potest nisi unus deus. Si communicabilis tunc ipsa substancia divinitatis aut erit communicabilis pluribus substanciis tunc una et eadem substancia erunt plures substancie et plures una quod esset impossibile. Si vero dicitur pluribus suppositis seu personis tunc illis personis erit substancia una. Et hec est veritas fidei nostre. Sive ergo una tantum persona sive plures ponantur in divinitate patet quod non erit deus nisi substancialiter unus. Hoc autem idem ab aliis sic deducitur. Si ponuntur plures dii aut sunt eiusdem nature aut non. Si non sunt eiusdem nature tunc si unus est deus alius non est deus. Ille enim qui erit deus habebit divinam naturam. Alius qui habet diversam naturam non habebit divinam naturam. Ergo ponuntur duo sed quod non habet divinam naturam non est deus. Si autem habent eandem naturam solo numero indiviso idem non esse deus. Et sunt simpliciter sicut natura et esse tunc habebunt unum esse et sunt unus deus. Et sic illa duo non erunt duo dii sed unus deus.

¶ Secundum autem ad 2m quod in unitate substancie sit trinitas personarum hoc credere et sentire debemus ex tribus. Primo ex sacre scripture attestacione. 2o ex divine bonitatis communicacione. 3o ex creaturarum representacione. Primo in qua hoc patet auctoritatibus sacre scripture tam veteris quam novi testamenti. Dicitur enim Gen. 1o Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. In hoc quod dicitur faciamus in plurali datur intelligi pluralitas personarum. In eo autem quod dicitur ymaginem in singulari non ad ymagines designat unitatem substancie. Item dicitur Benedicat nos deus deus noster et benedicat nos deus. Ps. Benedicat nos deus.

et metuant eum omnes fines terre. Ter dicitur deus propter trinitatem
personarum. Et semel dicitur eum simul propter unitatem
substancie. Item ysayas audivit seraphin clamancia ter-
cius sanctus sanctus in laude trinitatis. Et tamen sub singularitate sunt
dominus deus sabaoth ut patet in vi° capitulo. Mathei ultimo dicitur: Docete omnes
gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus
sancti. Dicit in nomine non in nominibus. In quo eciam insinuat unita-
tem substancie ut patet Joh. 17. In auctoritate premissa Eu benedicat vbi
omnes tres persone implicat ut declaratum est ut patet. Apostolus
Rom. 12. Ex ipso per ipsum et in ipso sunt omnia. Item
tangit eciam Boecius omnia per que omnia in quo omnia. Importat
tamen eciam hoc per nomen ipsum unitatem substancie importat. Tres
illa ubi hoc per nomen ipsum unitatem substancie importat tres
non proposiciones distinccionem personarum indicant. Item
dicitur j. Joh. 5°. Tres sunt qui testimonium dant in celo ut
dicitur in auctoritate prima assumpta. Racionibus autem patet trinitatis per-
sonarum in unitate substancie racionibus sacre scripture. Primo hoc patet
per racionem communicacionis bonitatis eius, bonum enim
est diffusivum sui. Divine bonitatis communicacione, duorum
bonum est summum diffusivum vel communicativum summe et
infinitum et summum bonum summe et infinite se communicat. Sed non
potest se summe communicare extra in creaturam, quia ille sunt finite
et sic finite communicacio extra in finite admittitur. Convenit autem se
oportet autem quod se communicet summe et infinite ut in creaturam infinite
extra sui ipsius ymaginem vel vestigium creaturis infinitum
ut patebit. Intra autem se communicat essenciam suam communicando
et hoc personam aliam in eadem essencia producendo. Et hoc est quod
dicit Dyonisius de divinis nominibus c. 4°. Quod divinus amor non
dimisit ipsum deum in se ipso sine germine manere. Supra quo verbo
dicit Vercellensis: Cum ipsum causa sit plenitudo bonitatis
et per hoc caritatis et necesse sit ut amor in alterum tendat
ut caritas esse queat. Summa autem et ordinata caritas est.
Oportet ergo esse divinam aliquam
non potest nisi summe diligere. Oportet ergo esse divinam aliquam
personam patrem scilicet filii qui a patre accipit unde habet
omnia. Secundo ex eadem plenitudine caritatis omnia procedens
et ita bonus amor ut beata plenitudo caritatis
in deo perpetue eternaliter donum non permisit manere sine germine id est filio.
Ricardus li. 3° de trinitate
filia. Hec ille. Causa summam ponit Ricardus li. 3° de trinitate
c. 2°. Plenitudo in quid bonitatis divinitatis non potuit
esse sine plenitudine bonitatis. Bonitas autem esse non
potuit sine caritatis plenitudine. Nec caritatis plenitudo
sine diversarum personarum pluralitate. Summam enim dileccionem
divina persona exhibere non potest, quia persona carere
et ut Ricardus idem diffusius declarat. Sed dicens: Ex pre-
missis satis clare potest patere quod oportet in divinitate plures
ponere personas in unitate essencie. Sed quia quod oportet ea

plures quam duas et qua ratione 2a persona sit filius et
tercia sit spiritus sanctus ex dictis non dubium clarere potest considerando
primum intencionem beati Augustini 9 de trinitate c. ultimo ubi ponit deum esse
No[ta] intelligentem et per consequens volentem nullus dubitat. Cum ergo
illud quod intellectus concipit sit similitudo rei intellec-
te eius speciem representans quedam ymago rei esse videtur.
Et sic cum intellectus intelligit aliud a se res in-
tellecta est sicut pater verbi in intellectu non concepti. Ipse enim
intellectus magis gerit similitudinem matris cuius ut in
ea fiat concepcio. Cum vero intellectus intelligit seipsum verbum
conceptum comparatur ad intelligentem sicut proles ad patrem. Unde
Augustinus 9 libro supra: Omnis res quamcumque cognoscimus congenerat in
nobis noticiam sui. ab utroque enim paritur noticia a cognoscente
et cognito. Itaque mens cum seipsam cognoscit sola parens est sue
noticie. et cognitum enim et cognitor ipsa est. Hec Augustinus.
Secundum hoc quod deus seipsum intelligit sed quia ipsum verbum quod
deum eius est verbum sicut filius ad patrem
parit. Ad ipsum intelligere enim ipsius dei est esse eius. Unde verbum procedit
intelligere cum ipsius dei est esse eius unde verbum procedit
adeo ingenitum est intelligens procedit ingenitus est genitus. Et sic
verbum habet eandem essenciam et naturam quam habet intellectus
concipiens. Et ipsum quod recipit naturam in rebus viventibus
dicitur generacio. Et filius verbum divinum dicitur genitum
et filius. Et ne audiens aliquis nomen patris et filii car-
nalem suspicaretur generacionem evangelista loco filii posuit ver-
bum ut significaret generacionem intellectualem.
Joh. 1o In principio erat verbum. Et sic patet quare 2a persona dicitur filius
agnoscamus. Et sic patet quare persona. Racio est quia
naturale autem expetat adiungere terciam personam.
Deus non solum est intelligens sed etiam volens. Postquam autem
in eternitate deus intelligendo se produxit filium ut dictum
est, sicut pater amat filium et filius patrem. Et hic amor
est spiritus sanctus. Amor autem sive voluntatem est. Unde dicit
[Sic in omnibus] spiritus sanctus est amor
[operibus [illegible] doctrinis] Augustinus 9 de trinitate quod spiritus sanctus est summa caritas coniungens
[est] utrumque scilicet patrem et filium. Aliter hoc declarat Richardus 3 de tri-
nitate c. 11o et deinceps ponit naturam secunde persone ut dictum est
oportet quod sit duobus. Sicut est una summa bonitas sic et una
summa benivolencia. Summe autem et perfecte benivolencie
est omnem plenitudinem sue habundancie in quem deducere
ut congaudere possit amor in mutua dileccione. Caritas oportet
cas aliquem condilectum habere. Si enim soli duo essent. bonita-
tas aliquem condilectum habere. Si enim soli duo essent boni
quidem alterutrum magnitudinis sue divicias communicarent

trino non sunt. Et nunc oportet utrumque patri verbo condilectum esse
et hec est tercia persona. Unde dicit Augustinus 15° de trinitate c°
17 quod proprie quedam communis patri et filii est amborum spiritus
Et sic patet quare tres. Quare autem ista tercia persona dicatur
spiritus sanctus sic est videndum. Nam in rebus corporeis nomine spiritus
impulsionem quandam et motionem significat unde flatum et ventum
spiritum appellamus. Est autem proprium amoris quod moveat et impellat
voluntatem amantis in amatum. Igitur cum ista persona amor sit
ut dictum est recte spiritus nominatur. Item quia res deo attribute
sancte dicuntur et spiritus sanctus huiusmodi amoris procedens habet
sanctificare creatas secundum Hugonem. Igitur convenienter spiritus sanctus nominatur
Circa hoc idem quod trinitas personarum sit cum unitate sic patet
ex creaturarum representacione. Creature autem sunt duplices. Nam
quedam sunt irrationales et ille impersonaliter et indistincte re-
presentant unitatem divine essencie et trinitatem personarum ut simi-
litudo pedis representat speciem qualis et non in individuo. Unde
creatura irrationalis est vestigium dei que representat deum ipsum
in unitate essencie et proprietatibus non ipsas significantes ut
potenciam, sapienciam et bonitatem. Dei potencia in creaturarum
multitudine. Dei sapiencia in creaturarum ordine et disposicione.
Dei bonitas in creaturarum bonitate utilitate et pulchritudine. Alia est
creatura racionalis. Et hec perfecte et distincte representat divine
essencie unitatem et personarum trinitatem sicut similitudo
faciei representat in individuo. Et hoc est passus sequens in
... representat in individuo de testimonio istarum trium per-
sonarum. Firmiter tenendum est. Cum enim tres sunt persone
harum in fallibili veritate quia cum in individuo dant
una tenere substancia et per hoc unum et individuum dant
testimonium quod perfecto verius et solidius est omni testimonio
testimonium. Nam ubi in testibus est vera pluralitas vera co-
pparatio per hoc. Nam ubi in testibus ... incommoda in perpetua
conformitas et conformitatis sine in consor... Et hec
veritas ... in nullo testimonio sit solidissima veritas. Et hec
... sic testimonium tante autem
plenum verum in beatissima trinitate. Cuius testimonium tante autem
tenitatis sufficit quod preter omnia alia testimonia confirmant
quod persone iste dant testimonium. Unde de trinitate
Et quale testimonium testes isti dant testimonium
quod Christus est. Unde dicebat ipse Christus in nubibus passurus
quod Christus est. Unde dicebat ipse Christus
ille testimonium perhibebit de me. Perhibent autem tres persone te-
stimonium in celo coram omnibus angelis sanctis qui ibi clare co-
gnoscunt visione in trinitate quod Christus verus sit dei filius
quod nos hic cognoscere non possumus nisi per fidem qua ipsa eadem
trinitas nos illuminat ut credamus vel aliter ipsa quam fit in celo

dant. Hic nobis intra testimonium quod Christus est filius dei/
nam pater de celo loquens dicebat Hic est filius meus
dilectus in quo michi bene complacui ipsum audite Mt 17 Et
vox apparata est patris licet fuit locutus [illegible] Ipse etiam
filius testimonium dedit de se quando transfiguratus est coram
discipulis suis ubi resplenduit facies eius sicut sol
vestimenta eius facta sunt alba sicut nix Mt 17 Item
quando dixit Ego et pater unum sumus Joh 10 Item quando dixit
Philippe qui videt me videt et patrem meum Non credis
quia ego in patre et pater in me est. et pluribus talibus dic
tis in evangelio testificatus est se esse filium dei Item per multa
miracula que nemo alius faceret nisi esset deus cum eo
vel ipse deus Joh 3o Spiritus sanctus etiam dedit de Christo te
stimonium quando in ipsum corporali specie quasi columba descendit
Mt 3o et quando missus est in discipulos eos corroborando
et omnem veritatem de Christo dicendo quam ipsi sine loquente
eis Christo non intellexerunt Cum ergo testes hii sint suffi
cientissimi firmiter est eis credendum ut dicit hic Glosa
Mr ultimo qui non crediderit condempnabitur.
Tres sunt qui testimonium dant in celo. Nunc 2o verba ista
pertractanda sunt in eo sensu quo mens racionalis [illegible]
testimonium nobis quod deus sit unus in trinitate et trinus in
unitate. Ad cuius evidenciam est sciendum quod moraliter
loquendo per celum intelligitur fidelis anima vel mens [illegible]
[illegible] sicut in celo deus delectabiliter habitare dignetur
[illegible] cum dei habitatio est celum iuxta illud Ps Celum
celi domino terram autem dedit filiis hominum In hac utique celo
id est in mente racionali sunt tres potencie vel vires videlicet
memoria intelligencia et voluntas [illegible] representantes
trinitatem patris et filii et spiritus sancti unde congruentius
dici potest [illegible] Tres sunt qui testimonium dant
in celo id est in mente racionali pater verbum et spiritus sanctus
Et hii tres unum sunt [illegible] celis dantibus testimonium
trinitati dicitur in Ps Celi enarrant gloriam dei Et secundum
hunc sensum in ista [illegible] duo sunt videnda Primo
[illegible] quid ymago et similitudo dei in mente racionali
intendatur 2o quomodo [illegible] dei ymago in tali mente per
ficiatur. Circa primum est sciendum quod sicut [illegible]

Aug(ustinus) in lib(ro) de sancta trinitate in multis locis. Homo factus est
ad ymaginem et similitudinem dei ut dicitur Gen. 1°. Ymo
ipsa est ymago dei secundum mentem qua reperitur trinitas di-
vinarum personarum cuius origo in una substancia increata. Una
substancia autem divina est pater qui est a nullo, filius qui est a
solo patre, et spiritus sanctus qui est ab utroque. Sic in una substancia  No
mentis est trinitas personarum vel potenciarum vel si mavis
dicatur. Trium virium scilicet memoria que a nullo principiatur
assimilatur deo patri. Intelligencia que a memoria per
qua similis est filio. Et voluntas que est ab utroque per quam
similis est spiritui sancto. Unde Aug(ustinus) 9 de trinitate in fine: Est
inquit quedam ymago trinitatis ipsa mens et esse noti-
ciam eius que est proles eius ut ipsa verbum eius et
amor eius. Et hec tria unum atque una substancia nec minor pro-
les dum se tanta novit mens quanta est. Et attendendo quod
huiusmodi ymago est valde oppressa tunc. Et si aliquam obscuratur
per peccatum ymago tamen permanet secundum naturam licet obscura. Ut
per gratiam reformetur et transformetur de forma in formam de
qua transformacione loquitur Apostolus 2 Cor. 3: Nos vero re-
velata facie gloriam domini speculantes transformamur a clari-
tate in claritatem tamquam a domini spiritu. Facies quippe mentis que
est oppressa pravitate tunc revelata est, id est a macula detecta
et lucida. Et tunc in ipsa facie gloriam domini speculamur. dac-  ll
sino sit quod huiusmodi facies est velata. Unde secundum eundem apostolum
vir per quem superior porcio vel mens intelligitur prohibetur
velare caput cum sit ymago et gloria dei. Cum igitur fa-
ciem mentis huiusmodi revelatam tunc in ipsa dei ymagine
quam nos sumus faciem domini lucide speculantes transforma-
mur in eandem ymaginem que videlicet nos sumus transfor-
mur de claritate in claritatem scilicet a forma obscura valde con-
dicionis que tamen clara est in comparacione aliorum animalium
ad formam lucidam glorificacionis divine per gratiam secundum presens
et per gloriam tunc in futuro. Et hunc sensum similiter deducit
Aug(ustinus) 14 de trinitate cap° 8: Licet tanta sit inquiens. Natura
humana in rebus creatis excellentissima que est ymago
ad gloriam eandem ipsam ymaginem transformatur ut gloria
in gloriam cum a suo creatore ab impietate iustificatur
ac si de forma obscura in formam lucidam et formosam
mutatur. Et subdit: Est quippe in ipsa pravitate quanto magis

dampnabile vicium tanto tamen natura laudabilius Et propterea id addit apostolus a gloria in gloriam de gloria scilicet creacionis in gloriam iustificacionis Secundo non ad imponere ad dominum spiritum cuncta agere dei vobis conferre · tam optabilis transformacionis beati hec Aug. contra naturam ad sedem sciendum quod dei ymago in mente racionali duplicatur perficitur Uno modo perfectione naturali ei indita a principio sue creacionis Alio modo perfectione gratuita per actus et habitum virtuose operacionis Secundo est sciendum quod videtur creator rerum deus pre omnibus aliis creaturis in tantum dignificat hominem quod eum sua ymagine insignivit Unde quasi deliberato consilio totius trinitatis ad sua creacionem dictum est Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram Et tante perfectionis et nobilitatis est hec ymago in mente racionali quod deus de potencia sua ordinata non posset facere creaturam sibi similiorem in qua eius ymago clarius reluceret quam in ipsa mente racionali Unde ex nobilitate huius ymaginis homo in tanta dignitate constituitur quod tamquam rex et deus omnibus aliis creaturis prefertur iuxta illud psalmi Omnia subiecisti sub pedibus eius In cuius signum homo solummodo habet staturam et faciem erectam sursum ad designandum quod ymago semper appropinquat ad eum cuius est ymago Exemplum de beato Martino de quo legitur quod oculis et manibus in celum semper intentus erat Cetera non omnia habent staturam et faciem in terram depressam in signum quod appetitu suo solis terrenis inhiant Et quia homo propter hanc ymaginem dei in tantum sublimatus est ultra alias creaturas ita ut etiam condicione approximat deo Hinc est quod eius perfeccionis dignitas excedit comprehensionem omnis humane racionis tamen vel in modico ad eius comprehensionem pertingamus si scire volumus quid sit ista ymago in se et in sua causa

Dicere possumus quod perfeccio et nobilitas huius ymaginis in se ipsa nichil est aliud nisi quedam refulgencia divine claritatis et quedam similitudo impressio sive ymaginis in creatura Si queritur quid sit in sua causa dicendum est quod huius ymago stat in sua causa hoc est in essencia divina in quadam alta speccie et inviolabili statu stat actualiter principaliter et in nobilius reputatis ymagine creata prout est possibile consistere in se ipsa hoc declarare tractatum poposcit longiorem sed sufficiat hec ad presens pauca de cognicione ymaginis in sua perfectione naturali Sequitur de 2o modo quo perficitur perfectione gratuita ut in mola Ad cuius evidenciam est sciendum quod licet statim ut creata est anima

Nota pro ymago dei

rationalis sicut ipse ymaginem tinxerat non tamen ita perfecte
reparatur in primo statu in quo fuit usque nunc. quia virtus
ymaginis magis consistit in illis viribus in quantum sunt
perfecte per actus et habitus quam in viribus suis unde secundum se ac-
cepte. Sicut etiam in corporibus magis ipsa dicitur ymago de-
picta convenientibus coloribus quam delineamentis solum per-
tractis. Rationalis autem ista ymago secundum singulas partes suas
perfectionibus gratuitis super vestita et decorata esse debeat e-
xigentibus. Ita memoria perficiatur continua dei presentia in continuam re-
cordacione. Intelligentia perficiatur sapientia dei perspicua cognitione.
Voluntas perficiatur amoris habundancia et divine dulcedinis
degustacione. Ita quod mens secundum omnes partes ymaginis actu-
ali habitu semper inspiciat exemplar ex quo ymago ei im-
pressa est iuxta illud Inspice et fac secundum exemplar quod
tibi in monte monstratum est Exo. 25. Primum scilicet de memoria
patet per Bern. in li. medita. Reputemus inquit ymaginem dei
in nobis retineamus eam in memoria portemus in conscientia et
putemus ubique veneremur. Et ibidem. Sicut enim nullum mome-
ntum est quo homo non fruatur dei bonitate et misericordia. Sic nullum
debet esse momentum quo eum in memoria non habeat presentem. Et
tempus in quo de deo tuo non cogitas scias te perdidisse. Unde
Aug. nobis in exemplum gratias agit in li. confess. 10. Domine tu dedi-
sti michi hanc dignacionem memorie mee ut maneas in ea
sed ex quo te didici in memoria mea maneres et illic te in-
venio cum reminiscor tui et delector de te et in te. Et subdit.
hee sunt delicie mee quas dedisti in misericordia tua attende-
spiciens paupertatem meam. Secundum scilicet de intelligentia patet
cum sua perfectio ymaginis in mente attenditur. Sic quod mens
cognoscat deum. Ita in tali cognicione ipsa mens deo confor-
tur sicut omne cognoscens in quantum huiusmodi assimilatur cogni-
to. In cognitione vero aliarum rerum et maxime temporalium
minus sic conformatur deo sed magis ipsis rebus. Unde Aug.
1o confess. Infelix plane homo qui novit omnia et te ne-
scit. Beatus autem qui te scit etiam si illa nesciat. Qui vero illa
novit et te non propter illa beatior sed propter te solum beatus. Ter-
cium scilicet de amore. Non enim satis est de deo aliquam habere co-
gnicionem et non amare nec aliquem gustum ex hoc percipere. Unde
Hugo in li. de vanitate mundi. Frustra inquit in
nobis divine cognitionis habundancia crescit si in nobis.

diuine dilectionis flama ignescit. Verus autem amor
non est sine dulcedine, quia feruor amoris est dulcedo
vt dicit Aug. 13 confess. Cum enim ita intelligentia
capit diuine cognitionis illustrat, voluntas ad amo-
rem inflamat, et per gustum diuine dulcedinis
saporat. Et sic ymago dei creata in increata ymagine
transformat. Unde Bernardus in li. de diligendo deum
Oportet nos in hunc affectum quandoque transire. et quo deus non
sine omnia esse propter semetipsum. Sic et nos quoque nec
nosmetipsos nec aliquid aliud fuisse vel esse nisi propter
ipsum et ad solam ipsius voluntatem non ad nostram. Et subdit
O amor sanctus et castus. o dulcis et suauis affectio eo certe
purior et defecatior quo in ea de proprio nichil admixtum relin-
quitur. Eo suauior et dulcior quo totum diuinum est quod
sentitur. Sic autem affici est deificari. hec Bernardus. Et bene
dicit deificari. talem itaque ymaginem sic ornatam sic for-
matam speciosam et decoram sponsus in Cant. dilecta
in ore dulcibus dulcis cum alloquitur Cant. 2° d. Unde
in tuere despectans. facies eius tua decora. Super quo verbo
dicit Bernardus sermo 63. Etiam in quo tamen perficit
ut reuelata facie speculari gloriam dei. et ipsa sponsa
in deum placet sponso eius facies. que dei caritatem in
tenderet. Nec eius illud posset. nisi clara et pura utique
transformata in eandem qua conspicit claritatis ymagine
cum pura pura manu potest veritatem tunc faciem ipsius
sponsus cupiat. Cui nos nobis prestare dignetur.

Pater. Gratia hodie peragitur festum sancte trinitatis
Quodcirca verbum istud inter alia verba thematis positum
exponendo ad statum trinitatis retorquendo est sciendum quod est
Verbum pater in diuinis accipitur dupliciter. Uno modo personaliter pro
ut pater est una persona in diuinis distincta contra filium
et spiritum sanctum per actiuam generacionem. quia genuit sibi filium deo
consubstancialem dominum nostrum ihesum christum. De quo omnis paternitas
in celo et in terra nominatur. Ephe. 3. Alio modo accipitur pater sub
stancialiter. prout includit totam trinitatem. Et sic deus tota
trinitas est pater. non tamen omnium sed hominum per creacionem. sed
specialiter fidelium per adopcionem. Hanc utramque accepcionem
paternitatis dominus inter complexus est cum dixit Joh. 20. As-
cendo ad patrem meum et patrem vestrum deum meum et deum
vestrum. Patrem scilicet meum per actiuam generacionem. et patrem vestrum per
creacionem et adopcionem. Cum autem et isto secundo modo tota trinitas

etiam sit pater vel quantum ad naturam assumptam in for-
ma servi. Respondeo igitur modo quo deus pater est pater
dei filii eterna generatione est istud quod dominus dixit ad me
filius meus es tu et ego hodie id est eternaliter genui te. Deus
enim pater dixit ad filium gignendo ipsum verbum eternum. Et
hoc dicit filius meus es tu in quantum consubstantialis. Ego hodie id est in
eternitate genui te. Alio modo quo pater specialiter dicitur
est illud Joh. 10 Ego et pater unum sumus ut sit sensus
Ego scilicet filius et pater et spiritus sanctus nos in plurali tres per-
sone unum sumus in essentia. Item sicut dicit Aug. 7. lib.
de trin. c. 9. 12 et 13 plerumque personis singulis nominatis dicitur
quedam non tamen taliter ut separate intelligantur propter unitatem
trinitatis unamque substantiam atque divinitatem patris et filii et
spiritus sancti. Ubi igitur ut dicit dominus Qui diligit me diligetur
a patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum.
Numquid hic quia non dixit ostendam ei et patrem ideo separatur
pater? non utique. Sed cum ait manifestabo ei me ipsum intelligitur
trina manifestatio et patrem. Ita et ubi dicit Apostolus de
Christo cum tradiderit regnum deo et patri intelligitur quod
non adimitur sibi quia et ipse regnet cum patre simul
et spiritu sancto. Dicit et ubi ait Si quis diligit me sermonem
meum etc. usque mansionem. Numquid ab hac mansione excluditur
sed est spiritus sanctus? non utique ab hac mansione separatus
est de quo dictum est in vobis manet et in vobis erit.
Similiter et alibi dicitur ipse enim pater amat vos. Se
utique ipse non separat sed secundum quod dictum est plerumque ita
nominavit unaquaque persona ut et alie illic intelli-
gantur. Sic enim dictum est ipse enim pater amat
vos ut enim intelligatur et filius et spiritus sanctus.
Sic et hic ubi dicitur Ego et pater unum sumus subin-
telligitur et spiritus sanctus. Hec Aug. in summa. Eodem modo
in themate proposito ubi dicitur pater subintelligitur
filius et spiritus sanctus. Circa tali subintellectione ista dis-
tinctio est attendenda quod ubicumque pater vel alia
persona ponitur essentialiter semper intelligitur et alie
persone non exclusive sicut patet in omnibus aliis ex
supradictis. Secundus ubi ponitur aliqua persona notionaliter
tunc nulla alia persona subintelligitur sicut in proposito
preallegato Filius meus es tu ego hodie non subintelligitur

spiritus sanctus quod ipse genuit vel genitus sit. Et sic in multis
locis scripture similibus modis tamen, ubi due persone
principaliter et vocaliter exprimuntur. Etiam non quod excludit
dicit ibi ad veniet paraclitus etc. qui a patre procedit,
et sic dicitur. quia spiritus sanctus procedit a patre et non
exprimitur quod eciam a filio sed nec negatur. Secundum Augustinum super
Johannem cum dicitur a solo patre vel a patre vel a patre
non filio agitur non quod excludit filium procedit cum a filio
sicut et patre. Sed dicis cur dixit a patre procedit quod
non adiunxit etiam a filio. Dicendum quod filius virtute spira
tiam habet a patre. ideo totum refert ad patrem tamquam ad
fontale originem. Etiam ideo non adiunxit de quo filio quod
[illegible] iam [illegible] dixit. Dicitur cum Cum venerit
[illegible] iam [illegible] dixit mittam. sed dedit intelligere quod ab
[illegible] ideo quod dixit mittam patris et
eo procedit. Notandum autem quod hoc nomen pater pro prius est
conveniat deo supposito persona quam acceptio essen
tiali ut sic est videre. Nam perfecta ratio paternitatis et
filiationis invenitur in deo patre et deo filio. quia patris
et filii est una natura et una gloria. Sed paternitate quod deo
et filii est una natura et una gloria. Sed paternitatis et
dicitur pater creature non invenitur tota ratio paternitatis et
filiationis eo quod non sunt eiusdem nature creator et creatura
sed per aliqualem filiationem. que quanto perfectior fuit tanto
propinquius accedit ad veram rationem filiationis. Unde aliquas
creaturas deus dicitur pater per similitudinem vestigii tantum. Sic
irrationabilium creaturarum secundum illud Job 28. Quis est pluvie
pater aut quis genuit stillas roris. Aliquarum vero crea
turarum scilicet rationalium dicitur pater secundum similitudinem ymaginis
secundum illud Deut. 32. Numquid non ipse est pater tuus. Aliquorum
vero deus dicitur pater secundum similitudinem gratie. qui dicuntur
filii adoptivi secundum quod ordinantur ad hereditatem eterne glorie
secundum illud Rom. 8. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro quod
sumus filii dei. Aliquorum autem dicitur deus pater secundum
similitudinem glorie. prout iam hereditatem glorie possident
secundum illud Rom. 5. [illegible] dicitur in spe glorie filiorum dei. Ex
quo patet quod prius et magis proprie dicitur paternitas in
divinis secundum quod importatur respectus persone ad personam in
eterna generatione. quam secundum quod importatur respectus a patre
ad creatorem. Et una prius excellit cum omnes generationes
bonitate. quia ipsa est eterna, alia temporalis. Item perfectionis
principalitate que sunt perfectarum paternitas. Alia accipi.

per similitudinem. Similiter autem qualiter homo ad istam dup-
licem consideracionem paternitatis divine debeat se habere. Dicendum
quod deus pater sub prima consideracione est a nobis summe ado-
randus et venerandus secundum quod fecit omnia. Apostolus Ephe. 3° ubi Nota
ait: Hujus rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri
Ihesu Christi, ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur.
Est autem iste pater sic personaliter sumptus adorandus et be-
nedicendus, una tamen adoracione cum filio et spiritu sancto. Unde
cantat ecclesia: O adoranda trinitas et benedicenda unitas. Propter
quod etiam precie omnes oraciones dirigit ad patrem, sed semper
concludit ad totam trinitatem. Ut in fine collectarum dicitur: Per
dominum nostrum Ihesum Christum filium tuum etc. Pater autem deus sub
secunda consideracione prout sumitur essencialiter est a nobis summe dili-
gendus. Circa tertium paternitatis sub ista consideracione attendendum
respectu creaturarum ad deum secundum aliquam similitudinem
ut dictum est. Et quia inter omnes creaturas nulla est que
habeat tantam similitudinem ad deum quantum ad representacionem
trinitatis sicut homo, licet enim in angelo propter nature simplici-
tatem sit expressior similitudo ad deum quam ad hominem
quantum tamen ad representacionem trinitatis divine, sed quod homo non
solum habet similitudinem ad deum sed et ymagine dei est in-
signitus, ymo est ipsa ymago dei representans trinitatem, eciam
plures trinitates sunt in homine quam in angelo. Unde
quo ad hoc Psalmus etiam dicitur ymago trinitatis. Igitur si
similitudo sit causa amoris et homo in omnibus rebus
creatis nichil sibi simile possit invenire cum sit ymago
dei patris, quod deus pater qui talem et tantum fecit hominem
ab eo summe est diligendus, ymo totus amor hominis in ipsum
deum est convertendus. Et hec est causa quare deus preceptum
dilectionis ita ita inedificavit dicens: Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo etc. Circa etc. ex quo nobis persuaden-
tum debet. Circa ipse deus propter similitudinem et ymaginem
rationem suam ipsa inditam in homine pre ceteris creaturis miro
modo diligit hominem, ita ut etc. filium suum unigenitum
in fratrem et servum in patrem hominum dare voluit. A nobis
pater etiam vocari in oracione dicendo Pater noster. Iste deus
nimia et ineffabili dilectione dedit ad nos, dicit Apostolus
Ephe. 2° propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos deus
misit filium suum etc. Dicit sic: Nemo amator carna-
lium et sic sit super modum in palmis ita ardescere per amorem
dilecti sui quemadmodum deus diffunditur in amore carnis

amare dignum q° est nos amore deo rependere unde
Bernardus de dilectione Sic inquit deus dilexit nos
tantos tam et gratis tantillos et tales dignos plane
qui redimeret Ad hoc hortatur Augustinus in libro de Cathezi
zandis rudibus Anima inquit amatoris tui qui amore
tui amoris descendit in uterum virginis et ibi amorem
suum amori tuo copulavit humiliando se sublevando
te et sublimando etc Est ergo iste pater noster deus a
nobis multum imitandus unde in alia composita dicitur
Estote misericordes sicut et pater vester misericors est Lu
ce 6° Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur ad quam
nobis prestare dignetur etc

Expedita cum dei adiutorio tribus partibus huius operis scilicet de tempore ad aduentus christi et incarnationis In prima parte de tempore vero conuersionis In secunda parte de tempore vero redempcionis In tercia parte restat nunc accedere ad quartam partem que respicit tempus predicacionis christi et vero ad euangelia perfectorum cum dicionis ¶ Perfectorum autem euangelia versantur circa tria scilicet circa opera pietatis circa consilia humilitatis et circa opera precepta caritatis Hec cum tria principue docuit dominus in ewangelio Et secundum hoc tota ista pars subdiuiditur in tres partes principales ¶ In quarum prima ponitur de operibus pietatis Et hoc ab ista dominica prima post penthecosten ewangelio videlicet Estote misericordes vsque ad ewangelium dominice decime Duo homines ascenderunt in templo ¶ In secunda agitur de consilijs humilitatis et hoc a predicto ewangelio Duo homines vsque ad ewangelium dominice xviij ibi Accessit ad ihesum phariseus ¶ Et ibi incipit tercia pars in qua agitur de preceptis caritatis ¶ Et durat vsque ad aduentum

¶ Circa primam partem est sciendum quod pietas ad omnia vtilis est secundum apostolum i. Thim. iiij ¶ Et secundum Ambrosium et habetur ibidem in glosa Summa disciplina christiane in misericordia et pietate consistit pietas autem attenditur in multis et principue in nouem secundum ad propositum nostrum ¶ Et secundum hoc diuiditur ista pars in nouem partes ¶ Primo pietas attenditur in passione et proximorum miseracione ¶ Et de hoc agitur in ewangelio dominice prime Estote ¶ 2° in actu liberalitatis magnifica cogitatione de hoc in ewangelio 2e dominice Homo quidam fecit cenam magnam ¶ Tercio in et euasione mali proximi congratulatione ¶ Et de hoc agitur in ewangelio tercie dominice ibi Erant appropinquantes publicani et pharisei vbi agitur de dragma perdita et inuenta ¶ Quarto in salutis animarum procuratione ¶ Et hoc in ewangelio quarte dominice ibi Cum turbe irruerent ad ihesum vbi agitur de piscatura petri Cui dictum est Ex hoc iam eris homines capiens ¶ Quinto in offensarum dimissione et offensarum reconciliacione De hoc in ewangelio dominice quinte ibi

Cum turba multa esset cum ihesu ubi agitur quo
domus pavit quinque milia hominum. Septimo in prospere
hominum prudenti dispensatione et emittatione. Et hoc
in ewangelio dominice septime ibi Attendite a falsis prophetis
ubi subditur a fructibus eorum cognoscetis eos. Et
ita pietas fuit contra erga malos sicut erga bonos. Et
octavo imminet mali sicut proximi prudenter
caveat. Et hoc in ewangelio octave dominice ibi Homo
quidam erat dives ubi agitur de villico iniquitatis quem
laudavit dominus quia fecerat sibi amicos de iniquo
mamona sicut erga se ipsum. Nono et ultimo in mi-
seriis proximi lacrimosa compassione. Et hoc in ewangelio
dominice none ibi Cum appropinquaret dominus iherusalem vi-
dens civitatem flevit super illam. Tunc sequitur
secunda pars in qua agitur de consiliis humilitatis. Et di-
viditur in quinta divisione in duas. Prima primo agitur
de humilitate cordis contra superbiam spiritualem. Et hoc in
ewangelio dominice decime ibi Duo homines ascenderunt
in templum ut orarent. Secundo de humilitate operis contra
superbiam mundialem. Et hoc in ewangelio dominice 11e ibi
Cum intraret ihesus ubi subditur Cum vocatus fueris ad
nuptias. Et utrobique concluditur Omnis qui se
humiliat exaltabitur. Prima in sex quia primo fuit
ut dictum est. Secundo agitur de humilitate contra superbiam
intellectus. Et hoc in ewangelio dominice undecime ibi Exiens
ihesus de finibus tyri ubi agitur de surdo et muto
curato in quo signantur surdi in audiendo et muti
in docendo. Tercio agitur de humilitate que consistit
in serviendo inferioribus. Et hoc in ewangelio dominice duodecime
ibi Beati oculi qui vident ubi agitur de samaritano
qui alligavit vulnera vulnerati. Quarto de
humilitate qua quis humiliat se benefactori suo
in gratitudine. Et hoc in ewangelio 13e ibi Cum iret
ihesus in iherusalem ubi agitur de decem leprosis quorum
unus regressus est cum magna voce magni-
ficans deum. Quinto de humilitate qua quis de se
nichil presumens omnem abiciendo sollicitudinem
et se totum committens deo. Et hoc agitur in ewangelio dominice

xiiij^e ibi Nemo potest duobus dominis servire vbi sub
Nolite solliciti esse. Sexto de simili de qua quis du
bitat circa lazarum peccatorem per se emendacionis de hoc
in ewangelio dominice xv^e ibi Ibat ihesus in civitatem que vo
catur naym vbi agitur de resuscitacione adolescentis
filii vidue per quem intelligitur peccator lazarus. Tunc
sequuntur tria post istius subdistinctionis in qua agitur
de precepto caritatis. Et dividitur primo in duas. In prima pri
mo agitur de caritate. Secundo de iusticia sine qua caritas
servari non potest. Et hoc in ewangelio dominice vicesime secunde ibi
Abeuntes pharisei. Adhuc prima in duas. In prima
primo agitur de caritate. Secundo de hiis que caritati op
ponuntur. Et hoc in ewangelio decimenone dominice ibi loque
batur ihesus principibus sacerdotum. Adhuc prima in duas
in prima primo agitur de precepto caritatis scilicet de precepto di
lectionis dei et proximi. Et hoc in ewangelio dominice xviij^e
vbi ad loquitur legis doctor magister quod est mandatum
magnum in lege. Et dixit ihesus Diliges dominum deum
tuum ex toto corde. Secundo tangitur de caritate lan
guide. Et hoc in ewangelio dominice xviij^e ibi Ascendit in
naviculam vbi agitur de paralitico per quem signatur
in caritate languidi. Tunc sequitur illa post dominice
xix^e loquebatur in qua agitur de hiis que caritati
opponuntur que sunt tria. Primum est carencia cari
tatis. Et de hoc tractatur in eodem ewangelio vbi dicitur de eo
qui non habuit vestem nupcialem per quam caritas in
telligitur. Secundum est peccatum mortale de quo agitur in
ewangelio dominice xx^e vbi agitur de filio reguli qui in
firmabatur usque ad mortem. Tercium quod opponitur ca
ritati est non dimittere debitoribus de hoc tractatur
in ewangelio dominice xxi^e vbi agitur de servo nequam. Et
tunc sequitur illa post dominice xxij^e Abeuntes pha
risei in qua agitur de iusticia vera que reddit
vnicuique quod suum est vbi dicitur Reddite que sunt
cesaris cesari. Secundo de iusticia falsa et corrupta
de qua in ewangelio dominice xxiij^e de muliere paciente

fluxorum sanguinis per que intelligitur falsa iusticia
et sanguinolenta ibi loquebatur ihesus ad turbas
tercio agitur de die iudicii In qua omnia iusticia
finabitur Et hoc in eodem Vltimo dicitur ibi Cum
videritis abhominacionem Et sic ista quarta pars tangit
asinina mia et tanguntur asinina iusticia Et in hoc
tanguntur sua quarte partis inqualis / Secunda pars
Estote ergo misericordes sicut / ad literam
Et pater vester celestis misericors est Nolite iu
dicare ut non iudicabimini Nolite condempnare ut
non condempnabimini Dimittite et dimittetur vobis
Date et dabitur vobis Naturale est omnibus ania
libus eiusdem speciei ad inuicem miam facere multo
magis homo ad ymaginem dei conditus debet alter
alteri tamquam conymagini sue compati Et cuius
alterius miseriam corde assumere velud suam Et
in hoc consistit racio mie ad quam dominus hortatur
nos in presenti ewangelio quod dividitur in tres partes In
quarum prima ostenditur qualiter et in quibus operibus
mia sit tenenda In secunda quanto primo mia erit
remuneranda ibi mensuram bonam et confertam
In tercia ostendit quo ordine correccio alterius sit
facienda ibi dicebat autem illis Circa primum
sex facit primo proponit in generali mie manda
tum ibi Estote misericordes Debemus autem misericor
des esse propter tria Primo propter preceptum ut hic Secundo
propter exemplum quia hoc videmus in animalibus irraciona
bilibus ut dictum est Job xij Vade ad iumen
ta et docebunt te Tercio propter comoda multiplicia
que comoda de misericordia reportamus Primo
peccatorum remissionem Prov xvi per fidem et miam
purgantur peccata Secundo divinam complacenciam
Prov xxj Facere miam et iudicium magis placet
deo quam victime Tercio etiam consolacionem ibidem
xxj sequitur miam et iudicium inveniet vitam
et gloriam Plura habes alia infra de elemosina

Modo dat nobis inserendi formam Cum dicitur 2
Sicut pater vester celestis misericors est Pater noster
est ipse deus cum dicimus in oratione pater noster qui
es in celis etc Deut xxxii Numquid non ipse est
pater tuus qui possedit fecit et creavit te
Ergo filii dei sumus oportet nos ipsum in operibus imi-
tari Qualiter autem possumus et debemus deum
imitari Respondetur Quia et aliis circa istam misericordiam
proximi imitari et aliis circa istam misericordiam
hic desunt vide infra in sermone subsequenti Tertio 3
specificat quedam in quibus ista similitudo est atten-
denda Et sunt quatuor Quorum duo sunt nega-
tiva et alia duo affirmativa Primum est nega- 1m no iudicare
tivum et hoc magne discretionis ut
dicatur proximo et hoc magne discretionis ut
homo ita comparat proximo in defectibus suis quod
non de facili iudicat malum de eo Unde dicit Nolite
iudicare Ubi glossa intelligitur non tam ut de tem- B
eritate suspicionum sed intendens si et iudicandum
Circa quod notandum quod iudicium accipitur dupliciter Uno
modo iudicium est actus iustitie qui pertinet ad
iudicem secularem vel ecclesiasticum De hoc non loquitur
hic Alio modo accipitur iudicium prout aliquis ex a-
liquibus signis male iudicat de proximo Et
istud ut plurimum procedit ex mala affectione Et ideo
qui male afficitur ad aliquem imputat facta eius
et hoc prohibet dicens Nolite iudicare ut non iudicemini
id est non incurratis peccatum mortale pro quo sitis digni iudicio C
iudicari et condempnari Ad cuius evidentiam
sciendum quod aliquis potest iudicare de proximo multipliciter
Uno modo ex evidentia facti ut cum aliquis iudicat
aliquem homicidam quia videt eum interficere ho-
minem Et hoc nullum est peccatum Alio modo ex signis
evidentibus ut si quis iudicat fornicatorem quem
videt aliquem nudum cum sola et hoc similiter non est
peccatum Tercio ex signis levibus Et in hoc iudicio
triplex est gradus Primus est quod aliquis ex
levibus signis incipit dubitare de bonitate fratris
Et hoc est peccatum veniale et non mortale quia hoc

peccatum non dicatur iudicium proprie sed suspicio. Secundus gra-
dus est quando ex talibus signis sunt tet tenet
in animo quod frater sit malus. Et hoc proprie dicitur
iudicium. Tercia iudicium importat finalem sentenciam.
Et hoc est peccatum mortale si malum quod iudicat de
fratre ex levibus signis sit de genere peccati mortalis.
Peccatum autem mortale est quando contrariatur caritati. Quartus
autem aliquis predicto modo iudicat fratrem patet et
contra fraternam dilectionem. Quintus gradus est quando
aliquis ex levibus signis non solum modo predicto
iudicat sed et procedat ad punicionem fratris sicut de
facto. Et hoc gravius est quia non solum est contra
caritatem sed eciam contra iusticie equitatem. Et de tali-
bus maxime intelligitur verbum istud Nolite iu-
dicare. Unde dicit Glosa de capitulo que bono ani-
mo fieri non possunt permittat nobis iudicare. Sunt autem
quedam media et incerta quo animo fiant quia
bene et male possunt fieri. Nescimus enim qualis
futurus est qui nunc apparet malus de cuius correc-
cione desperare eum quia quasi abiectum reprehen-
dere temerarium est. Ulterius considerandum est quod
multiplex hic iudicium prohibetur. Primo prohibet in-
dicium arrogancie de proprio quo aliquis iudicat
se dignum esse graciis gratis datis aut indignum
se esse pati mala que sustinet. Secundo prohibet
iudicium iudicium iactancie ut aliqui sicut dicit
Crisostomus non ex benivolencia sed presumpcione sine in-
stancia vanos despiciunt. Tercio prohibet iudicium
perspectam scilicet proprie in iure. Quarta ut dicit Crisostomus in-
dicandus est proximus si peccat in deum. Si vero
in nos peccat sine dubio dimittendum est nobis
ut deus nobis peccantibus dimittat. Quinto pro-
hibet iudicium indignitatis ut idem dicit. Ve
illis qui multis malis pleni sunt et alios
proximos iudicant. Indignum enim est tales esse
iudices. Unde Augustinus 4 de civitate dicit Elegan-
ter et veraciter videtur quedam pirata compre-
hensum ab Alexandro magno cum ab eo interro-
garetur ut quid sit sibi mare haberet infestum ille

libere dixit. Quid tibi videtur ut orbem turbas /
sed quia ego exiguo navigio facio latro vocor. tu
quia magna classe imperator. / Quinto prohibet iu-
dicium temeritas. Prima ut dicit Augustinus quedam sunt
occulta et de illis iudicare prohibitum est. / Secunda
vero dubia quia dubium est quo animo fiant. de illis
iudicare est temerarium. / Tercia vero sunt manifeste
mala sicut blasphemia et huiusmodi quorum iudicium
est permissum. / Sexto prohibet iudicium personalitas
ut in iudicio non sit acceptor personarum aut diminut(?)
amicicia vel inimicicia potentes aut ipsum. Unde ut dicit
Ysidorus libro 2° de summo bono. Quatuor modis in-
dicium humanum pervertitur. Timore potestatis / cupiditate
pecuniarum. Amore amicorum. et odio inimicorum. Et
Ambrosius super i(?) maculatur. In iudicio inquit non contemp-
nas pauperem non accipias viduam personam divitis. non acce-
pi(?) in omnibus [illegible] iusticia. Septimo
prohibet iudicium fidei ut dicit Hilarius. Iudicium
de divinis promissionibus / tale enim iudicium adversus
deum est. de fide ambiguitate. / Octavo prohi-
bet iudicium curiositas quo multi iudicare volunt
de iudiciis dei circa ea que sunt in mundo isto / ubi quos
mali florent boni patiuntur. Non enim est sine iusto
dei iudicio licet occulto. / Legitur enim quod quedam
senex heremita deum rogavit ut ei de sua iudi-
cia instrueret. Cui quadam die angelus domini in
similitudine senis apparuit et dixit cum ad sanctos
patres et venerunt ad quendam senem qui magno
gaudio eos suscepit. lavit pedes eorum atque refec-
tionem parabat / quam autem facta caritate eos dimi-
sit. sed angelus abscondite tulit catinum in quo co-
mederunt / post quos senex filium suum misit ut
vas redderet quem angelus ampulit per praecipitium et
mortuus est. Perturbatus vero heremita et socius
eius deinde esse noluit / venit tamen angelus
post duos dies ad cellam ubi erat senex cum duobus
discipulis qui noluit eos suscipere. sed tandem post
magnam instanciam eos recepit. nec lumine nec
aqua. neque pane voluit ministrare illis. Mane

aut facto angelus dedit hunc catinum que occul
te priori suo abstulerat. quod videns frater qui
ta eo erat turbatus inquid. Recede a me obsecro te
tercio amplius non ibo. Bono cum viro abstu
listi catinum et filium eius occidisti. hunc vero pes
simo catinum dedisti. Cui angelus. Tu rogasti
deum unde iudicia dei essent ad que demandata mis
sus sum. Illi vero abstuli catinum quia non erat iu
ste acquisitum nec decebat sanctum virum aliquid tale
possidere. Occidi vero filium eius quia nocte se
quenti occisurus erat patrem. Catinum vero quem de malo ha
bebat dedi huic pessimo ad ruinam eius. quo dicto dispa
ruit. Secundo magis autem debemus nolle iudicare sub

&

dit dicens Et non iudicabimini. Cavendum est autem

properanter i. festine

ne properanter iudicemus crimina ut dicit Bernardus
Veniet dies ille in quo iudex omnium omnia mala
iudicata reiudicabit. Judicium Jacobi ii°. Judi
cium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. Se
cundum in quo attendenda est misericordia est non condemp

2m non condempnare

nare proximum. de quo dicit Nolite condempnare et
sicut non de quocumque iudicio sed de eo quod non pie
tate venit. Sic non prohibet hic simul iuste dap
nationes qua mala puniuntur dicitur contra Rabo-
num maleficos ne pacitur vivere. sed prohibet ne iniqua
dampnacio sit absque aliqua mansuetudine.
debet enim qui aliud condempnat tria considerare.

A

Primo si est in eadem culpa propter quam alium dampnat
quia si sit in illo modo dampnaret. quia scriptum est condemp
nat. Unde Socrates vidit latronem duci ad
mortem et risit. Et interrogatus cur rideret. Ridet
Video quia magni latrones parvum latronem damp
nant. Secundo considerat si aliquando fuit in eadem culpa
qui alium dampnat et tunc dampnet ad misericordiam
sicut sibi misericordiam fieri voluisset. Tercio considerat si
umquam fiat in eadem culpa quia ut dicit apostolus Qui
se existimat stare videat ne cadat et tunc ter
timore etc. Tertium in quo servanda est misericordia est

3m suscepte iniurie dimissio

suscepte iniurie dimissio de quo dicitur Dimittite

ex corde iniurias illatas Vt dicit Aug*ustinus* in Enchi*ridi*on
Cum multa sint genera elemosinarum quibus adiu
nam*ur* ut dimittantur debita nostra tamen nichil est
maius illa qua ex corde dimittis quod in nobis quis
peccauit Et dimittetur nobis Non est homo qui pec
cato non sit obligatus et sibi dimitti non indigeat
Et tunc nobis dimittitur qu*an*do in nos peccantibus
dimittimus Aliter enim frustra remissionem speramus
Secunda pars ad iram est elemosinarum largicio — G 2a elemosinarum largicio
De quo dicit Date scilicet indigentibus uestre beneficium
quod est elemosina Dicitur autem elemosina sicut
Britone ab eley*son* grece quod est misericordia
et sina quod est mandatum uestre Vel dicitur elemo
et sina ab eloy quod est deus et moys quod est aqua quasi
per elemosinam aqua refrigerat tamen diuina quia recipie
tem enim sicut aqua extinguit ignem sic elemo
sina peccatum Vel dicitur ab eli quod est deus et sina quod
est mandatum quasi mandatum dei ipse enim deus
mandauit ipsam sicut dicitur Date elemosinam
et omnia munda sunt nobis Luc*e* xi*o* Et nota
quod elemosina est actus uestre et per quem caritas et
sufficit Est Elemosina est opus quo aliquid — H
datur indigenti ex compassione propter deum Sciendum autem
quod duplex est genus elemosine scilicet corporale et spiri
tuale Corporalis elemosina fit septem modis uidelicet
uisitare infirmum potare sitientem cibare esurientem
captiuum redimere nudum tegere hospitem colligere
mortuum sepelire Versus Visito cibo poto redimo te
go colligo condo i. sepelio Sed septem uero sunt elemosine spiri
tuales misto usu continente Consule castiga solare
remitte fer ora Facit enim spiritualem elemosinam
qui dat consilium in dubijs Et castigat insolentem
Consolatur tristem Remittit offensas Fert ali
orum defectus Et qui orat pro proximis Et quia nullus
est qui aliquo istorum modorum non possit dare ele
mosinam nullus penitus a precepto uestre excusatur
Et dabitur uobis Vulgariter dicitur Dare facit
recipere Spiritualibus enim dantur eterna pro uilibus prosperita

111

Nota multa bona que sequuntur in largitione elemosinarum. Primum est similitudo dei. Ysa. lviii. Cum feceris elemosinam sanitas tua citius orietur. Secundum est mundicia cordis. Luc. xi. Date elemosinam et omnia munda sunt vobis. Tercium est vite illuminacio. Ysa. lviii. Orietur in tenebris lux tua et tenebre tue erunt sicut meridies. Quartum est fecunditas. Ysa. lviii. Eris quasi ortus irriguus cuius non deficient aque. Quintum est extinctio peccati. Eccl. iii. Sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum. Sextum est quod pugnat pro nobis contra inimicos. Eccl. xxix. Super scutum potentis et super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit. Septimum est quod orat pro nobis. Eccl. xxix. Conclude elemosinam in sinu pauperis et hec pro te orabit. Octavum est quod donat in vita eterna. Mt. xxv. Hiis qui dederunt elemosinam dicetur: Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Esurivi et dedistis michi manducare. Sitivi et dedistis michi bibere etc.

2a post. Dominica post.

Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remecietur vobis. Luc. vi. In qua ostenditur quanto premio misericordia sit remuneranda. Et primum quid est quod remuneratur. Mensura vero est beatitudo eterna que multiplicatur. Hic salvator describit. Primo quidem eterna premium ... distribuitur. Deinde ... diversitatem meritorum. Et cum mensura una est mensura ... Unde Gre. iiii li. dyal. Cum in electis impari ... vita est discretio operum in futura vita procul dubio erit discretio dignitatum ut quo hic alius alium superat illic alius alium in retributione transcendat. Et quamvis illa retributio equalis non sit, una tamen omnibus beatitudinis vita erit. Propter quod Apoc. xxi dicitur quod illa superna sancta civitas Ierusalem mensura altitudinis mensurata est quia in variis gradibus dignitatum mensurati superni cives celestis civitatis ordine constituuntur. Secundo describit hic premium quantum ad perfectionem. Bonum. Bonum est illud beatitudinis premium primo bonum omnis

boni amplectens sive complectens in se cuncta que sunt
bona. Unde Boetius de consolatione: Beatitudo est status
omnium bonorum aggregatione perfectus. Certe namque sunt illa
~~beatitudo~~ bona que deus preparavit diligentibus se. Fide
non capitur, spe non attingitur, caritate non comprehenditur,
desideria et vota transgreditur. Unde Aug. de civitate dei
dicit: Ibi est quicquid amabitur, nec desiderabitur quod
non aderit. Bonum erit summum deus, summum bonum.
¶ Tercio describit premium quantum ad plenitudinem. Et con
fertam, i. plenam. Plena namque erit anima celesti beati
tudine, ita ut nichil circa eam mentis aut intellectus
sit vacuum. [illegible] replebimur in bonis domus tue.
¶ Quarto describit hoc premium quantum ad sui firmitatem. Et
coagitatam. Certe cum sua esse volumus coagitamus
i. conquassamus se in gloria. Tale est bonorum premium quia
stabilitas et securitas. Unde Prosper de vita contempla
tiva: Perfecta vita ibi credenda esse ubi est vita secura,
tas secura, tranquillitas tranquilla, iocunditas, fe
lix eternitas, eterna felicitas. [illegible] Ibi est amor perfec
tus, timor nullus, dies eternus, alacer motus et
unus omnium spiritus. Vel istud premium dicitur cogitatum
[illegible] gaudium de mutua beatitudine sanctorum quando tunc
beatitudo angelis cumulatur. ¶ Quinto describit hic
premium quantum ad habundanciam. Et supereffluentem. Sic
dicitur: anima concedit vita mea [illegible] quali p
eius [illegible] vel dicitur supereffluentem
[illegible] de beatitudine plenitudine anime [illegible] redunda
bit gloria in corpus. Unde Aug. in epistola ad Dioscorum:
Tam potentem fecit deus animam ut de eius plenissima
beatitudine que in fine sanctis promittitur, il
[illegible] redundat in inferiorem naturam que est corpus, non be
atitudo que intelligentis et fruentis est, sed [illegible]
corruptionis vigore. Dabunt pater et filius et
spiritus sanctus. Dabunt illi quibus impenditur hec opera
[illegible] erit causa ut dabitur in sinum. Sed Gre
[illegible] et amabilius eo quod collocamus in si
num [illegible] pauperis retributionis [illegible]
[illegible] Eadem quippe mensura qua mensi fueritis

B

in multo remetietur nobis in primo. Secunda ut dicit
Basilius. Secundum mensuram unusquisque peccat aut bene
agit eadem premia aut penam sumet. Tertio eius pena
est secundum mensuram culpe legitur. Deut. xxv. Secundum
mensuram delicti erit et plagarum modus. Et Apoc.
xviii. Quantum se glorificavit et in deliciis fuit tantum
date illi tormenta et luctum. Sed dicendo non videtur
quod eadem mensura malum puniatur qua perpetratum est.
Quia peccat homo temporaliter et punitur eternaliter. Et
dicendum quod peccatum quod perpetuam non diluitur quia in ista
vita durat usque in eternum ideo pena debetur eterna
Item secundum Gregorium. Quia homo in penitens quantum in se est
peccat eternaliter et ideo eternaliter punitur. Item et
taliter punitur quia contra eternum et infinitum peccat.
Considerandum autem quod in omni opere dei simul sunt una
ymitte et iusticia. Unde si et reprobi eternaliter puniuntur quod tamen
una mitigat eorum penam non eum continet in ira sua
misericordias suas. Iustos vero in eternum glorificat
quia una ultra merita dat gloriam. Rom. viii. Non
sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam 3a p
que revelabitur in nobis in patria. Tertia pars
Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid potest
cecus cecum ducere nonne ambo in foveam ca-
dunt. Non est discipulus super magistrum perfectus autem
omnis erit si sit sicut magister eius. Secundum. Quid
autem vides festucam in oculo fratris tui trabem autem
que est in oculo tuo non vides considerans. Aut quo-
modo potes fratri tuo dicere sine eiciam festucam de o-
a culo tuo ipse trabem in oculo tuo non videns. Ypo-
crita. Eice primo trabem de oculo tuo et tunc perspi-
cies ut educas festucam de oculo fratris tui. Tertia
pars in qua ostenditur quo ordine faciendum sit opus
[illegible] quod est conceptum. Prima originaliter debet in
ipse [illegible] Eccli. iii. [illegible] [illegible] placere
deo et ostendit [illegible] esse [illegible] indicante. Homo
eum debens [illegible] [illegible]. Unde dicebat illis
similitudinem. Numquid potest cecus cecum ducere. Cecus
iudex ducere cecum [illegible] in regula iusta
et vita etiam. Nonne ambo in foveam cadunt

pdicionis Jer^e l^o Grex pditus factus est ppls
meus pastores seduxerunt eos Nam ut dicit
Aug in li de civitate dei Ignorancia indiscipli
natis est calamitas nocens / Et si aliquis
dicat ignoranciam indisci posse corrigi p subditos
quasi videns ait Non est discipulus sup magistrum
ut error magri posset corrigi p discipulum Sed
sufficit imitari magistrum unde addit Perfectus autem
omnis erit si sit sicut magister eius Perfectio autem di
scipuli est disciplina magri / Secundo non est idoneus
correctoris qui criminibus detinetur turbibus et
si sunt mur notitia Unde subdit aliam parabolam
Quid autem vides festucam i. parvum et leve pctm
s. ire aut ociosa verba vel alia temptaciones car
nis in oculo fratris tui que tu oculo non pccat
trabem i. magnum pctm ut homicidium adul
terium et huiusmodi que in oculo tuo non consideras crimina
relicta sui consideracione aliorum considerat culpas /
Tercio non est ydoneus correctoris qui se non correxit /
Unde subdit Aut quomodo potes dicere sermando suam
frati tuo Sine eiciam absoluendo aut corrigendo a
~~tuo~~ sacramenta ecclesie ministrando festucam de oculo
tuo Primus videas et sic corrige fratrem Aut si mo
consideras festucam fratris tui et trabem in oculo tuo
non vides hoc est dicere Non potest quis sine confusione
sui si pctm eius sit notum nec dicere potest sine rep
rehensione ipsa si pctm sit occultum Tercia nocet
debet ut quis in correptionis sumat officium q
prius est peccatis obnoxius Unde Joh viij^o Qui si
sine pcto est vestrum primus in illam lapidem mittat / Tercium
dampnatum adiungit ypocrita i. simulator et vena
peccator corrigens alium ypocrita est quia actu
correctionis se innuere ostendit quod non sit / Eice
primum trabem de oculo tuo hic est rectus ordo
ut primo seipsum corrigat Unde Greg Indignum
est ut qui nescit tenere moderamina vite sue iu
dex fiat aliene Eccli j° Noli querere fieri iudex
Tunc perspicies i. perfecte aspicies ut educas ancte
regiminis festucam de oculo fratris tui Crimalz

iudex sit superior antecedit regimine sicut aut ante
fida et vocacionis. Ideo debet sinistre corrigere
in omnibus istis ut dicit Basilius. Considerandum
est ut dicit quante sit difficultatis alios iudicare
Prima oportet ut primo se ipsos iudicet et iustificet
qui videtur quisquissime omnium. Quia ad oculos videat
cuncta exteriora, tamen semetipsum visu non videtur. Ita intellec-
tus ad alienum convertit peccatum. difficile est seipsos
defectus parcere. Sermo de eadem

Estote ergo misericordes sicut pater vester celestis
misericors est. Salvator in fide et operibus
ad ea que salutis nostre sunt nos invitans. In verbis
premissis duo nobis proponit. videlicet opus pietatis
a et fidem sive veritatem. quorum utrumque necessarium est ad
salutem et neutrum valet sine altero. Nam opus
sine fide non placet deo. quia sine fide impossibile
est placere deo Hebre. xi°. Fides etiam sine operibus
mortua est Jacobi. ii°. Primo ergo salvator hortatur
hortatur nos complecti ad unam et opera pietatis
cum dicit Estote misericordes. Secundo nos instruit
implicite de fide sanctissime trinitatis cum dicit
pater. Circa primum tangit duo penes que sunt
hic consideranda. Primo in quo consistit vera perfectio
quantum ad hoc quod premittitur Estote misericordes.
Secundum est quanta esse debeat comparatio quantum ad
illud quod addit Sicut et pater vester celestis mi-
sericors est. De primis duobus dicit Augustinus in li. de dif-
finicionibus. Quia misericordia est compassio dolentis affectus
animi cum additamento beneficii ut compaciam. Primo
et largiam. De secundo dicit Mt xviii. in para-
bola de servo nequam quem tradidit dominus tortoribus
quousque redderet universum debitum. Sic inquit pater
meus celestis faciet vobis si non dimiseritis unusquisque
fratri suo de cordibus vestris. Ergo aut remittere debi-
tum sic opus nostre patet ergo quod premisit. Nonne
ergo oportuit et te misereri conservi tui sicut et ego
tui misertus sum. Unde apostolus Ephe. iiii°. Estote
invicem misericordes donantes invicem sicut in vobis con-
missa per gloriam sicut et deus in christo donavit vobis

Ad hec autem tria omnia opera misericordie reducuntur videlicet ex- B
teriora et corporalia quam interiora et spiritualia Quamvis primum
istorum est nature gravare in omni opere misericordie ut videlicet
fiat ex compassione Unde magister ad ... sic descri-
bit Compassio est passio super miseria aliena in quantum scilicet
aliquis miseriam alienam apprehendit ut suam quod fit per
unionem caritatis Unde si quis det panem pauperi
vestiat nudum visitet infirmum etc. si non fiat ex com-
passione et affectu caritatis nichil prodest iuxta illud
1a Cor. xiii° Si distribuero in cibos pauperum omnes
facultates meas caritatem autem non habuero nichil
michi prodest Sed dubitaret aliquis contra hoc quod in de-
scriptione misericordie dicitur compassio super miseria aliena
Nam debeat aliquis habere compassionem super miseriam
propriam Et videtur quod sic Quia dicitur Eccli. xxx° Miserere
anime tue placens deo Dicendum quod qui patitur in seipso
miseriam naturalem dolet de miseria sua sed non sibi com-
patitur quia compati est ad alios pati Iste autem qui
patitur in seipso si sit in caritate et patienter sustinet
magnum quidem meritum sibi acquirit non tamen ex opere
misericordie proprie loquendo Sed propter obiectionem sciendum quod
aliquis dicitur misereri sui ipsius non ut ipse sed
in quantum est sibi alienus ut quando facit contra caritatem
ipsum recalcitrando sibi Ad propositum anima cadit in
miseriam duplicem scilicet culpe et pene Unde nos sapiens
ammonet ipsum ut misereatur anime sue subveniendo
miserie eius ne incidat in culpam vel si inciderit quod
resurgat et ne incurrat eternam penam Unde Aug.
x. de civitate dei vi c° dicit quodlibet opus misericordie si propter
deum fiat sacrificium dei est Cum enim corpus nostrum
temperancia castigamus si hoc quemadmodum debemus
propter deum facimus ut non exhibeamus membra nostra scilicet
arma iniquitati et immundicie sed iusticie et sanctifi-
cacione sacrificium dei est Similiter cum anima per tota
offertur deo sacrificium est Hoc Aug. addicitur ubi
prius allegatum Miserere anime tue Qua magis proprie
ad animam dicitur Eccli. xxx° Benefacit anime sue vir
misericors Per virum intelligitur portio superior que

tunc benefaciat anime sue miserendo super miseriam
porcionis inferioris cohibendo eam ne trahat eam
ad culpam et consequenter ad penam Et nomen dicat
sapiens Miserere anime tue non carni tue. quia
multi nimis compaciuntur carni sue sequendo ob
lectamenta eius. Unde non mirum homo mise
retur carni nemo enim (odio sunt carne sua) nutrit et fovet Ephe. v°. Sed
animam multi odio habent iuxta illud Ps. Qui
diligit iniquitatem odit animam suam. Moraliter
C ut debet homo misereri anime sue in quatuor
primo in fine curando. Quoniam cum anima infirmatur
a culpa unde in persona peccatoris dicit propheta in Ps.
Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Sicut enim opus
misericordie est infirmum corporaliter visitare et ad eius sanitatem
curam impendere ita est opus misericordie animam
spiritualiter infirmantem per contricionem et penitenciam sanare
et sanitatem eius a celesti medico implorare sicut
fecit David dicens Sana animam meam quia peccavi
tibi. Secundo debet homo misereri anime sue per gratiam nudam
vestiendo opus enim misericordie est nudum vestire. Ysa.
lviii°. Cum videris nudum operi eum. Sic homo cum
perpendit animam esse nudam virtutibus debet eam
vestire scilicet virtutibus et ornare quia sicut vestis
ornat corpus et cooperit turpitudinem corporis sic
virtus ornat animam Apoc. xvi°. Beatus qui custo
dit vestimenta sua ne nudus ambulet. Et illud
cooperimentum est regia vestis scilicet caritas que operit
multitudinem peccatorum i Petri iiii°. Tercio debet
homo misereri anime sue ipsam esurientem refici
endo. Nonnumquam enim anima patitur famem ubi dicitur
et tunc debet ei homo providere cibum legendo scripturam
vel accedendo ad predicaciones. Ps. Animam esurien
tem satiavit bonis. Quarto debet homo misereri
anime sue captivam dampnatorum laqueis redimendo
S vel ne rapiatur temptacionibus conservando sicut illa
sancta virgo Thob. iii. Mundam servavi animam meam
ab omni concupiscentia. Similiter moraliter potest de
omnibus aliis operibus misericordie. Secundo autem quantum ad proximum

mie deficit est beneficij impensio effectualis
Et hec quidem necessaria est quando facultas adest. Tercia
ut dicit Aug. in li. de ciui. dei. Misericordia est alieni mi
serie in nostro corde compassio qua utique si possumus
subvenire compellimur. Si vero facultas non assit
bona voluntas supplebit effectum caritatis per virtutem
benivolencie. Et si non possit in actu beneficiare
Tercia ut dicit Ambr. de offic. In beneficio confere
do plus animus quam sensus operatur magis pondeat
benivolencia quam possibilitas reddendi muneris
Et Aug. super Johannem Ante dei oculos numquam vacua est
manus munere si archa cordis repleta est bona
voluntate. Tercia est intima remissio cordialis
quam necessaria sit illa nobis patet in sermone domini Mt. vi
Si non dimiseritis hominibus peccata eorum scilicet in vos com
missa nec pater meus dimittet vobis peccata vestra
Criminalia autem et que dimittenda sunt in iure habes
supra in exposicione oracionis dominice super illa peticione
Dimitte nobis debita nostra etc. Sermo quintus
Sicut et pater vester misericors est. Verbo in quibus
perfectio mie consistit exequitur unde augmentum
debeat esse mie docuimus. Et hic debet esse secundum
modum et formam mie dei. Unde salvator edito precepto mie dicendo Estote misericordes mox voluit
dare formam modum et exemplar miserendi ad
vertat celestis sicut et pater vester celestis misericors
est. Circa quod considerandi sunt tria. Primo quan
ta ex hoc relucet dignitas mie. Secundo an pos
sibile sit nobis ita misericordes esse ut est deus
Tercio in quibus debeamus nos miserendo deo conformari
Circa primum considerandum quod magna ex hoc re
lucet dignitas mie quod deo nos assimilat et
filios dei facit. Tercia dicit Sicut pater vester Ephe.
v° Imitatores mei estote sicut filij karissimi. Et si
sumus filij dei oportet eum et omnibus operibus mie
imitari. Chrysostomus igitur inquit precipuum est pietas
reddit eum hec. Ut eius deo nos conformes et quam
quedam signa sublimia non exprimit unus animabus

B

Et hoc desp(er)ans dicitur unde ad secundum quod nos possumus
esse ita misericordes sicut deus dicendum quod licet misericordia
dei sit infinita omnes autem affectiones humane
sunt finite sed finita ad infinitum nulla potest esse
proportio secundum philosophum impossibile est nos in misericordia vel in
aliquo attributo deum imitari quasi sit aliqua
proportio misericordie nostre ad divinam non tamen hoc precep-
tum quo iubemur misericordes esse sicut pater celestis
misericors est impossibile quia misericordia licet sicut non
importat proportionem divine misericordie ad nostram sed dicit
quandam proportionalitatem scilicet quod ita homo suo modo sit mi-
sericors sicut deus suo modo ipse enim est infinite virtutis et
ac per hoc infinite misericors homo enim qui virtute fini-
tus est non nisi finitam misericordiam habere potest. Et hoc suf-
ficit ad huius precepti impletionem. Excedit autem di-
vina misericordia nostram penitus in quinque. Primo in liberalitate
deus enim liberaliter miseretur nos autem recompensatione ad
nos. Unde Aug. in confess. Ego vero in finitate
compatimur ad subveniendum indigentibus sed illis
opitulantes quemadmodum nobis vellemus opitu-
lari si eodem modo indigeremus. Deus enim qui bonorum
nostrorum non eget liberaliter miseretur. Nam ideo mi-
seretur quia tales nos facit ut misericordia indigeamus.
Secundo excedit in puritate divine misericordie nullus
est admixtus dolor, nos vero sic miseremur
ut doleamus miserendo. Unde Aug. in Confess.
Deus qui longe amplius quam nos amat animas et
incorruptibilibus miseretur quod nullo dolore sauci-
atur. Tercio in spontaneitate. Autem nos possumus alterius
misereri ipse nobis misertus est quando ipse coguntur
requirendo iterum quia eo adhuc nichil essemus
sed magna misericordia sua elegit nos in ipso ante
mundi constitutionem et predestinavit in gloriam suam
et de nichilo produxit ad esse. Quarto in pietate.
Tanta enim fuit dei pietas ut eciam peccatores non
desereret sed pura redemptione filium ad querendos
nos misit. Unde Ambr. li. de vita beata con-
sidera inquit patris affectum et pietatem qua mo-
lestum filii suscepit periculum quia civitatis emisit

dolorem ne pereat fructus redempcionis tue sine
diuo studium tue salutis. Secunda virtus procedit i diui-
nitate. Tercia ad hoc pus tante pietatis spacium tal-
tis et infinitis miseracionibus necessitant adiuua-
bit usque in fine seculorum. Circa quartum ad tercium nobis
mia debemus deo in veritate conformari conformari scienter quoniam licet
non possimus attingere altitudinem latitudinem et pro-
funditatem eius. Sed conari tamen debemus ad hoc
quantum possumus ut eum in operibus mie sue imite-
mur. Et licet mie sue sint innumerabiles et infinite.
aliquas tamen manifestaciones suas eius colligere pos-
simus ex quibus immensa dei pietas relucet quo ad
diuersos status hominis quorum statuum aliquos ponit
Bernardus in quodam sermone. Et alii ex diuersis doctori-
bus recensent. Prima dei mia circa genus humanum
relucet in beneficio eleccionis et predestinacionis
ab eterno. Secunda in beneficio creacionis ex nichilo.
Tercia in beneficio redempcionis ex de qua nobis
iam dictum est. Et hec tres respiciunt omnem statum
humanum generalius. Quarta respicit statum innocencie
et incipiencium que est quod eos cum multis peccatis cu-
cederint in que cecidissent si eos mia dei non
preseruasset. Unde quilibet eorum dicere potest ad deum Nisi
dominus adiuuit me pali paulo minus. Alie tres re-
spiciunt statum peccancium que sequitur. Quintus
gradus mie dei qua peccatoribus est quod eos
ita paciens portat nec statim dampnat eos sed
expectat eos ad penitenciam. Unde Bernardus Ego inquit
peccabam et tu domine dissimulabas. non continebam
a sceleribus et tu continebas a verberibus pro-
rogabam tunc ego multo tempore iniquitatem et tu pro-
longasti pietatem tuam. Sexta dei mia est eciam
ad peccatores maior predicta quod non patitur eos susti-
nere defectum sed et large in temporalibus eis prouidet et
ministrat videlicet in diuiciis honoribus amicis
filiis et nepotibus pace sanitate et potencialibus
ingeniis sepe eis ita habundanter prouidet eis
ac si sibi semper seruirent ut per hoc eos alliciat ad
conuersionem et suum amorem. Sed proch dolor quidam corre-

hys magis abusi deum plus provocant iuxta
illud Incrassatus est dilectus et recalcitravit in
crassatus impinguatus dilatatus dereliquit deum fa
ctorem suum Deutronomii xxxii° capitulo Qualiter hec decima
perdit quasi pinguedine virginitas corporis ut dicitur in
psalmo. Septima via dei est ad peccatores ad huc
maior predicata est quod eos et rogat ut redire
velint ad gratiam iuxta illud Jeremie iii. Ubi dominus
invitans quandam peccatricem ad penitentiam dicit. Tu for
nicata es cum amatoribus multis tamen revertere ad
me et ego suscipiam te. Et Canticorum Sponsus quasi
captiva peccatricis que isto sunamitis dicitur invitat
dicens revertere revertere sunamitis revertere revertere ut in
tueamur te. Quater dicit revertere. Quarta quater modo
quia adeo avertitur scilicet cogitatione affectione lo
cutione et operatione. Omnes istas aversiones
sponsus sanabit si revertitur. Jeremie iii° Convertimini fi
lii revertentes et ego sanabo vos id est omnes aver
siones vestras. Sed heu aliqui indurati non curant
reverti ad rogatum dei. unde conqueritur dominus de tali
anima Jeremie iii° absit ad ipsarum ista et fornicata
est mecum. Et ad scripsisset hec anima dixi. ad me
convertere et non est conversa. Octava via est ad immitatum
dei rogantis revertitur ad eum querentes viam.
Et si deus facit triplicem viam. Prima est octava
octava immo peccatoribus ita benigne recipit et offe
rens ita pure remittit ac si nunquam offensus fuit
Augustinus deus peccatorem paciens et peccata benigne
renovat hylaris suscipit et integraliter culpa
dimittit. De hoc Bernardus Gratias tibi ago domine
quia me penitentem misericorditer suscepisti ut
in corpore meo inveniam de quibus ipsius Beati quorum
remisse sunt iniquitates. Nona est quod facit
eos principes omnium bonorum que in tota ecclesia sunt
et in toto orbe in fide. Et ita quamvis in fide principes
est omnium bonorum que faciunt omnes iusti iuxta
illud psalmi particeps ego sum omnium timentium te.
Ro. in Reincebit primus incorpore que omnia sibi

in mia cooperantur sz membra putrida seu arescentia
amori non participat / Decima dei mia que est tercia
ordine circa statum penitencium est q eos ad integra
sua recipit ad qua nullus debet accedere qui sit
de suis dilectis amicis / In hoc apparet maxime
dei mia circa penitentes ad se q dat seipm eis
in cibum in sacramento / Et hec triplex dei mia cir-
ca penitentes ostenditur in filio prodigo Cui adve-
nienti pater occurrens amplexatus est eum et osculatus
est. precipiens suis induere eum et ornare et vi-
tulum saginatum occidere. Et ad gaudio epulari sic
iocundo assportatus / In occursu patris et amplexu
notatur plena misericordia reconciliatio / In eo autem
q iussit suos eum vestire notatur q sibi fuerit
cum principem virtutum suarum qui per se incognitus
venit de regione longinqua sive de regione dis-
similitudinis Tunc enim participant sibi alius
vestitus sive innocencie que est stola prima. alius
anulus castitatis qui signatur p anulum. alius vestitus
laboris et predicacionis sive que sunt calciamenta
in pedibus / His operibus et ornatus ad ducatur
ad epulas vituli saginati i. ad perceptionem vivifici
corporis xpi / Deinde quo ad statum proficiencium
et fideliter deo servientium in vita activa velut temporis
dei mia prima que est / Vindicta in mundo est ista
prope i temptationibus ad iuvat nec permittit temp-
tatori tantam potestatem super eos quantam vellet. i.
Cor. x.: Fidelis deus qui non paciet vos temptari
supra quod potestis sz providet et tuam de sint ita
tem resistendi et continendi in peccatis Vnde Bernardus
ubi supra Gratias tibi ago domine pro mia tua per qua
mollificatione de inceps et emendationis vivendi
prestitisti virtute ne recadimus pater et esset no-
vissimus error peior priore / Duodecima dei
mia est q ea que videbantur eis dulcia i. oblecta-
tione peccati vertitur ipsis in amaritudine Vnde Ber.
visitavit deus cor meum et mutavit
ut amara fient que male prius dulcia erant

Tredecima vna dei que ad statum pfectionis e
q3 nos solum defendit ab hostibus ne i dimittat
in temptacionem et p obliviscenciam peccandi red
dat eis amarum ut dcm est. Sz ecia ultra hec
p victoria temptacionum et varijs virtutibus et
bonis opibus in quibus de die in diem pficiunt di
tat eos magna opulencia virtutum. Post hec
eos ad statum pfectorum et contemplatiuorum maxima
dei mia reducit. In hoc q eos ad sui familiaritatem
admittit. et ad sui amoris vnionem et ad sui secre
torum suorum revelacionem assumit et nichilominus ad
celestia sunt speranda et quodammodo sicut pgusta
da eos pducit et tandem ad eternam gloriam eos p
ducit. Et tota ergo sola mia dei contingit cum omnes
nre iusticie non sint condigne ad futuram gloriam
pro eis ut ait Aug de opibus iusticie que fe
cimus nos. s3 sm suam magnam miam salvos nos
fecit deus qui est benedictus i secula amen.
330 Sermo p9. Homo quidam fecit / Dominica scda p9 penthecosten
cenam magnam et vocavit multos et mi
sit servum suum hora cene dicere i vitatis quia pa
A rata sunt omnia. Si i paup aliquis ab homine
divite et potente ad convivium i vitaretur. de sua
utique i vitacione gauderet. rursum huic redderet
et vestem mutaret. et ire quanto citius festinaret
ne ex tardacione sua i vitanti displiceret. Sed
ecce ut dicit Greg ad dei convivium invitamur et
nos excusamus. Et unde hoc nisi quia plus terrena
qua celestia diligimus et amplius rebus cor
poralibus qua spiritualibus occupamur. sicut illi de
quibus in pnti ewangelio parabolice dicitur. Quorum primus
possessionis volunt videre villa sua. Alter volunt p
bare iuga boum. tercius maluit gaudere cum v
xore sua. Per cenam autem dei magnam ppe
tue suavitatis refectio intelligitur. Et designat
opus eius / q dum dicit ... in qua primum
tangitur divina magnificencia. Secundo subditur

quanta negligencia ibi Et ceperunt omnes Tercio sed
dicitur ipsa cena ibi Cene magne dns Cena sunt
diuina magnificencia ostenditur in tribus primo in
magne cene paracione. Magnifica enim est magna sollempnitate
quia homo est dominus qui dicitur homo racione veritatis
humane nature quam assumpsit Et dicitur homo quidam
scilicet racione singularitatis persone Cuius singularitas
apparet in multis primo in unione ad uerbum Hebr. 1o
Cui aliquando non dixit deus angelorum dixit pater
filius meus es tu ego hodie genui te. Item singularis in
innocencia Eccli. vii virum de mille unum reperi Item
singularis origine quia conceptus de spiritu sancto et
natus de matre virgine ysa. liii generationem eius quis
enarrabit. Item singularis potestate Mt. xxviii Data
est mihi omnis potestas. Item singularis in salvacione quia
non est aliud nomen sub celo in quo oporteat salvos
nos fieri credentes Act. iiii. Item singularis in redemp-
tione quia non est inventus neque in celo neque in terra neque
subtus terram qui esset dignus aperire librum scilicet re-
demptionis nostre et soluere signacula eius. Nisi
hic agnus innocens qui tollit peccata mundi Apoc. v
Iste siquidem fecit i. parauit. Etiam magnam quia
ista refectio intelligitur eterna est Luc. xxii. Ego dispo-
no vobis sicut disposuit mihi pater etc. Non illa
refectio carnaliter intelligenda est sicut credunt
Sarraceni et iudei dicentes quod in vita eterna debe-
mus uti comestionibus carnalibus. Turpis enim esset
talis vita eterna. Sed est spiritualis ista refectio in-
telligenda. Neque enim corpus tunc indigebit
cibo neque potu. Quia sancti neque esurient neque sicient
amplius. Quia ista refectio dicitur erit clare deum videndo
gaudio ... perfecte illi inherendo. Et bene ista
beatitudo cena vocatur. Quia sicut cena paratur in
ultima parte diei post quam nulla est refectio. Sic vita
eterna datur post diem presentis vite ubi nichil aliud
expectatur. Item dicitur cena magna primo maior
illo est maxima ut eius immensitas in cor hominis
non possit ascendere ysa. lxiiii Oculus non vidit
nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit

que preparavit deus diligentibus se. Secundo divina
magnificencia commendatur in multorum vocacione. Et
vocavit multos ad cenam mittens servos vocati sunt
omnes sed multitudo accedencium i. pe. 2o. deus omnes
gratie vocavit nos sed accedentes in eternam suam glo
riam in christo etc. Est enim deus liberalis summe
et laudabilis magnificans. Unde multum vult gra
B cie maiestatem glorie sue. i. Thym. 2o. vult omnes
homines salvos fieri et ad agnicionem veritatis perveni
re. Nota Gregorius. Scire quod deus vocat nos multipli
citer ad convivium suum. vocat namque per se. vocat per
angelos vocat per predicatores vocat per patres prophe
tas apostolos pastores. vocat plerumque per miracula
vocat quoque per flagella. plerumque cum dei prospera ali
quando adversa. Tercio commendatur dei magnificencia
in missione servi. Misit servum suum. Iste servus ut
dicit Cirillus christus est qui cum esset naturaliter
patri equalis exinanivit semetipsum formam servi
accipiens cuius missio est incarnacio. Vel misit ser
vum suum i. servos suos accipiendo singulare pro
plurali. Sicut Exo. viiio. venit musca gravissima
i. multitudo muscarum. Et sic iste servus signat
multitudinem predicatorum qui ad vocandum ad ce
lestem cenam convenire non debent nisi a deo missi. Ro
ma. x. Quomodo predicabunt nisi mittantur. Hora ce
ne. tempus gratie est hora cene quo tempore missus
est christus. Gala. iiiio. At ubi venit plenitudo
temporis etc. Dicere invitatis ut venirent. Unde
clamat iste servus apud christum venite ad me
omnes etc. Quia parata sunt omnia. Ante christi
adventum non dum erat cena christi parata. Quia
nullus potuit ingredi vitam eternam sed agno christo
ymmolato apertus est celestis regni aditus. Sicut
enim christus missus fuit a patre ut invitaret invita
tos ad eternam. Ita ipse suos suos apostolos misit et
nunc mittit predicatores ut dicant nobis venite
ad cenam quia parata sunt omnia. Ioh. xxo. Sicut misit

me pater et ego mitto vos in mundum. Secunda pars
Et ceperunt omnes excusare se simul. Primus dixit
villam emi et necesse habeo exire videre illam
Rogo te habe me excusatum. Et alter ait Iuga
boum emi quinque et eo probare illa Rogo te habe me
excusatum. Et alius dixit uxorem duxi. Et ideo
non possum venire. Et reversus servus nunciavit
hec domino suo. Secunda pars magna tangit. Qua
negligencia qua peccatores amantes temporalia excusant
se a spiritualibus et dividitur in tres partes. Quia primo
generaliter ponit vocatorum excusacionem. Et ceperunt
omnes simul excusare. Gregorius. Ecce homo dives
invitat pauperem se excusat. cum ad dei convivium in
vitamur excusamus. Offert siquidem deus homi-
ni quo rogari debuit. Unde roganti dat quod vel-
quia vix sperari potest. Et tamen simul omnes se
excusant. Unde sicut frequenter contingit quod nolentes
excusare accusant se. Ista omnis excusacio abiectissi-
me eterne accusacio est. nulla enim est que excusacio
tamen omnes tamen se excusant. Et si non verbo saltem
cogitatu vel facto. Et modernus quod excusat se cum ne-
mo abscisa [illegible] nolentes iterum uti creatura ta-
men in iuventute. Cap. iii^o. Dicentes quod in senectute querer-
tem. Ista est sicut dicit Augustinus viii^o confessionum christi
adolescentes qui petunt a deo continenciam et casti-
tatem sed noluit eam adhuc habere. Timet enim cito
exaudiri. et sanari a morte concupiscentie qua potius
noluit expleri quam extingui. Iste excusant se
antiqui de defectu etatis. Iste quidam de impotencia
cum tamen nichil sit impossibile amanti. Item
quidam de sollicitudine rei familiaris. Iste quidam
se excusant. qui fine vite penitent. non attendentes
quod finis vite est ad primum non admittendum que omnia
contingunt ut dicit Gregorius. Inter divinam spiritualium deli-
ciarum et corporalium. Corporales enim cum non habentur
valde desiderantur. habite vero fastidiuntur. Sed
spirituales non habite sunt in fastidio. habite autem in desiderio

In the right margin, beside line 1: ii^a pars

Si igitur gustaret homines quam suauis est dulcis et
aliquem odorem celestis tocie perciperent ad temporales de-
licias perirent. Nunc vero in fectido sunt gustu
sicut febricitantes unde illa non senciunt dulce-
dine. Secundo in parabola ponitur tres excusaciones.
quarum prima est superborum qui amat dilectiones
Omnium dicit. prima excusacio est de primo vicio quod
est superbia. Villam emi, Luce xiv. Per villam emptam
intelligitur ducatus. Nam cum hec villa regionibus et
incolis dicatur et tamen dicatur empta esse. quia ma-
gnis periculis et laboribus et tribulacionibus emitur
ducatus et imperium in felici generacione quam precio ani-
me vel precio regni celestis comparatur. Hanc villam
lucifer emit qui per ducatum quem appetiit regnum
eternum amisit. Et necesse habeo. Necessitas ista assump-
ta est non coacta. Bernhardus: propter ducatum vendit
homo corpus quia relicto superno regimine et domina-
cione sui ipsius ambit corporalia regimina. Superbus
enim extra se est unde super illud Johannis vi° omne
quod venit ad me non eiciam foras dicit glosa humi-
lis foras non eicitur quod tamen est superbus qui nichil
habet in bono interiori nec hic nec in futuro. Videre
illam. videre id est diligenter attendunt tirampni
ne ista villa ab eis auferatur conspiratoribus
inimicorum aut alio modo. Rogo te habe me excusa-
tum. Non concedit ista rogacio excusacionem. Non-
nunquam enim deus eos sic esse dispositos quod si starent
semper sine excusatores tamen venient videre illam. Et
attendendum quod ista rogacio videtur esse humilitatis
Volunt enim superbi quod vicium celare nisi humiliantur
Ecclesiastici x° Odibilis est coram deo et
hominibus superbia. Non enim superiorem aut parem
patitur nec invenit admixtum ducandi propter super-
biam. Unde humilitatem quam in corde non habent verbis
vendunt et gestis corporibus. Ecclesiastici xix° Est qui ne-
quiter se humiliat et interiora eius plena sunt dolo
Deinde ponit secundam excusacionem que est avarorum

Et alter· sz auarus· Alius cuius vicium p9 superbia est
auaricia dixit Iuga boum emi quinque· Bos sensu
gnavum et affectum signat· Bos eius non portat sz trahit
ita sensus non portat spm sz trahit· Bos eciam
pigrum animal est et recalcitrat stimulo ita sensus
piger est ad bonum et ubi ad bonum stimulatur
recalcitrat· Quinque eciam iuga leguntur· ita secunda
sicut boues iunguntur· ita trahunt· sicut eius quilibet
est iuga iugum eius ex duobus bobus· Sic et quili-
bet sensus duobus vtitur organis ut ingratum
visus ex duobus oculis· auditus ex duobus auribus
olfactus ex duobus naribus· Gustus in palato et
lingua· Tactus licet sit in toto corpore· tamen ut
dicit Aug9 voluptas carnis que ad tactum
pertinet geminatur· quia duo sunt membra
tactum sentientes Istos sensus auarus dicit emere
quia bona ista temporalia que sibi propria sensibus adipis-
ci non sunt ea tamen desiderio vendicat aut eciam
emit· quia magnis periculis et laboribus multis
et similitudinibus dum acquirunt· Hec temporalia et ad
dampnum regni celestis· Et eo probare illa· Tunc
auarus probat iuga boum quando computat quid prosunt
temporalia que sensus desiderant· Probat sunt vsura-
rius quid sit pecunia in lucro· Probat cupidus quando
possessiones in fructu· Rogo te habe me excusa-
tum· Si causa excusacionis iusta fuisset· dignum
erat excusacionem audiri· Sunt nec quia iusto deus
preponit vocati celestis cene nulla est hec excusa-
cionis racio· Deinde ponit terciam excusacionem
que est luxurie· Alius dixit sz luxuriosus Vxo-
rem duxi· Ista ut dicit Aug9 est voluptas car-
nis que mentem impedit· quia voluptatem hono-
rabili nomine vocat sz coniugium· Quia ut dicit
Greg licet coniugium bonum sit ad propagandam
sobolem diuina prouidencia institutum· Nonnulla
tamen non ad fecunditatem prolis sz per hoc desiderium
expetunt voluptatem vel carnis· voluptate non

Uxorem appellat eo quod iucunda sit. Sicut enim passim
allicit desideriis ac si voluptas esset uxor. Et
ideo non possum venire. Ecce similitudo huius viri
qui tenet lasciviam carnis quod ad deum non possit
accedere. Causa quia vult. Secunda ut dicit Basilius
Intellectus humanus vigens ad inveniendas [illegible]
[illegible] debilis est ad agenda divina. Con-
suetudo cum actus carnalis est quasi cathena. Unde
Augustinus viii confessionum: Ex voluntate perversa facta est libi-
do et dum libidini servitur facta est consuetu-
do et dum consuetudini non resistitur facta est necessitas
in necessitas peccandi sequitur in [illegible]. Et
attende quod non rogavit se ut haberet excusatum
Secunda homines tales dispositi frequenter et
erubescunt rogare deum vel quia contempserunt
invitantem [illegible] cum eo ipsum [illegible] ve-
C nerit contempnunt. Tercio potest vocari [illegible]
Et veniens servus. Predicatores dicuntur venire ad
deum cum per orationes ubi occupationes recedunt
vel cum pro aliis gratias agendo vel ad obstaculum
inhabilitate [illegible] et quasi consilium seu auxi-
lium eius implorando. Nunciavit hec domino
suo, multi autem predicatores reddunt fructum deo
quem fecerunt in predicatione et gratias deum lauda-
do et orando pro eis qui verbum dei ceperunt. Et ut
dicit Augustinus non indiget deus nunciis pro sua sciencia
quasi per eos sciencior sit quia omnia novit subtili-
ter et investigabiliter. Nuncii sunt ut deo assistant
cumque de suis [illegible] agendis consulunt. Job xxxviii
Numquid emittes fulgura et ibunt et revertentes di- 3a ps
cent tibi adsumus. Tercia pars sermonis
Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo
Exi cito in plateas et vicos civitatis et pau-
peres ac debiles cecos et claudos introduc huc.
A Et ait servus. Domine factum est ut imperasti et
adhuc locus est. Et ait dominus servo. Exi in vias
et sepes et compelle intrare ut impleatur domus
mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum

qui vocati sunt gustabunt cenam meam. Tercia pars
in qua ponitur iusta comminacio sive sentencia que triplex est
Prima est de quorundam introduccione. De qua dicit
Tunc iratus paterfamilias. Iste paterfamilias est
deus. Cuius familia sunt omnes angeli electi et
eciam fideles. Hanc enim familiam Christus creavit et
conservat, ordinavit et distinxit officiis. Iste ergo
irascitur deus de negligencia hominum quod paratum p-
cis eterne vite cenam contempnunt et vilibus cibis
implent mentem. Et nota ut dicit Basilius quod
deus irascitur non quod passio mentem divinam attendat
Sed sicut talis operacio in nobis sit ab ira, sic punicio
dei ira et indignacio dicitur. Que ira quanto placidior
et sine passione est, tanto severior firmior et
gravior est. Deinde mandatum imponit: Dixit domino
suo Exi cito in plateas. Dicuntur predicatores exire
ab intimis contemplacionibus ad accionem ubi de-
nunciacionem. cap^m viij^o Exiit qui seminat seminare
semen suum. Cito quia mora trahit periculum, tempus
breve est. Joh. ij^o Filioli novissima hora est. In
plateas et vicos civitatis. Civitas ista mundus
est cuius platea est via per lata et spaciosa ad mor-
tem per quam vagantur secundum Aug. Omnes illi
tem per quam vagantur ... Pauperes
qui putant esse felicitatem quod est illicitum. Pauperes
dicuntur qui sunt sibi defectum. Dicuntur enim pauperes
dicuntur qui sunt ... Debiles dicuntur qui sunt
est parum opera ... Cecos qui nullius inge-
nii et vigoris defectum. Cecos qui nullius inge-
nii lumen sunt secundum Gre. Et claudos qui pe-
des recos in operacione non habent. Introduc huc. Vel
plateis enim i. de prosperitate mundi omnes isti intro
ducuntur pauperes bona temporalia propter deum respuen-
tes et debiles statu dignitatis et potencie in
hoc mundo non habentes. I Cor. i^o Infirma mundi ele-
git deus etc. Ceci vero et claudi sunt qui sta-
bilitate sciencie vel pedum apte eciam in tenebris
vz et affectu mundi. Deinde ponit mandati sa-
tisfaccio: Et ait servus Factum est domine quod imperasti

Here ita fit ut dns impleuit qua i regnum eterne
btitudinis p pte magna introducitur qui aut
timent tpalibus hnt ea ptempnunt Et adhuc
locus est Ecce pruidus explicacio Ad huc ete
est multo locus vacuus Apoc vj Responsum est
omnibus sanctis petentibus corporum resurrectionem ad
huc modicum tempus sustinete donec impleatur
numerus fratrum vestrorum Secundo ponit sua secta de quo
vidam compulsione Et ait dns sub servo i vias
et sepes In hijs habitant qui multa ad vanitatem
compellunt Sicque autem i mundo sicut quasi via peregri
nacionis vel in sepibus nos habitant quos mundus
despiciens contra se abiciat Compelle intrare Timore
infernj et adversitate temporalium Unde Greg Deus hos
elegit quos mundus despicit quia plerumque illa
despectio hominem revocat ad seipsum Et tanto ce
lerius aliquis vocem dei audivit quanto i hoc mundo
non habet unde delectetur Unde Greg alibi dicit
mala que nos hic premunt ipsa nos ad deum ire
compellunt Ut impleatur domus mea Domus propria
familias ubi sit eternum convivium celestis patria que
que magne capacitatis est Baruch iij° O Israel
hel qua magna est domus dei et ingens locus
possessionis eius decora est et pulchritudinis
ps Dne dilexi decorem domus tue Est laudis et
beatitudinis ps Beati qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te Ad hanc domum suspi
rat David dicens Quam dilecta tabernacula tua
dne virtutum Nota quod quatuor genera hominum intro
ducit ad celestem cenam Scilicet claudos pauperes
et debiles qui omnes assumerentur De quatuor sta
tibus secularium duo sunt intra mundi circuitum civitatis
scilicet platearum principum et adversitas vicorum Duo non
sunt contra mundum scilicet status religionis qui est
in via Et status prelacionis qui e in sepibus Sepe
enim pergit ea que includit de prelatis eius dicitur
Ezech xxij° Quesiui virum qui interponeret sepem

et stabit oppositus contra me peccata mea dissiparet
me. Nota quod regnum celorum quidam violenter ra-
piunt ut sunt iniusti et quamquam tamen sua ma-
tenet. Mathei xi° A diebus Johannis regnum celorum vim
patitur et violenti rapiunt illud. Quidam vero
furantur per contemplacionem. Sicut maria magdalena
que sedebat ad pedes domini et audiebat verbum illius.
Quidam illud emunt per elemosinarum largicionem
unde in li. de spiritu et anima. Vere inquit venale est
regnum dei. eme si vis. tantum valet quantum habes. quod
si nichil habes te ipsum da et habebis illud. Quibus-
dam nec emunt datur sed pueris baptizatis sacro
cete qui nullis suis meritis salvantur propter quod michi
lo habuerunt tamen desiderabile. Quidam vero compel-
luntur intrare urgentibus adversitatibus et egestati-
bus qualis fuit filius prodigus qui egestate compulsus
rediit ad patrem Luce xv° capitulo Imple facies eorum
ignominia et querent nomen tuum domine. Ecce po-
stea memoranda de quorundam reprobacione Dico autem
vobis. Cuius dicitur impossibile est quia nemo
virorum illorum qui vocati sunt et neglexerunt gu-
stabit cenam meam. Dicit ergo Gregorius
Quemadmodum qui contempnit invitatus vocantis
sit ad voluit intrare non valet etc. De eodem sermo

Homo quidam fecit cenam magnam
et vocavit multos. Augustinus in li. de verbis
domini de epistula Pauli loquens Homo inquit est ho-
iste iste mediator dei et hominum homo Jhesus Christus
Hic ergo bene dicitur homo quidam racione singu-
laritatis persone ut dictum est in postillando ibi
homo Jhesus Christus eximia dilectione quam
habet ad homines scilicet quam de sinu patris descendit
parit nobis duplicem cenam et utramque valde
magnam una qua pastum in terra per statum vie
quam parit in cena ultima coram quando panem
et corpus suum in cibum et sanguinem suum in
potum discipulis suis instituit Et eandem cenam
postea celebrandam instituit. Unde dixit Hoc quo-
ciensque feceritis in mei memoriam facietis. Et

durabit hec cena usque ad consummacionem seculi iuxta
illud Matthei ultimo Ecce ego vobiscum sum usque ad
consummacionem seculi. Alia est cena magna parata
nobis quam sumemus in celo post statum glorie de qua
ipse dicit Luce xxii Ego dispono vobis sicut
disposuit michi pater de qua cena est illud
Apocalipsis 19 Beati qui ad cenam nupciarum agni vocati
sunt. Et de hac cena prosequamur. Primo quia
hec cena principaliter signat huius ewangelii mencio et
intencio. Circa istam quoque celestem cenam tria
sunt consideranda. Primo quis eam preparavit quia dicitur
homo quidam fecit. Secundo quanto eam gaudio
magnificavit quia dicitur Cenam magnam. Tercio
quam multos ad eam invitavit quia dicitur Et
vocavit multos. Ex hiis tribus bene dicitur
cena magna. Circa primum sciendum quod licet
hec cena attribuatur homini Christo pro cuius merito pas-
sionis sue reservata est nobis illius cene ce-
lestis possumus tamen dicere quod tota trinitas prepara-
vit hanc cenam et quelibet earum personarum
sua fercula apposuit. Pater autem apposuit ibi
tria fercula. Primum est faciei sue clara et
iocunda visio. Sicut enim Publilius dicit quod
melius ferculum boni hospitis est facies iocun-
da. Sic deus noster pater primo ferculo exhibet suis
iocundissimam faciem suam in quam cum angeli
prospicere desiderant. Hoc enim ferculo indesinenter
reficiuntur angeli Matthei xviii Dico enim vobis quia
ubi secundum Fabianum more humano faciem ponit pro vi-
sione et cognicione clarissima. Hoc eciam ferculo refi-
ciuntur sancti in celo eterna sicut dicit Augustinus ultimo
de civitate dei. Sicut angeli nunc vident deum
sic et nos sumus visuri facie ad faciem. De qua vi-
sione dicitur in Johanne Videbimus eum sicuti est. Is-
tius ferculi tanti sapor est secundum Augustinum in 2
li. de li. ar. Ubi tangitur illud psalmi melior est
dies una in atriis tuis. Tanta inquit est iocun-
ditas lucis eterne ut eciam si non liceret in ea amplius

manet qua vnius diei mora preponitur soli innumerabi-
les sunt vite dies pleni delicijs et confluencia
bonorum qualium vite multarum contemperet. Secundum ferculum
est quod apponit pater, est omnium bonorum plena possessio.
Hoc enim pertinet ad largum patrem familias inde-
refere clare quod talibus suis cunctorum bonorum que habet. Et
quia tunc deus pater erit omnia in omnibus, vnusquisque colliget
perpetua, qui habent deum habent omnia bona
ita ut eorum quilibet possit dicere illud Sap. vij. Venerunt
michi omnia bona pariter cum illa. Tercium ferculum
patris est voluntatum et desideriorum omnium impletio
sicut illud manna figuraliter reddebat in ore singulis
saporem quem voluit, ut dicit Greg. super Exo.
omne vbi. quod et Augustinus recitat dicens: esse vbi
delectabilis quorum voluntas erit conformis volunta-
ti eorum diuine, non autem in istis qui album [illegible] fa-
stidiebant d. Anima nostra nauseat super cibo isto
leuissimo, cum appetebant cepas et pepones et
sed super ollas carnium quas dimiserunt in egypto.
[illegible] magis deus pater in illa cena celeste re-
[illegible] desiderium singulis beati quorum omnes
plebit in bonis desiderium conformes diuine voluntati cum
velli omnes sunt conformes [illegible] gloria tua. Et quia hoc fer-
culum specialiter patri competit ideo dixit Philippus
Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Ioh. xiiij.
Et hec tria fercula dei patris apostolus Paulus
in raptu quodammodo pregustauit cum diceret .i. Cor.
xij. Paulus non vidit. Paulus cui non sufficit
videre tantam visionis claritatem. Sequitur de fer-
culis filij, que similiter sunt tria. Primum est panis.
panis in copia vite qui de se ipso dicit Ioh. vj. Ego
sum panis viuus. Dicitur autem Christus panis primo
diuinitate quia de celo descendit. Ego sum in-
quit panis vite qui de celo descendi. Et dicitur
panis vite corporis est ita confortatiuus quod comedite
et fiat viue inceptum Ioh. ibidem. Secundum man-
ducat hunc panem viuet in eternum. Ita est saciatiuus
quod sacia omnem appetitum omne delectamentum in se
habens Sap. xvj. Vnde cum iam supra dixisset, Ego

sum panis vite ad vitam qui venit ad me non
esuriet Et quod ubi non ut dicit Cris. sequatur
eciam sacietas ubi nulla est egestas. Secundum fer-
culum filii est caro caro inquam vite Et hoc
competit ei secundum humanitatem panis inquam quem ego
dabo caro mea est Et quia hec est caro vite
addit pro mundi vita Et infra nisi manducaveritis
carnem filii hominis etc. Et nota quod Ihesus prius dixit
panem et postea panem illum dixit carnem et per hoc
datur intelligi secundum Augustinum quod filius dei non tantum
dicitur panis secundum divinitatem qua pascit omnia sed
eciam secundum humanitatem nam que est assumpta a verbo dei
Sic ergo filius in hac celesti cena apponit panem
sue divinitatis et carnem sue humanitatis Et hinc
accedit tercium ferculum quod est quasi pulmentum delicatissimum
suum et suavissimum quo nulli non reficiuntur Sunt
pulmentum enim dicitur secundum ysidorum 2o li. ethym. quod
permixtione sumitur et est cibus delicatus et suavis
ut dicit Augustinus Et quid delicacius et quid non suavius
mixtione illa vel potius unione anime
nature in uno supposito quo pascuntur in illa cena con-
vivantes qui sive ingrediuntur sive egrediuntur
pascua inveniunt eterne beatitudinis et deliciosissime
suavitatis Hoc est pulmentum quo ysaac
pater celestis libenter vescitur Gene. xxvii Hoc
est pulmentum abacuk coctum quo daniel in lacu
leonum gaudiose reficitur Danielis ultimo Hoc
pulmentum de quo dominus post resurrectionem suam in-
terrogavit discipulos dicens pueri numquid pulmentarium
habetis Joh. xxi Et quod discipulis dicentibus
non Ipse dominus paravit eis cum magna copia pi-
scium ut ibidem dicitur signum pulmentum quod ipse eis
[illegible] largitur Spiritus sanctus eciam
in illa cena apponit tria fercula primum est mel
divine dulcedinis et divine fruicionis de quo
est illud Eccli. xxiiii Spiritus meus super mel dulcis
Et ps. Quam magna multitudo dulcedinis tue
domine. Hec dulcedo omnem dulcedinem creatam superat

insipidam. Unde Ber(nardus) Non habet super terram quod amat qui
semel donum celeste gustavit. Secundo proponit
vinus sacius est vinum. Ps. Inebriabuntur ab ubertate
domus tue. Et hoc est vinum quod letificat deum
et homines. Tercio ferculum spiritus sancti sunt
fructus. Gala. 5. Fructus autem spiritus sunt caritas
pax gaudium etc. xii. fructus spiritus sancti. Sunt
hic in quadam pregustacione et in expectacione future
beatitudinis. Felices autem in cena celesti degustabunt
[illegible] implena [illegible]. Unde sponsa in Cant. [illegible]
ducta in cellaria sponsi et ibi degustans fructus
hos dicit illud Can. 2o fructus illius dulcis
gutturi meo. Disce quam magna est cena cele-
sti magnificencia [illegible] et preciositate ferculorum
lorum. Sequitur secundo vide quam magna sit ama[?]
gratitudine gaudiorum. Et est quod sciendum quod tot et
tanta sunt in illa cena gaudia quod omnes arith-
metici huius mundi non possent ea numerare. Omnes
geometrici non possent ea mensurare. Omnes gra-
matici dyaletici rethores non possent ea sermo-
nibus explicare. Nimirum quia secundum apostolum oculus
non vidit nec auris audivit etc. Unde Bernardus
Merces sanctorum tam magna est quod non potest mensurari
tam multa quod non potest numerari tam copiosa quod non
potest finiri tam preciosa quod non potest estimari. De
magnitudine autem huius cene dicit Augustinus
de [illegible] Tantum est illud gaudium quod nec oculus
vidit quia non est odor sive color nec auris
audivit quia non est sonus nec in cor hominis
ascendit quia cor hominis debet illuc ascendere.
Gaudebunt ibi sancti supra se de dei visione. Infra se
de celi et omnium creaturarum pulcritudine et ordina-
ta condicione. Intra se de anime et corporis glorificacione.
Extra se de angelorum et hominum consociacione. Gau-
debit namque quisque de bono alterius sicut de bono
proprio. Quod tamen non intelligendum est intensive sed
extensive. De tanto gaudiorum [illegible] in illa [illegible] cena
oblectabuntur omnes sensus spirituales. Ubi cum deus

erit speculum visui · Cithara auditui · mel gustui
balsamum olfactui · flos tactui · Ibi Bern. Aug.
Quo desinunt carmina ubi fulget quod non capit
locus · sonat quod non capit tempus · olet quod non spar
git flatus · sapit quod non minuit edacitas · heret
quod non evellit sacietas · Hec ille · Restat tercio vi
dere quam magna sit illa cena cum magnitudine
invitatorum eterna dicitur · Et vocavit multos · Ubi
sciendum quare vocavit multos · Secundum quod philosophus
fecit ut domus celestis idest civitas superiorum imple
retur · Unde dixit Compelle intrare ut impleatur
domus mea · Super quo dicit Glosa Impleatur numero
eius electorum et predestinatorum · quia unus in completus
non remanebit · Ante ascensionem Christi in celum domus
superiorum omnino erat vacua · quia nullus adhuc ibi
fuerat · nunc autem est semiplena · Tum quia numerus
sanctorum adhuc non est completus · Tum quia sancti ad
huc non sunt sua beatitudine completa · quia corum
corpora adhuc non sunt glorificata · Post iudicium autem
totaliter erit plena quia numerus electorum erit plenus
et quilibet sanctorum in anima et corpore erit glorificatus · Unde
capitulo vii° de xpo dicitur In die plene lune rever
sus est in domum suam · Sicut luna aliquando est
vacua aliquando semiplena aliquando plena · Sic
domus dei ante Christi ascensionem de celestibus sanctorum omnino
erat vacua post ascensionem vero fuit · et est semi
plena · Sed quando post iudicium Christus in domum suam
venerit et tradiderit regnum deo patri tunc totaliter
erit plena Et hec de primo principali

Erant appropinquantes ad Ihesum publicani et
peccatores ut audirent illum Et murmurabant
Pharizei et scribe dicentes Quia hic recipit
peccatores et manducat cum eis Luce xv. cap. · Nobis
Solet amicus in duello dimicaturus in desperatione
frangatur cavere · quia nichil desperatione peri
culosius est pugnanti · Et quia tota vita nostra
est quedam pugna contra vicia et peccata · Ideo sal
vator ne desperatione omnino locum obstruens donat

Sub sermone precedenti et post hunc
alibi quos require supra
ubi signatum est · Sub
sermone de cena sacra
mentali ·

a

8a 3a

se tam benignum ad receptionem peccatorum peniten
cium quia de hoc eciam celestis gaudet Et id
hoc est primo ebrorum in quo tam declaravit /
Primo videt quam misericorditer recipit deus ad
se revertentes / Secundo quanto labore perquirat er
rantes ibi Et ait ad illos / Tercio quanta dilige
ti sollicitudine inveniat abeuntes ibi Aut que
mulier. Circa primum duo facit. Primo cum ponit
peccatorum accessum ad xpistum ibi Erant appropinqua
tes ad ihesum publicani et peccatores publicani
dicuntur secundum ysidorum qui exigunt tributa vectigalia
sive maxime circa res que navigio feruntur
quia difficulter fit sine peccato ipse implicacionem
cure secularis ideo iunguntur peccatoribus quamvis autem
ipse hoc prohibita erat iudeis talis exaccio. i. Esdre
vii vectigalibus tributa et annona non habet potesta
tem imponendi vel eciam aliquis publicanus dicitur
eo quod publice peccat / Et nota quod non erat mirum
si salvatori appropinquabat qui eis tantum appropinq
licat quia primo gradum propinquitatis eis propinquius
suus factus assumendo cum carne in qua frater
tur est effectus implens illud desiderium Can
viii quis michi det te fratrem meum / Vnde Bernardus
Quanto me non spernit os potius os et ossibus meis
et caro de carne mea. Et non erat mirum si appro
quabat cuius mansuetudine odorifera appropin
peccatorem senserat Zacharie ix Ecce rex tuus venit
tibi mansuetus Bernardus super Cantica Prae mansue
tudine nequit que inest domino ihesu currimus
post te audientes quod non spernis pauperes peccatores
quia non horruisti latronem confitentem. non la
crimantem peccatricem. non cananeam supplicantem
non deprehensam in adulterio. non supplicantem pub
licanum. non negantem discipulum. non persecutorem
discipulorum / non ipsos crucifixores tuos quo odore in
odore unguentorum tuorum currimus / Nota eciam
quod mansuetudo habet naturam adamantinam. adamas

B

et mansuetudo cordis ferrea tenet

cum ferrum ad se trahit. Considerandum autem quod ex
qualitate appropinquantibus et salus aliquorum a deo
sunt remota quod non possunt ei appropinquare ut damp-
nati qui iam sunt in inferno. Quorum dicitur divite epu-
lone Luce xvi. Chaos magnum firmatum est inter
nos et vos. In vita cum vita possibilis est
appropinquatio et elongatio. Inter appropinquantes ali-
qui solo ore appropinquant. Ysa xxix. Populus
hic labiis me honorat, cor autem eorum longe
est a me. Aliqui vero appropinquant corde per con-
tritionem, ore per confessionem, opere per satisfactionem. Et
hec via trium dierum. Exo. v. Via vadit ab
egyptiis ut gratum deo offerret sacrificium et
inde veniret ad terram promissionis. Et istis sic
deo appropinquantibus similiter appropinquat deus.
Jacobi iiii. Appropinquantibus nobis deo appropinquat
nobis. Aliqui sunt qui se adeo elongant a deo
quibus dicitur. Ps. Ecce qui se a te elongant
peribunt. Elongatio autem ista fit per primum consensum
in mala opera et in mala consuetudine. Et
hec est via trium dierum que vadit in infernum. Et
attendendum quod libenter peccatores debent appropinquare
deo quia recipit eos libenter, festinanter, letan-
ter, frequenter et sufficienter. Prima tria appa-
rent in receptione filii prodigi quem pater recepit
libenter quia cum adhuc longe esset vidit eum
et misericordia motus est; festinanter recepit eum quia
occurrit ei; leticia recepit eum sicut patet in
amplexu et osculo et ornatu et convivio quod
ei fecit. Item frequenter deus recipit peccatores.
Mat. xviii. Non solum septies sed usque septuagies
septies. Hoc Christus docuit Petrum et non dubium
quin ipse servavit. Quia cepit ihesus facere et
docere. Sufficienter et deus recipit. Fuit enim
admodum boni patris qui tenetur est difficilis porri-
git manum et suffragium. Ps. Adhesit anima
mea post te. Videndum autem quod peccatores debent

appropinquare ad ihesum sicut infirmus ad medicum
siciens ad fontem · pauper ad divitem · esuriens ad
cibum · cecus ad lumen · servus ad libertatem · cap
tivus ad redempcionem · lapsus ad requiem · mortuus
ad vitam ¶ Sunt enim peccatores in se spiritualiter Mathei
xi° infirmati sunt mente et clamant · Tot
enim paciuntur quot infirmitates quot peccatis voluntati sunt
unde necesse habent accedere ad christum medicum · qui propiciatur
omnibus iniquitatibus nostris et sanat omnes
infirmitates nostras · secundum aug(ustinum) domine tu medicus
et ego eger sum · tu misericors et ego miser sed
sana gratia et miserere ¶ Item peccatores sunt egentes pau
peres psalmista ego vero egenus sum et pauper · ergo opportet
accedunt ad christum thezaurum omnium bonorum ut
ditentur · quia ipse est qui dat omnibus affluenter
est enim dives in omnes qui invocant illum psalmista ad
iuvit pauperem de inopia ¶ Item sunt peccatores esu
rientes psalmista esurientes et sicientes anima eorum in ipsis
defecit · Hec enim temporalia sunt sicut silique porcorum
quinimmo vacue sunt et pocius inflant ven
trem quam saciant · Rursus illa temporalia non ex
tinguunt ardorem sitis sunt enim quasi aqua salino
sa que amplius sitim accendit quanto amplius
sunt degustata · Et ideo necesse est peccatoribus ad
christum accedere · qui est cibus vivus et fons aque
vive ut non esuriant neque siciant amplius /
¶ Item sunt peccatores ceci et sine intellectu · Excecavit
enim eos malicia eorum psalmista lumen oculorum meorum
et ipsum non est mecum · Ergo ad deum accedant
qui est vera lux in quo tenebre non sunt · psalmista
accedite ad eum et illuminamini ¶ Item peccatores sunt
servi · quia omnis qui facit peccatum servus peccati est
Ioh viii° ¶ Ideo accedunt ad eum qui ab hac liberat
servitute · unde ibidem ¶ Si filius vos liberaverit
vere liberi eritis ¶ Item peccatores sunt captivi
quia a dyabolo detenti psalmista Ecce concepit iniquitatem

irruerunt in me fortes. Abstulit captivitatem
Christus habet nos liberos ps. Cepisti captivitatem
Glosa i. homines qui sunt sub vinculo dyaboli
captivam. cepisti i. captivasti feliciter. Item peccatores
sunt lassi et fatigati onere peccati ps. xxxvij°
Onera mea gravia ponderis usque ad lassitudinem
ps. Sicut onus grave gravate sunt super me
Unde necesse est ad eum accedere qui tollit ab eis
hec gravamina et dat suffragia requiei Mt. xi°
Venite ad me omnes qui laboratis et onerati
estis etc. Ultimo peccatores sunt mortui. peccatum
enim tamquam venenum tollit vitam anime et eo sunt in
tenebris et umbra mortis. Et ideo necessarium est
nobis ad deum accedere qui est vita pura et eterna
ut mereamur vivificari i. Corinth. xv° Sicut in
Adam omnes moriuntur etc. Deinde dicitur ad quod
accesserunt ad ipsum peccatores. ut audirent illum
Ideo delectabantur peccatores audire verba Christi quia
rationabiliter peccata reprehendebat. quia non crudeli-
tate sed benigne eos amonebat. quia non ful-
minabat ad contempnandum sed interdum spem venie
promittebat. Secundo ponitur iniquus ludorum
murmur. Et murmurabant pharisei qui religio-
nis cultu et simulata sanctitate ab aliis elati
divisi sunt. Et scribe qui legis notitia erant doctores
populi dicentes, non quidem murmurabant de eo
quod peccatores appropinquabant ad Christum sed quia ad se ap-
propinquantes recipiebat et manducabat cum illis
Lyra dicens. Hic accedunt boni et sancti et
peccatores recepit ad sua consilia et gratiam et
quod amplius est manducat cum illis. tamquam amicus
Si igitur cognovissent scribe et pharisei quod venis-
set in hunc mundum peccatores salvos facere i. Thimo. i°
nequaquam murmurassent. non enim sanatur infirmus
nisi accedat ad medicum. nec illuminantur tenebre
nisi presentia luminis. nec vivificatur corpus nisi assit
vita. Si enim Christo tanta sint cura de peccatoribus

in pellis carne assumeret et moreretur Non est
mirum si eos recipiebat conversando cum eis quatenus
ad eis eos et spiritualiter salvaret et illuminaret. hoc n[on]
totum fuit benignitatis et iuste secundum murmur scri-
barum et phariseorum erat arrogantie et superbie dicit 2a pars
Greg[orius] in Omel[ia].
Et ait illis similitudinem istam dicens Quis
37 ex vobis homo qui habet centum oves et si
perdiderit unam ex illis nonne dimittit nonaginta
novem in deserto et vadit ad illam que perierat donec
inveniat illam Et cum invenerit illam imponit in
humeros suos gaudens et veniens in domum convocat
amicos et vicinos dicens illis Congratulamini
mihi quia inveni ovem que perierat. dico vobis
quod ita erit gaudium angelis dei in celo super uno a
peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem
iustis qui non indigent penitentia. Beda pro inquit
ponitur una parabola qua declaratur quanto labore
ipse errantes requirat et salvos faciat. Primo enim
tangitur multitudo subiectorum christi. Et ait ad il-
los parabolam istam. Greg[orius] Similitudinem dedit
qua et homo in se ipso recognosceret et tamen ad auc-
torem hominum spectaret pertinere. Quis ex vobis ho-
mo Et ipse est iste. licet ipsi eum non cognoscerent
Ioh. 1° Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis
Qui habet centum oves. Oves vero secundum Theo[philum] sunt
totum genus humanum Ezech. xxxiiii° Greges pas- nota nonaginta
cue mee vos estis. De quibus omnibus nonaginta novem
sunt iusti, una vero est peccator secundum quod dicitur in fine
istius parabole. Vel secundum Ambr[osium] oves christi unde
sunt que non solum angeli sed et homines. Unde
ut dicit Greg[orius] Ipse centum oves habuit cum
angelorum et hominum multitudinem possedit. Ex quibus
omnibus nonaginta novem angeli sunt, sed unus
In una perdita ove genus humanum intelligitur.
Dubitaret forte aliquis qualiter multitudo ange-
lorum sub centenario numero intelligitur. Unde in ista

omnium hominum a principio mundi usque ad finem mundi
sub uno tamen comprehendunt. Ad quod dici potest uno modo quod
hoc ideo quia numerus angelorum in tanta fortitudine sita
[?] excedit numerum omnium hominum salvandorum.
Et hoc relinquendum est illi cui soli cognitus est
numerus electorum. Item alio modo dici potest quod quia omnes
homines sunt unius speciei ideo sub uno numero
comprehenduntur. Sed aliud est de angelis quia quot
sunt angeli tot sunt species. ita quod non est dare
duos angelos eiusdem speciei secundum quorundam et

veriorem opinionem etc. Sed quia in alia parabo-
la sequenti angeli accipiuntur per novem dragmas
et homines per unam scilicet decimam. Dubitare posset
hic aliquis quare hic humanum genus signatur
per centesimam ovem, ibi vero per decimam dragmam
non est debita proportio utrobique. Ad quod dicendum quod
homines possunt considerari dupliciter. Uno modo quantum ad sup-
posita. Alio modo quantum ad speciem. Primo modo possunt ho-
mines assimilari decimo numero. Secundo centesimo.
Nam ex electis reparabitur ruina angelorum. de quibus
dicitur tot cecidisse quod quasi dici sit decimus ordo.
non quod si stetissent decimum ordinem fecissent
quia et si omnes stetissent non propter hoc non fuissent
nisi novem ordines. Sed quia de omnibus ordini-
bus dicuntur aliqui cecidisse et tanta multitudo
cecidit quanta est quasi una novem ordinum. Si
igitur angeli cadentes stetissent ad quelibet ordi-
nem aliqui de his pertinent. nec tamen propter hoc consti-
tuissent decimum ordinem. Sed dicitur decimus or-
do racione multitudinis equate cuilibet novem
ordinum. Sic et homines electi restauratores ru-
ine illa non faciunt decimum ordinem sed ad octo
ordines aliqui ex eis assumentur. Utrum autem
tot salvabuntur ex hominibus quot ceciderunt an-
geli aut remanserunt. Augustinus in Enchiridion capitulo xxviii
aliquid ex eis asserit et aliquid sub dubio re-
linquid. Illa quod non pauciores salvabuntur
homines quam ceciderunt angeli simpliciter asserit

sed quod non plures sub dubio reliquit Greg[orius] tamen
simpliciter ponit quod plures salvabuntur homines
quam angeli ceciderunt asserens quod tot salvabuntur
homines quot remanserunt angeli iuxta numerum an
gelorum secundum aliam litteram ut communiter ponitur sed multo
plures quam cadentes eo dicitur quod decima perdita pro
cecidisse quodque tamen sit decimus salvandorum
ad propositum signati sunt homines per dragmam drag
mam. Sed quantum ad speciem signati sunt per cen
tentesima. Decima omnes electi qui sociabuntur
angelis remanentibus et restaurabunt ruinam
cadencium non pertinebunt nisi ad unam et eandem
speciem. Angeli tamen sive cadentes sive remanen
tes sive utrique eo quilibet eorum constituat suam speciem
non plures constituunt. Ideo decem ad hoc designa
tum dicti sunt homines unam omnes. Et angeli
99. non quia non plures sunt species angelorum non
solum remanencium sed etiam cadencium. sed eo sit in
sticus et methaphoricus numerus sufficit secundum aliquam
similitudinem esse ut dicatur sicut sic dicitur ce
numerus valde excedit homines. Secundo ponitur
perdite requisitio. Et si perdiderit unam
dragmam omnis perdite requisitio
rilius Greg[orius]. Una inquid ovis sua periit quam
peccando homo pascua vite reliquit. Sed audi pa
storis diligenciam et benignitatem. Nonne dimit
tit nonaginta novem in deserto. Desertum est celum
quod primus angelus deseruit. Similiter et homo per
peccatum. In quo celo salvator noster velud bonus pa
stor omnium ovium 99 reliquit scilicet litterarum spiritum or
dines. Archangelorum. virtutum potestatum principatuum

Angelorum

dominacionum thronorum cherubim et seraphim quos
dicitur reliquisse in montibus id est in sublimitatibus
celorum sed non quidem secundum divinitatis presenciam quia
ubique presens est nec secundum gubernacionem quia eius
providencia et potestas super omnia diffunditur sed di
misisse eos dicitur ratione humanitatis assumpte
quam querere venit humanitas vel dimisit eos

cuncta ad quem ordinem prudentie que est reuocare
delinquentes neque cum angeli qui non peccauerunt
relicti sunt eo quod redemptionis capaces non fue
runt / Et vadit ad illam que perierat / Ubi notandum quod
xpistus ad recuperandam ouem perditam iniit per
quatuor vias / Prima via primus fuit in incarnatione
de celo ad terram / Secunda fuit in mundo in predicatione
in fame et siti et in multis laboribus / Tertia
fuit via ad mortem / Quarta fuit ad inferna /
Quinta via fuit regressio eius ad celum
donec inveniat illam / Invenit hominem quando car
nem assumpsit humanam / Invenit eam predi
cando conversando nobiscum / Tertio ponit inventi
te ouis susceptio Et cum invenerit illam Gregorius
dicit Cum primus pastor ouem perditam
recuperasset non puniuit non verberauit non virga
reduxit ad gregem propriam cum penis et
verba et maledicta vix sustinet / Unde eam
noluit manifestare. Sed imponens humilis humeris
suis et portans clementer adunauit gregi
Unde sequitur Imponens super humeros suos
gaudens Luce xv° / Bonus pastor ouem
quam propter nimiam infirmitatem suam ambulare
non potest proprie humeris reponit ad reliquum
gregem portat Tunc non ut dicit Gregorius
humeris reportans ouem imposuit quia huma
nam naturam suscipiens peccata nostra ipse portauit.
Et Ambrosius xpistus de suo corpore reuexit contra
tua ipse peccata portauit. humeri non xpisti ut
dicit Ambrosius crucis brachia sunt. illic mea
peccata deposuit. in illa patibuli nobili ceruice
quieuit / Et attendendum quod xpistus [illegible] gau
dens imposuit [illegible] ouem humeris xpisti et cum
licet maximus fuit dolor passionis et mor
tis quo hominem humanam requisiuit et humeris
imposuit. hunc tamen laborem et dolorem susti
nuit letanter ut perditam ouem recuperaret / Quarto

ponit suscepte ovis redemptio Et veniens domum
domus ad quam redijt xpus tunc omne celeste
est curia ad quam reversus est ad medium oste-
dit captivam duxit captivitatem. Quarto ponit
ovis recepte gaudium et exultacio Et con-
vocat amicos suos Angelici spiritus amici sunt
Et vicinos. Nam ut dicit Theo. Omnem vir-
tutes omnes dicuntur in comparatione ad xpm cunq
respectu omnis creatura bestia est. Sed tamen
in eo quo rationales amici et vicini dicuntur. Ami-
ci quidem ut dicit Greg. Quia voluntate
eius in sua stabilitate custodiunt. Vicini vero qua
claritate visionis sua assiduitate semper fruuntur
Vel ideo vicini dicuntur quod eo quod angelica natura
nostre nobilitati sibi propinquior est deo quia
ut dicit Aug. xiij. Confess. Duo fecisti domine
unum prope te scilicet naturam angelicam alterum prope
nichil scilicet materiam. Istos angelicos spiritus vo-
cavit vicinos qui redemptionis humane miste-
rium eius manifestavit interrogantibus quis
nam esset iste qui venit de Edom tinctis vesti-
bus de Bosra. Iste formosus est gradiens in
stola sua in multitudine fortitudinis. Ysa. lxiij.
Et videt. Ego qui loquor iusticiam et propugna-
tor sum ad salvandum. Et dicit Congratulamini michi quia
i simul mecum et in congratulamini quia inveni
ovem meam que perierat. Luc. xv. Epulari et
gaudere te oportet quia frater tuus mortuus erat
et revixit perierat et inventus est. Et nondum
quia ut dicit Greg. Quia non dicit Congra-
tulamini in mente sua. Quia inde cum gau-
dium eius est vita nostra et cum ad celum reducimur
celebritatem eius leticie implemus. Vel quia ei
congratulandum est quia non frustra laboravit nec
frustra mortuus est quod ipse invenit ovem perditam
Nobis autem non est congratulandum quia nullus fuit
nisi inventa est. Secundo ista parabola omnibus ad
aptatur ad propositum. Dico vobis [illegible] vobis

scribis et phariseis de eo quod peccatores recipit / quod
gaudium est in celo angelis / spiritibus qui
gaudent eo quod numerus electorum suppletur ex conversione
peccatorum / Super uno peccatore penitenciam agente. Non est
gaudium tantum de receptione eius quantum. sed
quacumque hora conversus fuerit unus peccator fit gaudium
in celo. Quam super 99. iustis. Set contra de maiori
bono maius gaudium est. sed bonum innocencie
maius est bono penitencie ergo etc. / Ad hoc dicendum
quod status innocencie simpliciter melior est statu penitencie
sive penitentis / sed non est inconveniens aliquem
penitentem meliorem innocentibus esse peccatorem
status enim innocencie excedit statum penitencie. Sed
persone que sunt in illis statibus sunt sicut
excedentes et excesse / scientia potest una esse
alia maior quia plus habet de caritate in quo
cumque statu sit. Vel autem dicitur quod maius gaudium
est super uno peccatore quam super 99 iustis intel
ligitur de non eo quod melior sit peccator penitens
quam 99. iusti. sed quia in redemptione eius quam
eius magis operatus est deus quam in conservacione
tenans in altitudinibus celeste quia hoc est mai
festatis maioris potencie maioris pruden
cie et maioris misericordie. Maioris inquam potencie
quia maius est iustificare impium quam creare celum
et terram / Maioris prudencie Job xxvi. prudencia
eius percussit superbum. Maioris etiam clemen
cie et misericordie Luc. i. Per viscera misericordie dei nostri / Ubi
autem istud intelligitur non simpliciter sed quantum ad causam
materie penitencie quia in quantum eius redemptione
maior est materia gaudii quam in omnibus aliis ex par
tibus dei / Vel hoc quod dicitur de 99. iustis potest
referri ad nouem ordines angelorum bonorum
de quibus non est tamen gaudium quantum est de homine
reparato propter maculationem reparanti. Vel autem in
telligitur de persona cuiuslibet penitentis proprie / Sunt

referuntur ad penitentes ferventes non tepidos propter
illud Eccl. ix. Melior est canis vivus leone
mortuo. Canis vivus est penitens vigil et
fervidus. leo mortuus est iustus piger et acci
diosus. Unde Greg. in omelia. Plerumque hii qui
a nullis se oppressos peccatorum ponderibus sciunt. Stant
quidem in via iusticie nulla illicita perpetrant
sed tamen ad celestem patriam anxie non anhelant
tantoque sibi in rebus licitis usum prebent quanto
se perpetrasse illicita nulla meminerunt. Et
plerumque pigri remanent ad querenda bona
precipua quia valde sibi securi sunt quod
nulla commiserunt mala graviora. At
econtrario hii qui se aliqua illicita
egisse meminerunt ex ipso suo dolore
compuncti inardescunt in amorem dei seseque in
magnis virtutibus exercent cuncta difficilia sancti
certaminis appetunt. omnia que mundi honores
fugiunt et solum contumeliis delectantur. flagrant
desiderio ad celestem patriam Et quia se cogno
scunt errasse a deo considerant dampna preceden
tia recuperare. Maius ergo de peccatore converso quam de sta
te iusto gaudium in celo est. Dux in prelio magis eum
militem diligit qui post fugam reversus fortiter ho
stes premit quam illum qui numquam terga prebuit et
numquam aliquid fortiter fecit. Hec Greg. Aug. viii.º
Confess. Quid est quod maius sit gaudium
de salute desperate anime quam de ea cuius semper
fuit spes salutis. Et ponit exempla alia quod la
tum est de triumphante cui tanto magis est victorie
gaudium quanto maius periculum fuit in prelio. Aliud de nauta
qui post tempestatem cum tranquillitas venit tanto am
plius exultat quanto plus timuit. Item de infirmo
sanato de cuius convalescentia maius gaudium est
quam si prius sanus esset. Item de sponsa
sponsa diu dilata quod cum maiori gaudio accipitur

ff

sponsus data quasi non fuisset dilata. Ecce sic
fuit. De omnium istorum causa dici potest quod quia causa
gaudium inassat pro amore priore vel amato
Omnium cum res quam amamus perdita fuit aut gravi
in oposita periculo et periculis vitata recuperatur
sed eo nequit at si non habeat gaudium
simplicius de inventione quam de prima acceptione
quia magis tunc diligit quam ante acceptionem
Iusti non indigent penitencia. Ergo dices. Nullus est
homo qui non indiget penitencia quia nemo sine
peccato i Ioh. primo Si dixerimus quia peccatum non habemus
etc. Ad hoc potest dici. Uno modo si refertur ad ho
mines iustos intelligendum est de penitencia gravi
que debetur peccatis mortalibus de tali non
indigent iusti sed de penitencia peccatis venia
libus et levibus sine quibus esse non potest peccator
non durat. Et illa etiam penitencia iustorum magnum
gaudium facit deo et angelis. Unde Gregorius
Aut plerique iusti iniquorum vita tam est gaudium
ut eis quelibet peccatorum penitencia proponi nullatenus
posset. Ita nulla nullorum malorum sibi conscii
sunt et tamen in tanti ardoris afflictione se exerunt
ac si peccatis omnibus angustentur. Cuncta illicita re
spuunt et omnia que mundi huius sunt contemp
nunt. hec Gregorius. Hinc ergo colligendum est quod
deo gaudium faciat homo quando humiliter plangit
iustus et innocens. Cum hoc quod male gessit per 5 pb
penitenciam dampnat.

A 338 Aut que mulier habens dragmas decem
et si perdiderit dragmam unam. nonne accen
dit lucernam et evertit domum et querit diligenter
donec inveniat. Et cum invenerit convocat ami
cas et vicinas dicens. Congratulamini mihi quia
inveni dragmam quam perdideram. Ita
dico vobis gaudium erit coram angelis super
uno peccatore penitenciam agente. Tercia pars in qua

ponitur secunda parabola in qua declaratur quanta sollici-
tudine et diligencia xpistus querit peccatores et in-
veniat ubi quatuor faciunt. ¶ Primo ponitur generale
nature rationalis dispositio. Aut que mulier
Gregorius: Christum signat ipsum pastorem per mulierem ipse-
am deus ipse et dei sapiencia dicitur. Aut xpistus
mulier quia cum dolore nos peperit. Hic drag-
mas decem dicit magister in historiis et Hugo Cardinalis
dragma hic drachme est nummus certe quantitatis
In quo sensu accipitur hic dragma. Dragmata
vel dragma est decem nummus vel amoris cari-
tatis de quo dicitur ante thorum huius virginis re-
vel dragma. Sicut autem decentur omnibus in solis
creatura intelligitur eo quod specialem ipsius curam
habeat deus sicut pastor ovium. Decima ut dicit
Cirillus dragma nummus est impressam habens y-
maginem regis. Omnis vero creata rationalis ad y-
maginem et similitudinem dei creata est et con-
dita. Item quemadmodum dragma nummus sicut in
mo comparatur alia, ita se ipsum dat quilibet precio
dei vide. Augustinus: Regnum celorum tantum valet quantum
habes. ¶ Item habet xpistus decem dragmas quia
ut dicit Gregorius novem sunt ordines angelorum
quibus additus est ordo hominum fit dragma decima
Secundo ponitur sollicitudo rei perdite in inquisitione. Si per-
diderit dragmam unam. Gregorius: Tunc perdita
fuit dragma quando homo qui ad ymaginem dei
conditus fuerat peccando a similitudine sui crea-
toris recessit. Cottidie ad hunc istud dragma perditur
vel in pulvere diviciarum vel in luto luxurie vel in [illegible]
tulo angustiarum curarum. ¶ Deinde ponitur triplex solli- pot
citudine inquirendi. Primo non accendit lu-
cernam. Gregorius: Dei sapiencia apparuit in humanitate. Lucer-
na quippe lumen est in testa, lumen vero in testa
divinitas est in humanitate. Ista autem lucerna accen-
sa refulsit miraculis, in firmamento deitatis illuminat.

exemplis Collocatus erit homo in obstaculis et um
bra mortis. vnde ipsam oportet lucernam accendere
Secunda sollicitudo Et euerrit domum. Alia littera dicit
Et emundat domum suam euerrens xpistus domum
conscientie quod fit cum consuetam viciam relinquens ipsam
eciam domum conscientie emundat ab omni turbine ut
reluceat creatoris ymagine vel domus quam
deus iste que euerrit xpistus ut perditam hominem
inueniret Erat cum principem eius et ipsa mundi
declamenta euerrit in suscitando quia diuicias ipsius
sit contempni et morte consigit celestibus Tercia
sollicitudo est Et querit diligenter. diligenter quasi
legitur quod intime diligit Sic nos querit xpistus
dilectionem suam ad nos ut animam suam ponet pro
nostra inuencione. donec inueniat. Non enim desistit
querere donec inueniat sine inueniret. exequitur
eum usque ad contumelias usque ad minas. usque ad
flagella. usque ad mortem Tanto ponitur inuencionis
exultacio Et cum inuenerit. Non mirum si inueniat
eam qui vbique est et semper adest ista que sunt tam
diuicitas lucerna ardenti Conuocat vicinas et
amicas dicens congratulamini michi quasi dicat amice et
vicine dei ut dicit Theo in ubi supra Congratu
lamini in quia inueni drachmam quam perdi
deram Cum enim deus de se ipso habeat gaudium et an
geli Gaudent tamen de conuersione peccatoris quando
illud quod prestinatur impletur licet istud gaudium
est deo nouum. aut temporale secundum effectum angeli vero
cum hiis efficis prestinacionis innotescit de nostra
conuersione temporaliter gaudent. Quarto parabola pro
posito adaptatur. Ita dico vobis. Gaudium
erit angelis dei. qui sunt amici et vicini xpisti
super vno peccatore penitenciam agente. De hac verba
conclusione eorum est sermo sequens Sermo de
Gaudium erit angelis dei super eodem
vno peccatore penitenciam agente

Sermo de eod

a 

luc. xv. | Ergo ut dicit Aug. in li. de mirabili
b. sac. script. In primam partem dicunt angeli
de felicitate corporis et eterna vita. Sunt est quod de
conversione peccatoris velud de suo consorte in celo angeli
gaudent dicunt. Nam nos in celo occasione gau
dii prebemus cum super terram ambulantes conversacionem
in celis habemus. Unde bene in ubis proposito dicit
gaudium erit angelis. In quibus sunt ubis tria
tangunt. | Primum est gaudentium status et ydem
ea. | Secundum est gaudii qualitas et discrecio. | Tercium
est gaudendi causa et racio vel primum notatur in
eo quod dicit angelis dei. | Secundum in ubi eo quod
premittit gaudium. | Tercium vero primum in eo quod sequitur
dicit super uno peccatore penitenciam agente. Et ideo gau
det super uno peccatore et quid gaudio dulcius et quid cause
dente purius quid gaudio dulcius et quid cause
gaudii amicabilius. Circa ad primum sciendum quod
tu angelus sit in celo sicut in loco sibi deputato.
Sicut simplex est celum ita triplex est status et condicio
angelorum. Nam triplex esse celum assimiat apostolus
ij. Cor. xij. ubi fatetur se raptum usque ad tertium celum
Quot quos celos secundum Aug. et habet in glo. | Primum
est corporale sole et luna ornatum et stellis. | Secundum
est spirituale angelicis spiritibus deputatum. | Tercium est
super intellectuale soli divinitati appatum. Ad hoc tercium
celum fuit raptus Paulus quia non ad visionem
corporum celestium nec ad cognitionem celestium spirituum
sed ad contemplacionem nudam divine essencie raptus
fuit secundum Aug. | Secundum hoc itaque celum possumus dis
tinguere triplices angelos vel ierarchiam angelorum.
Prima est subcelestis. Secunda celestis. Tercia supercelestis.
Prima ierarchie dicuntur homines iusti et sancti an
gelica puritatis sectatores qui intra celum hoc corporale
in corporibus viuentes et casti ad hunc positi in carne
preter carnem viuentes angelicam ducunt vitam
eterna secundum Ieronimum. In carne preter carnem viuere angeli
ca vita potius quam humana est. | Et hos puto dicere au

exemplo vita gaudiosa in celis est. Unde Ambrosius super lu
ce vidimus. Supergreditur virginitas condicionem humane
nature per quam homines assimilantur angelis.
Maior tamen victoria virginum quam angelorum. An
geli enim sine carne vivunt, virgines vero in carne
triumphant. Secunde ierarchie angeli sunt spiritus
superni qui sunt angeli celestes, de quibus dicitur
in psalmo: Qui facis angelos tuos spiritus. Ex quo libro
de … Damascenus li. 2. c° 3°. dicit sic: Angelus est
substantia intellectualis semper mobilis libero arbitrio incor
porea deo ministrans in immortalitate suscipiens gratia non
natura, cuius speciem et terminum solus qui creator
B est novit. De istis angelis dicitur Mt° 18°. Ange
li eorum semper vident faciem patris mei etc. Ubi in
tractatu … super librum … dicitur: Ab
vincentiis eorum qui sunt ecclesia dei angelus

bonus angelus domini qui regit qui amoneat
qui gubernat qui pactibus nostris corrigendis et mi
sericordiis … ostendendis cottidie videat faciem patris
qui est in celis. Tercie ierarchie angelus solum
unus est, scilicet Christus qui est angelus magni
consilii Ysa. 9. Hic est angelus super celestis quia
cum Christus media in trinitate persona missus est a
sinu patris et descendit in uterum matris ut nobis
daret consilia perfectionis intimando nobis doctrina
novi testamenti. Unde est illud Mala. 3°. Statim
veniet ad templum suum etc. Quantum ad secun
dum sciendum quod est triplex gaudium quo gaudent hi
C tres angeli iam dicti. Primum gaudium est ad deum,
Secundum de deo, Tertium propter deum vel in deo. Et nullum
istorum gaudiorum datur impiis. Et hoc triplex
gaudium complectitur Aug. 10. Confess. ca° 22°:
Est inquit gaudium quod non datur impiis sed eis qui
tibi gratis colunt, quorum gaudium tu ipse es. et
ipsa est beata vita gaudere ad te, de te, propter te.
Primum competit primis angelis, Secundum secundis, Tertium
tertiis. Primorum angelorum gaudium est verum scilicet ipse

Unde et isti beati sunt in spe / Secundo angelorum gau-
dium est plenum et in re. Unde et illi sunt beati et in
re. Cum ergo angeli gaudium est semper plenum. Et hic
est beatus in spe. Primorum gaudium consistit in puritate
consciencie. Secundorum in confirmacione glorie. Tercium in comprehen-
sione glorie et maiestatis divine essencie. Primum
est gaudium quod competit hominibus angelicis moribus se-
istis in carne angelicam vitam ducentibus est ad deum in
spe. Tercia enim spes istos ad deum erigit ideo
in istis solum gaudent que sunt ab deo degentibus
dicit apostolus Rom. xii. Spe gaudentes. glossa ut
nondum eterna spectet et inde gaudeat. Secundorum est gau-
dium consistit in firmitate consciencie Iohannis xvi. Scama ines
quasi lugere omnino. Et hoc est quod dicit dominus quasi morien-
tes autem et vita constantium, sentes numquam tristantur
ex corde. Gratia non contristabit iustum quicquid ei acciderit
Prov. xii. Et inde est quod dicitur Act. v. Ibant apostoli
gaudentes a conspectu concilii etc. Tercium gaudium
angelorum celestis milicie est de deo quia iam re
angelica spes beati sunt ut dicit Augustinus ubi supra
subdens ibidem. Beata inquit vita est gaudium
de veritate. hoc est enim gaudium de te quia veritas est
deus illuminatio et salus faciei mee deus meus.
Istorum gaudium consistit in visione dei videntes
eum semper faciem patris. Tercium inquit contemplacione
sunt gaudium plenum quia gaudium istud replet
totam capacitatem angelorum et hominum beatorum. Nam
prologion ut dicit Anselmus in suo prol. in fine. Gaudium istud
dicitur plenum quia pleno corde plena mente
plena anima pleno toto corpore percipitur. Non
ergo totum istud gaudium intrabit in gaudentes
sed toti gaudentes intrabunt in gaudium domini sui. Unde
Augustinus Anselmus ibidem. Tota mente ad illud
gaudium aspirans orat sic dicens. Deus meus
et dominus meus spes mea et gaudium cordis mei
oro te ut cognoscam te amem te ut gaudeam

ff

dite. Et si non possumus in hac vita ad plenum per
fecte cognoscere, tamen usque dum veniat illud ad
plenum proficiat hic interim noticia tua et ibi fiat
complena. Crescat amor tuus hic et ibi sit plenus
ut hic gaudium meum in spe sit magnum et ibi
sit in re plenum. Hec Anshelmus. Tam gaudium ange
li magnum complexum scilicet ipsum est ipse deus et ipse
eterna eius ut ait Damascenus libro 1° capitulo xiij. Deus totum
in se ipso comprehendens habet esse velud quoddam
esse pelagus infinitum. Sunt est quod sicut habet
esse ipse et per se nichil contra se requirens ita
habet gaudere ipse et per se. Cetera autem omnia gau
dent per aliquid contra se. Angelus autem Christus
cum sit idem deus cum patre et spiritu sancto non gaudet
per aliquid contra se sed per se ipsum. Et hoc est gau
dium suum quod nulli creature convenit. Eternum gau
dium huius angeli dicitur esse incomprehensibile divi
ne essencie quam nullus intellectus creatus compre
hendere valet. Christus enim homo Christus qui hic
vocatur angelus sit creatus per ydempticatem tamen
suppositi omnia que dicuntur de filio dei sicut nam
divina dicuntur de filio hominis. Et sicut hic vere dicitur
ipse quod iste angelus est divine essencie comprehen
sor ... que intellectus dicitur respectu quod virtutis sibi
soli nota est et homini assumpto. Considera autem
istud — quantum sit gaudium. Si enim comprehensio alicuius boni
delectabilis et utilis in se gaudium parit quantum gau
dium erit ibi ubi deus in se ipso comprehendit omne
bonum utile et delectabile pulcrum et honestum
quod non venit sibi ab extrinseco nec in est sibi per
participacionem sed totum in ipso est idem quod ipse posses
tiam ymo quicquid boni delectabilis est in quacumque
creatura ab ipso fonte omnis boni descendit ideo
verissime et suplenissime gaudet in se ipso et
per se ipsum et ad istud gaudium participandum invitat
sti et electi dei ... tunc dicitur illud Matthei xxv°
Intra in gaudium domini tui. Ergo gaudium nobis concedat

x20 qui est gaudium confirmacio amoris
Super uno peccatore penitentiam agente ubi nota
tandum quod licet sit varia et causa gaudendi tamen
libet angelorum predictorum (propter quod sciendum quod angeli a
prime ierarchie scilicet homines angelica gaudent
super peccatore penitente propter duo / primo propter honorem
dei Romanorum xii° Gaudentes in honore dei. Cum
enim isti angeli omnes affecciones et acciones ordi-
nent ad deum ad deum ut dictum est. hinc est quod
in quocumque facto relucet honor divinus de eo gau-
dent / et de contrario tristantur. Et quia conversio peccatoris
est ad honorem dei / sequitur quod eius aversio est in
inhonoracionem dei et contemptum Unde dominus dicebat
in iudeis blasphematoribus Ego honorifico patrem
meum et vos inhonorastis me / Et ideo isti angeli
digne gaudent de conversione peccatoris ad deum Sic
gavisus est paulus ii Cor vii° Gaudeo non
quia contristati estis sed quia contristati estis secundum deum
ad penitentiam ubi Glosa Quia cum peccator facit quod
deus odit contristatur ad penitentiam quod deo placet
et honoratur. Secundo propter proximi dileccionem quamquam
fidelis proximo de bono congaudet Quia cum sit Ro xii
unum corpus sumus in christo Singuli autem alter alterius
membra Si gaudet unum membrum congaudent omnia
alia membra Et si patitur unum membrum compaciuntur
omnia alia membra Sic in corpore mistico scilicet christo et
ecclesia quilibet fidelis ex caritate congaudet alteri in
bono suo et compatitur in malo i Cor xii° Sic fecit
apostolus philipenses ii° Gaudeo inquit et congratulor
omnibus vobis Idipsum et vos gaudete et congra-
tulamini mihi et sicut in bono eciam aliter ipse omnibus
compaciebatur Apostolus ii Cor xi° Quis inquit in-
firmatur et ego non infirmor quis scandalizatur et
ego non uror Angeli eciam secunde ierarchie scilicet B
celestis gaudent super conversione peccatoris propter illa
duo prima quia efficacius efficitur corporis custodia

Cum enim ipsi angeli sunt ad custodia hominum de-
putati ut sup. patet p. eius. Cum ergo homo
convertitur ad bonum et recedit a malo propterea tunc
angeli gaudent. Sicut e contrario quando homo peccat
dolent eo modo quo dolor cadit in angelis ut
p3 infra p. eius. De homine quodam sancto patre cui de-
revelavit multa secreta qui aliquibus fratribus plu-
ribus gaudentibus et colloquentibus de sacris scripturis
et salutaribus rebus. Tunc vidit circa eos stare
angelos letantes. Cum autem ociosa verba loquen-
tur sancti angeli indignantes recedebant et veniebat
porcus sordidissimus et morbo plenus volutabat
se inter eos demones cum in medio porcorum delecta-
bantur in vaniloquio eorum. ¶ Octavo gaudent quia
per penitentiam peccatorum reintegratur superna ruina. Propter quod
Christo nato angeli gaudentes cantabant Gloria in
excelsis deo. Ecclesia tunc natus erat iste per quem restau-
rari debebat ruina angelorum. Unde dicitur Apoc.
xix quod audita est vox in celo dicentium Gaudeamus
et exultemus et demus gloriam deo quia venerunt
nuptie agni. Hee nuptie fuerunt contractio dei filii
et ecclesie ut dicit Glosa harum sponsalia sunt con-
tracta in incarnacione. ¶ Nono in nuptiis gaudent
angeli quia per eas homines sociantur angelis quod
fit quando receptis in prima peccatoribus quibus primam
homo et angelus unus erunt spiritus. Sicut dicit Augustinus
+ ung de quo quidem non per essenciam sed per voluntatis concordiam. Unde
ille angelus precursor inducit hortatur homines ad penitentiam
De. c. iii. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum
celorum quod est in consorcio hominum et angelorum. Propter quod
omnes cives celestes gaudebunt. Sicut hic dicitur
Gaudium est angelis dei videntes enim quare virtus
sit penitentia que non solum recuperat perdita sed etiam
multa plura impetrat a pietate divina. Job ultimo
Addidit dominus omnia que fuerunt Job duplicia
et hoc per penitentiam ut ibidem dicitur. Unde Ambrosius
super Lucam. Omne unum vide quam bonus deus et

Ecce an te
4 ff

suo quod xpus habet de gustione mea ipse loquens
discipulis Joh. xv. dixit Hec locutus sum vo
bis ut gaudium meum in vobis sit et gaudium
vestrum impleatur. Super quo verbo dicit Aug.
Quod est gaudium xpi in nobis nisi quod ipse dignatur
est gaudere de nobis. Et quod est gaudium vestrum quod
dicit implendum nisi habere eius consortium. Gaudium
autem suum ipsum iam perfectum erat de nobis quando
nos presciendo et predestinando gaudebat. Sed
istud gaudium in nobis non erat quia nec nos in
quibus esse posset eramus. Cepit autem in nobis
quando vocavit nos. Et hoc gaudium merito dicimus
nostrum quo nos beati futuri sumus quod incohatur in fide
renascentium et implebitur in premio resurgentium.
Quod gaudium nobis prestare dignetur dei filius
Amen. Dominica quarta post festum Trinitatis — Dominica 4a post Trinitatis

Cum turbe irruerent ad ihesum ut audirent
verbum dei et ipse stabat secus stagnum genesa
reth. et vidit duas naves stantes iuxta stagnum
piscatores autem descenderant et lavabant
retia sua. Ascendens autem ihesus in unam navim que
erat symonis petri rogavit eum a terra reducere
pusillum. et sedens docebat de navicula turbas. xl

Solent pauperes tempore famis ad distribucionem ele
mosinarum currere. Sic turbe pro fame verbi dei
irruerunt ad ihesum ut dicitur in principio huius ewangelii
quod dividitur in tres partes. In prima ponitur xpi pre
dicacio. In secunda describitur status eius in na
vicula miraculosa operacio ubi ut cessavit autem loqui. In tercia
ponitur rei facte stupor et admiracio ubi Quod cum
videret symon petrus. Circa primum tria facit.
Primo tangitur desiderium audiendi verbum. Cum tur
be irruerent in ihesum. Primum est malum cadere et
impingere. et tamen erat turbe desiderium audiendi
xpum ut eum opprimerent. Hec mirum ut dicit Cris

orum ab eo discessissent miracula facientem. Cum
voluissent faciem eius gloriosam videre et audire
mellifluum os divina loquentem attrahebat
cum turbas ut se adinvicem quemadmodum trahit
adamas ferrum. Et audirent verbum dei. Cum
aberant profunde sapientie gratiose eloquentie vocis
doctrine benigne suavitatis. Unde non mirum
si tanto audiebant desiderio Joh. vii. Nunquam sic
locutus est homo. Permittebat cum deus in eos fa
mem verbi dei sicut promiserat Amos viii. Mittam
inquit famem in terram non quidem famem panis
sed famem desiderii audiendi verbum dei. Fames
ista est appetitus cibi spiritualis donum est salvatoris
et signum salutis. Sicut appetitus cibi corporalis
signum est sanitatis corporis. Et fastidium cibi illius
signum est langworis spiritualis. ps. Omnem escam
abhominata est anima eorum. Et ipse stabat secus
stagnum genezareth. Mare galilee est illud stag
num. Et dicitur stagnum eo quod aqua sine fluxu stat
hoc stagnum fit iordane ipso fluente. Et dicitur
stagnum genezareth ab aura ibi genezareth
et commotione undarum ut dicit Beda vel secundum Jose
phum Genezareth est propria regio. Genezareth
admirabilis fertilitatis qua irrigatur. Ecce quo
ipsi desiderio sequebantur turbe verbum quia usque
ad mare compellebant eum. Fugiebat autem dominus
turbas. Sed magis ipsa eum sequebatur ut dicit
Theophilus. Et vidit duas naves stantes secus
stagnum. Una navis erat petri et andree fratris
eius. Altera zebedei et filiorum eius Johannis et Ja
cobi. Piscatores autem descenderant et lavabant
retia. Tota enim nocte occupati piscationis ope
nichil apprehenderant. Unde fatigati retia la
2m vabant ut lota complicarent. Secundo ponit
segregationem xpi a turbis. Ascendens autem in unam

vte ij ff

8

et s[ua]ualis i[n] dulcore p[at]ris no[n] solu[m] ablata restituit
s[ed] et i[n]sp[er]ata [con]cedit et loquit[ur]. de zacharia q[ui] p[ro]p[ter]
pecc[atu]m incredulitat[is] mutus factus fuit s[ed] nato Joh[ann]e
deus patri no[n] solu[m] loquela[m] restituit s[ed] et donu[m]
p[ro]phetie ei dedit. Ut philomena angelus t[er]re et sup[er]
celestis ierarchie sic xpus gaudet sup[er] peccato[rum]
[con]u[er]sione p[ro]p[ter] duo. Primo q[uia] p[er] penitencia[m] ira sua placat[ur].
Eccl. xij. Altissimus odio habet peccatores et misertus
est penitentibus. Et Je. xviij°. Si penitencia[m] eg[er]it
gens ista a malo suo agam et ego penitencia[m] sup[er] ma
lo q[uo]d cogitavi ut facere[m] ei. Unde aug[ustinus] sup[er] illo
ps. Justicia de celo p[ro]spexit. Quid est inquit iu
sticia de celo p[ro]spexit nisi tamq[uam] deus diceret parcam
illi homini q[ui]a sibi no[n] pep[er]cit. ignoscam q[uon]i[am]
ipse agnoscit. conu[er]sus est ad puniendu[m] [con]u[er]tam[ur] et
ego ad liberandu[m]. Secundo gaudet xpus sup[er] peccatore peni
tente quia preciu[m] sanguinis sui vero no[n] frustrat[ur].
Prou. xxiij°. Exultat gaudio pat[er] iusti. Iste pat[er] in
[illegible] xpus est qui nos genuit sanguine suo et
parturivit i[n] dolore. Unde aug[ustinus] in quoda[m] s[er]mone
Multos filios deus fecit unicus dei filius emit
sibi multos fr[atr]es suo sanguine p[ro]bavit et rep[ro]bat[ur]
est. Redemit venditos. in[n]umeri i[n]natores [illegible] nec g[rati]a
sua emptos et redemptos frustrat[ur] i[n] nobis. estima
tur precio ut ipse possit gaude[re] de nobis. Hec
idem dicta q[uod] de [con]u[er]sione peccatoris xpus gaudet
p[ate]t q[uia]. Cu[m] eni[m] s[an]c[tu]s Valerianus s[an]c[t]e cecilie sponsus
[illegible] p[ro] [con]u[er]sione fr[atr]is sui tiburcij iussu accep[it]
ab angelo [illegible] petisset hec [con]cessit ut sup[r]a
supplicari debeat. Unde Greg[orius] sup[er] libro mora[lium]
[illegible] xxiij. Quanto inquit q[uia] sup[er] singulos fide
les qui [con]u[er]tu[n]tur ad deum et in fide p[er]stant festi
uitas gaudiosa erit. letificat eu[m] suu[m] creato
rem. quia is qui fuit i[m]pudicus fit pudicus qui i[n]
iustus iustus iusticia colit. qui luxuriosus

castitatem diligit etc. Agit festum christus qui pro
salute nostra sanguinem suum fudit. Agit festum pater
et filius et spiritus sanctus ubi plura sibi applicant in
hys qui gustant templa preparata. Agit etiam an
geli die festo letantes super hys qui penitent
et fugiunt consortia demonum et peccata vitant
iungentes se festivant sociam consortijs. Et addit nos
igitur intrans posita occasione letitie et exultacio
nis in celo plenius. Dum super terram ambulantes qui
sciatis in celis plenius. Et sub dicit Gregorius. Dicunt
boni actus nostri et virtutum perfectus gaudium deo
et angelis conferunt. Ita nec carnaliter in mala gressus
nostra non solum terre sed et celo infundat lamentatio
nes et luctus. Et ad hoc inducat illud primi
me scripsisse hominem et plura alia loca scripture.
Dubdens hec autem omnia in quibus vel gaudere vel
lugere deus dicitur recipiunt humano more. Summa videlicet
altera quippe est natura divina ab omni alienatione
tionis et permutationis affectu in illo semper beati
tudinis apice immobilis et in concussa persistens.
hec Gregorius. Est autem tamen gaudium ipso christo quia hoc
peccatori si non sufficit sua passio iterum vivus
mori et pati esset paratus. Ad hoc est exemplum in speculo
Damiani in epistola ad monachum ex quo quidam infideles
hominem fidelem a fide convertissent. Carpus
vir quidam magne sanctitatis adeo hoc moleste fe
rebat quod utrumque igne comburi deum rogavit. Cum
ita noctis medio apparet christus in aere cum mul
titudine angelorum. In terra vero apparuit fornax
cum serpentibus accensa ad quam trahebantur illi duo
homines. Carpus autem delectans ut ambo ibi
tenerentur in fornace. Ecce christus miseratus descen
debat a solio suo et extensis manibus homines
illos eripuit. Elevataque manu dixit carpo
Iterum percute me. Paratus sum iterum pro
et mori pro hominibus salvandis. Ad hoc itaque gaudium

totam noctem (preceptorem appellat quia ipse est qui
dedit precepta evangelica vel ipsa lege. Tercium populus
dedi eum ducem ac preceptorem gencium (preceptor
sum tamen nullus potest resistere et cui precepta impo
sunt sed omnia ymmo fuerant precepta (per totam noctem
laborantes nichil cepimus) sed nichilominus fatigati
a labore non frustrati a fide. In verbo autem tuo laxa
bo rethe. Bone fidei erat, erat Petrus apostoli imperium
quemadmodum prece vocaret laxaret recia jam
lota et complicata. Nota quod predicatores laborantes
toto tempore noctis legalis nichil ceperunt quia lex
antiqua neminem potuit salvare. Effectus hic dicere quia
in verbo Christi laxata sunt recia predicacionis. Tercia
multitudo magna credencium ad salutem ducta est
Tercio ponit capturam piscium (Et cum hoc fecerunt co "fecissent
concluserunt multitudinem piscium copiosam (Et de navicula "quia
Petri turbas docuerat ideo ut dicit Crisostomus dup
licem mercedem recepit quia primo dedit multitudinem
piscium deinde fecit eum suum discipulum. Et non
quod nisi in verbo predicatores sagenas fidei premiserint
numquam copiosam credencium concludent multitudinem
Tercia ut dicit Ambrosius (Verbo est humane facundie opus
supponere numquam) Et attendendum quod non solum multitudo
piscium fuit conclusa sed copiosa i. grandis et sufficientis
vox eius ad fidem vocatorum est ut alter alterius sub
veniat defectibus ut tota multitudo credencium sit
ab se propria. Actuum 4° Omnis credebat erat pariter et
habebant simul et erant illis omnia quia possessiones
et substancias vendebant et dividebant illa omnibus prout cuique
opus erat. Quarto ponit suffragium postulacionem C
rumpebatur autem rethe eorum pro gravitate multitudinis
piscium. Et annuebant sociis qui erant in alia navi
Tercia ut dicit Crisostomus Pre stupore miraculi loqui non
poterant ideo nutu vocabant eos Ut venirent et ad
iuvarent eos. Et hic est genus miraculi ut infra

vnum rethe tanta concludit piscium multitudo
copiosa que replet duas naues itaut pene
mergerentur. Sed nec illud vacat a miraculo Christi sus-
tentaut ne mergantur. Nauicula Nota quod retia
nomine fidei per multa gentilium hominum qui iam
impleuit. credentibus et aduenientibus socijs i.
plebis alterius nauicule que synagoga est sinat in
testimonium fidei vnde ij. pe. j° habemus firmiorem prophe-
ticum sermonem cui attendentes benefacitis. Vel per
alterius nauicule sunt suffraganei maiorum
prelatorum et episcoporum quibus auxilijs tanto magis
opus sunt quanto frequentiores implent. cum naui-
cule ambe et sine auxilio nulla sufficit plena
Sed rursus aliud periculum quia nauicule pe-
ne submergentur. ut dicit Beda scilicet in sub fine
seculi christiani homines per fidem electi de seculo
morum prauitate relabuntur. sed et Christo ducente ad
portum salutis ducit. Nota etiam quod magni
pisces plerumque rumpunt retia Sic maiores de terra etiam
precepta dei amplius transgrediuntur. Vnde Ieremias v.
de optimatibus hij simul fregerunt iugum et
ruperunt vincula. Moraliter hic nouus qui
sunt hij piscatores que naues corporaque retia et
que captura. Piscatores sunt predicatores infra
eorum Ex hoc nunc iam eris homines capiens Et Matthei iiij°
Faciam vos fieri piscatores hominum Ieremie xvj° Ecce
ego mittam vobis piscatores multos et piscabuntur eos. Duas habet
ecclesia piscatores suos malos et hereticos et seduc-
tores suos Abacuk j° Omnes homines qui pisces
maris totum in hamos sublevabit. traxit illud
in sagena sua et congregauit in rethe suo. Et etiam
ideo mali piscatores preualent ut boni vix habe-
bunt locum et impletum est illud Ysaie xix° merebant
piscatores et lugebant omnes mittentes in
flumine hamum et expandentes retia super faciem

hec j. fol

navem que erat Symonis petri rogavit eum ut a
terra duceret pusillum / Tercia sit comprimebat / ut turbis
ut compelleret navem ascendere ubi xpi mansuetudo
considerata est quia rogavit petrum / et petri obediencia
que relicta sue opus comparare in omnibus sint obedientes
Tercio ponitur turbe instructio Et sedens quod pertinet
ad dignitatem magistri Joh. xiii° Vos vocatis me magister
et domine et benedicitis / sum etenim / Mt. xxiii° Unus
enim est magister vester xpus / unde tamquam magistro confi-
dencia est sibi reverencia. Docebat / ipse enim docet
omnem sciam sine doctore / Et de navicula tamquam de ka-
thedra magistralis omnibus enim in mari posset omnes in
terra turbas Tercio disposicio auditorum. Tercia enim
conturbantur homines adversitatibus mundi querunt
magnum pacis et tranquillitatis qui pacem tribuat Deus
quod docebat Mt. xiii Congregate sunt ad eum turbe
multe ita ut in navem ascendens sederet in mari et
omnis turba stabat in littore et locutus est eis mul-
ta in parabolis et proposuit primo parabolam seminantis
Secundo de zyzania supersemmata Tercio de grano sy-
napis Quarto parabola de fermento Considerandum
secundum misticum intellectum quod xpus veniens ad mare presentis
seculi duas naves repperit synagogam scilicet et ecclesiam
fidelium ut vero doceret turbas non ascendit in syna-
gogam quia noluit perfectionem statum esse fidelium structurum
modorum sed ascendit petri naviculam id est ecclesiam katho-
licam quam beato petro commisit. que vere una est sine
aliqua divisione errorum et scismatum cum multitudine
credencium erat cor unum et anima una in domino. hanc
naviculam petri ducunt altera pusillum quando modos au-
ditorum docent lerna contemplacione quibus puritate
priventur vite virtutum Secundum pro evangelio

Ut cessavit autem loqui dixit ad Symonem
Duc in altum et laxate retia vestra in capturam
Et respondens Symon petrus dixit illi precep-

ceptor per totam noctem laborantes nichil cepimus
in verbo autem tuo laxabo rethe. Et cum hec fecissent
concluserunt multitudinem piscium copiosam. rum-
pebatur autem rethe eorum. Et annuerunt sociis qui
erant in alia navi ut venirent et adiuvarent
eos. Et venerunt et impleverunt ambas naves ita
ut pene mergerentur. Secunda pars in qua ponitur vir-
tutis miraculosa operatio. Circa quod quantum fuerit
commotus cum ponitur Christi imperium. Ut autem cessavit
loqui dixit ad Symonem. Post doctrine manife-
stationem sequitur miraculi operatio ut ostenderet doctorem
miraculorum propter fidem. Duc in altum. Ducta
ecclesia in altum quia nulla lex est tante altitudinis
et profunditatis quante fides nostra. In contemplacione
namque excedit omne intelligibile. Credimus enim trinum
et unum filium genitum a patre equalem ipsum creatorem
factum magne et altissimus fuit effectus et opa-
co esse mortalem ut diligeret inimicos et inimicos contemp-
ne et [illegible] (unigna, pruere) [illegible] et incarnare corpus ipse [illegible]
se morti exponere. Ad hanc altitudinem ecclesia Christi
dicitur ducta imprimo petri in scolo et dei adiutorio
Et laxate retia vestra. Condescendens Christus hominibus
sicut magos per signa vocavit sic piscatores per pi-
scatoriam artem ut dicit Cirillus. Piscatoria ma-
gisterio discipulos pascebat corporaliter et spiritualiter
Nota secundum Ambrosium. Per retia volumus intelligere com-
plexiones verborum et ordines rerum totius scripture
verum sicut pisces capiuntur rethibus. Ita per has or-
dinatas complexiones capiuntur animi auditorum
Et attendendum quod soli petro dictum est. duc navi-
culam in altum sive in alto. Et ceteris dictum est laxate
retia in capturam. quia petrus tamquam pastor
princeps omnium ducit in altum. Et reliqui doctores
ducti per eum laxant retia in capturam. Tercio po-
petri obediencia. Et respondens Symon petrus dixit
illi. Responsio Symonis quia obediens. Preceptor per

vide ij fol.

aquarum / naues autem per que transitur mare sunt due
s. obediencia et paciencia. quarum altera portat i. laborem al
tera sustinet i. dolorem. De prima potest intelligi illud
Sap xiiii° Exiguo ligno credunt homines animas
suas et transeuntes mare Et hoc est obediencia que
licet sit exigua perducit tamen ad terram beatam / Se
cunda potest intelligi illud Act xxvii° Nisi in naui
manserit non potestis salui fieri d. hijs enim in tem
pestate sunt Tercia Hebr xii. Paciencia nobis
necessaria est ut voluntatem dei faciamus Ubi tanguntur
hee due naues de quibus simul d. ps. [illegible] Qui
descendunt mare nauibus facientes quod est
obediencie aliquis in multis tribulacionibus quia
per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum
dei celorum / Tercia uero sunt discrecio et locucio
que breuissime debent concedi ad conseruacionem sui per
artificium spiritus sancti Tren. 1° de excelso misit ignem
in ossibus meis et erudiuit me Col. iiii. In
sapiencia ambulate ad eos qui foris sunt. Sermo uester
in gracia semper sit sale conditus / Hec autem tercia
queritur. quia contubernio sibi scripture in diuersas
congregat. sermones proponit in quibus magis est
humilitas quam subtilitas attendenda. Unde contra
se conqueritur dominus ysa. 19 confundantur qui operantur
linum plectentes et texentes retia / facilius
capiuntur simplices quam clerici audiunt prov. 1°
frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum / Ce
tales in rethe capiuntur. sapiencie mundane periti
incitant cum multis sermonibus. Modicus sapiencie
dei est ducere nauem in altum i. ascendere ad uite
perfectionem. laxare autem retia in capturam predicacionem
que duo debent esse coniuncta secundum [illegible] in [illegible]
Act 1° Cepit ihesus facere et docere / Tercia ut dicit
Greg. Cuius uita despicitur restat ut eius doctrina
contempnatur / Unde ad illos spectat potissime retia
predicacionis laxare qui ad perfectionis apicem peruenerunt

ascendere quod deo Rom. xv. Non audeo aliquid eorum lo-
effecit qui que per me non effecit xpus / Tercia pars cursus 3a pars
Quod cum videret symon petrus accidit ad ge-
nua ihesu dicens Exi a me domine quia ho-
mo peccator sum ego / Stupor enim circumdederat eum et
omnes qui cum illo erant in captura piscium quam
ceperant / Similiter autem et Jacobum et Johannem fi-
lios Zebedei qui erant socii symonis Et ait ad
symonem ihesus Noli timere Ex hoc iam homines
eris capiens Et subductis ad terram navibus relic-
tis omnibus secuti sunt eum / Tercia pars in qua ponitur
fructus stupor et admiracio et quare fuit. Primo
enim ponitur petri humilitas Quod cum vidisset
symon petrus procidit ad genua ihesu / Ecce reverenciam
quam xpo exhibuit dicens Exi a me domine quia
homo peccator ego sum. Ecce petri humilitas pe-
trus namque ut dicit Cirillus rediens ad con-
scienciam peccatorum delicti tremuit et timuit ut ve-
lud immundus mundum non posse suscipere Est enim similis
quod centurio dixit Non sum ~~dignus~~ dignus [illegible]
quid domine ut intres sub tectum meum Mat. viii. Et
ecce hic humiliando non appellabat dominum sed attra-
hebat / Et attendendum ut dicit Ambrosius quia
oblati quos ceperunt sibi dei verbo attribuunt Et ideo
dicit petrus Exi a me domine / Secundo ponitur admi-
racio discipulorum Stupor enim circumdederat eum
quasi totam mentem eorum occupaverat Et omnes
qui cum eo erant in captura piscium quam ceperant
adhuc sunt stupent et admirantur Oblati vere
per illos [illegible] per piscatores piscatores pau-
peres et simplices nec predicatores veri magni sed
[illegible] [illegible] / Similiter Jacobum et Johannem
filios Zebedei qui erant socii symonis Andre-
am non nominat [illegible] qui tunc tempore
in canani fuisse [illegible] et [illegible] / Tercio ponitur
consolacio xpi ad petrum / Et ait ad symonem ihesus
Noli timere Ut dicit Ambrosius Dic et tu xpe exi a me

domine quia homo peccator ego sum ut videat tibi
deus noli timere in dulcedine domino patrum facitque
Bonus enim est dominus et benignus. Ex hoc iam eris
homines capiens. i. ex hoc quod factum est signatum
est homines capiendi vel ex hoc quod tu te sic humiliasti habe-
bis officium homines capiendi. Humilitas enim utique
actiua est. Beda non dubium huius verbis in apostolatum
eligitur. Exprimitur quia aliquid est forte eligendus //
Notandum autem quod tripliciter fuit vocatio discipulorum //
prima in simplicitate notitia Joh. 1°. Secunda in fami-
liaritate sicut hic. Tertia in apostolatum ca. x imo. Et
subductis ad terram nauibus. Glosa ex una ad hunc
fuit voluntate redeundi ad propria secunda vocatione
perfecte adhaeserunt. Nota quod triplex principatus
collatus fuit sancto petro prime sue humilitatis ut hic
dignum est enim ut illi aliis presint qui nesciunt
in potestate extolli. Primo Reg. xv. Nonne cum paruulus
esses in oculis tuis caput factus es in tribubus
Israel. // Secundo datus est ei eciam principatus prime con-
stantis confessionis fidei Ma. xvi. Cum dixisset tu
es xpistus filius dei vivi. Respondit illi dominus tu
es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam. // Tertio collatus est ei principatus prime ar-
dentis dilectionis Joh. xxi°. Tribus vicibus interroga-
tus xpo dicente. Symon Johannis amas me. Ex eo
respondente tu scis domine quia amo te. Tribus vici-
bus dixit ei dominus pasce oues meas. Ex eo post-
ad haesio discipulorum xpi. Et subductis i. tractis
ad terram nauibus secuti sunt eum. Cris. Con-
sidera quod fidem illorum et obedientiam. Quibus enim
in manibus appetibile opus piscationis tamen de- // piscationis
rectis non suspenderunt sed relictis omnibus secuti sunt
eum. Ubi nota ex hoc magis sequebantur xpm
quia omnia relinquebant et omnem fugerunt curam
vitam quia non est idoneus gratie qui non relictis
omnibus indiget vita conuersatione ... sequitur ut dicit Jeronimus

mo p9 x. co

3xx

a

Relictis omnibus secuti sunt eum luc. v.
Ad perfectionem vite xpiane duo exigunt[ur]. primum
est omnium propriorum relictio. Secundum est vite et doctrine
xpi perfecta imitacio. Et hec duo fecerunt apostoli.
Unde petrus in persona omnium dicebat mt. xix. Ecce
nos reliquimus omnia. Et hoc quantum ad primum. Et
secuti sumus te. quantum ad 2m. Horum primum est ad
perfectionem dispositio. Secundum est perfectionis complementum.
Unde Ieronimus super verbo predicto. Quia inquid
non sufficit relinquere sua. Subiungit quod perfectum
est et secuti sumus te. Et ista in verbis premissis
denotantur. Primum notatur in eo quod premittitur re
lictis omnibus. Secundum in eo quod subiungitur. Et secuti
sunt eum. Quantum ad primum quia secundum propositum
vulgatum. Cum omnia dicit nichil excludit.
Considerandum que sunt omnia illa que apostoli re
liquerunt. et nos eorum exemplo relinquere debemus.
Et que sunt ea in quibus relinquere debemus
omnia includuntur. Primo enim relinquende sunt
res exteriores. Secundo parentes et propinqui secundum
carnem. Tercio corpus proprium. Quarto aliqua spiritualia. Quinto
ipse deus quantum ad amorem sue voluntatem. Primo
igitur xpianus tendens ad perfectionem debet relinquere
res exteriores. Unde salvator luce xiiii°. Qui non
renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse
discipulus. Possidet scripture dicunt bona exteriora
que alibi pecuniam et agros intelliguntur
et designantur. Quibus hiis omnibus renunciare oportet
quemlibet qui vult esse famulus xpi et non tantum re
nunciare sed et relinquere. Unde nobilius est adu
tendum secundum Bedam. Et ponitur in glossa. Quia dicit
est renunciare omnibus et relinquere omnia. Pau
corum scilicet perfectorum est relinquere omnia. hoc est curas
mundi omnino postponere et prius dimittis intende
Incipientium autem fidelium est renunciare. hoc est

terre que munde sunt ut tamen peccata non teneant
animo Et secundum hoc consulatur quod duplex discipulatus
Christi primus imitationis Et secundum hoc in primitiva ecclesia
omnes dicebantur discipuli Christi qui nunc dicuntur
christiani act. vi° et ix Alius discipulatus est super-
erogationis de quo quis dicitur sequi in consiliis et
evangelio Ut ibi mt. v Videns Jhesus turbas
ascendit in montem et accesserunt ad eum discipuli
eius Primo discipulatui renunciare omnibus
est necesse quantum ad affectum ne quis ita afficiatur
ad bona temporalia ut postponat eterna. Ps. divicie si
affluant nolite cor apponere. Secundo autem discipu-
latui est necesse omnia relinquere non solum autem
quantum ad affectum sed quantum etiam ad rem vel effectum
sicut apostoli omnia reliquerunt propter voluntariam
paupertatem. Unde Bernardus predicans illud verbum
petri pallegatum Ecce nos reliquimus omnia. Bene
inquit petre et non pisciam tibi quia recte
sequi non poteras oneratus. Jeronimus Christus victu
et vestitu hiis contentus erat et nudam crucem
nudus sequatur. Exemplum de isto invenire in vitas patrum
qui nudus confugit ad monasterium. Secundo relin-
quendi sunt parentes et carnales propinqui de quibus
dicit salvator luc. xiiii° Si quis venit ad me
et non odit patrem. Tertio relinquendi sunt amici huius
seculi etc. autem ait non potest meus esse discipulus
quantum ad primum discipulatum intelligendum est
sic quod homo huiusmodi propinquos et amicos non amet
nisi in ordine ad amorem dei et honorem. Unde
si parentes vel alii propinqui et amici instigant
ad aliquid quod factum sit contra divinum honorem
in quo tamen sunt odiendi et relinquendi ut
dicit in libro confessionum In tali enim casu ut dicit
Jeronimus Genus est pietatis in deum esse crudelem. Sed
quantum ad secundum discipulatum realiter relinquendi
sunt propinqui quantum ad omnem conversationem

etiam implicat nisi quod cedat ad honorem dei
Sic apostoli reliquerunt uxores et omnes propinquos
Unde de Jacobo et Johanne legitur quod relictis retibus
et navi et patre suo Zebedeo secuti sunt
dominum. Gregorius de sanctis Alexio Egidio Wilhelmo
benedicto anthonio et aliis sanctis multis qui
reliquerunt propinquos et amicos mundanos
Tercio relinquendum est corpus proprium et vita corporalis
quod sequatur dominum per viam secundum sensum sequitur
secunda predicta. Absque autem et eciam sed ubi
secundum Augustinum. Alia sunt per contra mala. ... cum
humiliat corpus et delectatur in corpore. Et ...
relinquenda est dupliciter secundum Augustinum. Uno modo ut homo
sic mortem propter Christum non timeat ut voluptatem
fruatur in regno dei et veniat ut cum Christo in
perpetuum vivat. Alio modo ut huiusmodi delectacionem
despiciat ut voluptate fruatur in regno dei tribue
runt. Unde Gregorius in omelia. Tunc bene a...
ordinem cum eius carnalibus desideriis non acqui
escimus sed reluctamur et frangimus. Et sub ...
... contempta ad ... quae
prodium amantur et utrumque horum ... est si
... esse disciplinae. ... ad utrumque
copulacio. Prima primo disciplinatum ... est ut
primo quis in causa fidei interrogatus et coactus
mortem pro Christo non timeat quantum ad primum
et ut delectacionibus corporalibus ad peccatum [illegible]
tenus acquiescat quo ad secundum. Requiritur autem disci
pulatum ... est ut quis etsi non coactus ad
defensionem fidei agitur ad mortem se offerat. Gregorius de sanctis
felice et adaucto et aliis pluribus martiribus
qui non interrogati nec coacti ultro mortem se ob
tulerunt et hec quantum ad primum. Rursus quantum
ad secundum sicut autem disciplinatum convenit ut quis
non solum non frangatur delectacione carnali sed
etiam et corpus non nutriat propter voluptatem sed solum
propter naturae sustentacionem et hoc non nisi propter ... propter

391

195

honorem diuinum ut ex hoc deo expediencius s
uiat. ita q[uod] homo ymaginetur q[uasi] deus sedeat
i[n] mente expectante corporis refect[ionem] q[uasi] sui manci
pii. Et sic quando homo cibo et potu sumit p[ro]
hoc attendat non solum necessitati subueniendo s[ed] deo
principaliter ministrare et impugnare ipsi mancipio
sustentacionem. Similiter de quolibet commodo corporali. Sic
fecit beatus Augustinus cum dicit in sermone de cibo et
potu et balneis ceterisque corporis voluptatibus utitur
introges. tum de ea cum pecto quantum in valitudini
operum conferre potest. Tercio relinquenda est sua
propria accipiendo unam nobiliorem. hec autem qualis
est voluntas. unde super illud Math. diliges deum de
toto corde tuo dicit Glosa corde accipe intellectum
p[er] animam voluntatem p[er] mentem memoriam. Et sic
supposito relinquere animam. nichil aliud intelligitur
quam voluntate propriam. et animam diuine voluntati
conformare. q[uod] contingit dupliciter secundum duplicem terminus
disciplinatum. Vno modo quantum ad diuina precepta
quibus homo non velit aliqualiter contrare et hoc est
communiter omnium disciplinatum. Alio modo quantum ad con
silia diuina beneplacita quibus homo voluntatem
suam quantum sit et potest ponendo conformat. Ita
scilicet quod aliquis sui et omnium proprie opcionum oblitus se totum
in diuina voluntate transformat. Iuxta illud
verbum saluatoris Luce. ix. Qui vult venire post me
abneget semetipsum. Vbi dicit Basilius abne
gacio sui ipsius est totalis obliuio et recessus
a propriis voluntatibus. Et tales nec possunt dicere illud
Ps. Deficit in salutare tuo anima mea. Et beatus Bernardus
de se fecit. Sicut cum videmus in languidis deficien
tibus in sapientia quod in eis nichil est propriis vigoris
sed totum quod in eis viuit ex alieno dependet imperio
sic ipsi iam nichil propria voluntate agunt vel proprio
arbitrio relinquunt sed diuine voluntati committit.
Et hec petimus in oracione dominica cum dicimus fiat

Voluntas tua. Ser nod libum ptractus aug. ps
sbo. Sic hec peto dne ut sicut i celo no est
qui possit resistere voluntati tue. Prima bti et
electi nichil volunt nichil gaudisunt. nichil
desiderant nisi quod est beneplacitum autem tenent
nobis intra fiat ut tue voluntati ponia conformem
8 ment. Et isto mo relinquere quis debet animam
suam. Ser isto relinquendi est ipse deus quantum ad
amorem naturalem secundum amorem diligimus deum
propter propter bonum nostrum. Et talis amor est amor
mercenarius et dicitur gaupie. Et dicitur valde
imperfectus. Debemus aut deum diligere amore ami
cicie et propter seipsum. Et hic pt esse dupliciter. Uno modo
quod nichil diligamus actu nisi ipsum quod non re
feramus i deum sicut i finem sicut ait Apostolus i
Cor. vjo. Sive manducatis sive bibitis sive
aliquid aliud bonum faciatis omnia i gloriam dei fa
cite. Quod impleretur cum aliquis vitam suam i devo
cionem ordinat. Et hic modus est nimis ex ne
cessitate [illegible] precepti quod dicitur Deuteron. vjo
Diliges dnm deum tuum. non ait ex toto corde
tuo. [illegible] valet tibi et potest. non tamen quod ulla
[illegible] alia diligere [illegible] sed i ordine ad deum
Et hic modus convenit sermo de disciplulatu vij
Augustinus i lib. solilo. d. Sigmundus quod non semper se
amat non amatur. Ergo nunc solam propter se amem
sapiam. Certa nec ut ad esse michi volo. vel
desse michi timeo propter ipsum. Alio modo relinquitur
amor naturalis ad deum propter exclusionem omnis
amoris ad seipsum et ad omnes creaturas contra quod di
lectionem sive ad deum nichil admixtam quod non
totum actualiter feratur in deum. Et hic modus
secundum totalem perfectionem nulli est possibilis in
hac vita. Sed convenit comprehensoribus i patria
possumus tamen et debemus conari ut ipsi
[illegible] illius quantum possibile est nobis trahamus

Et habet solum quoniam secundo discipulatum. Sic fecit
apostolus qui dixit ad philippenses non quod iam acceperim aut
iam perfectus sim, sequor autem si quomodo compre-
hendam. Et fecit secundum eundem perfecti sumus hoc
sentiamus. Sicut gradum perfecti discipulatus vocat [?]
secundum Augustinum x° confessionum sic dicens: Tu refulges
et places amaris et desideraris et erubescam de me
et abiciam me eligam te et nec michi nec tibi placeam
nisi de te. Et non quod habet omnia predicta perfecte vero re-
linquenda apprehenduntur in professione religiosorum prima
relictio rerum exteriorum videlicet parentum et propinquorum
comprehenditur in voto voluntarie paupertatis. Relictio
vite carnalis et delectacionis corporalis intelligitur in voto
castitatis. Relictio proprie voluntatis intelligitur in voto
obediencie. Sed abdicato amore recipitur quantum ad primum
modum implicatur instancia regule cuiuslibet secundum quam
que quilibet religiosus profitetur. Que omnia cum ad-
iutorio dei ordinat licet dictum sit vel modus. Sed quantum ad
tertium modum qui super excellit nulla professio regula
vel obligat sed relinquitur soli dispensacioni divi-
ne. Et qui [illegible] per contemplacionem et amoris
inhesionem sic animus trahere valeat in similitudine
comprehensorum. Talis cum iam habet dicere illud ps.
michi adherere deo bonum est. Ecce Maria Magdalena
que adherendo pedibus domini meliorem partem ele-
git que non auferetur ab ea, eterna partem nobis concedit
ille qui solus est bonus.

Scita sunt enim ubi supra. Dico qualiter a fi-
deli anima ad perfectionem tendente omnia pro-
sunt relinquenda. Modo videndum est qualiter con-
perfectionis assecucione exemplo vite Christi omnia sunt
sequenda. Circa quod est sciendum quod sequela Christi
attenditur in tribus. Primo in relinquendo ea que Christus
reliquit. Secundo in sustinendo ea que ipse sustinuit
voluntaria passione. Tercio in faciendo ea que ipse ca

fecit sua exemplari conversatione. Decimo dictum
est in processu precedenti. Ipse cum licet esset omnium rerum
celestium terrestrium creator paupertatem summe in se
accepit ita ut nec haberet ubi caput suum reclina
ret Mt. viii°. Et sic fuit pauperrimus omnium creaturarum
sensibilium cum vix proprius est locus sine quo esse non valet
ipse solus xpc asc negavit sive abnegavit. et hoc
fecit propter nos ut nos divites fieret. unde ii Cor
viii°. Cum esset dives egenus pro nobis factus
est ut illius inopia divites essemus. Ipse etiam relin
quendo parentes et propinquos nobis exemplum
dedit. Decimo cum esset annorum xii parentes per triduum
relinquens doctorem ubi deo vacabat. Unde dixit
reinventus parentibus suis. Quid est quod me quere
batis. nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt
oportet me esse. Et Luc. x°. Ipse negabat parentes
suos et fratres. Cum sibi diceretur. Ecce mater tua
et fratres tui foris stant querentes te. Respondit. Que
est mater mea et qui sunt fratres mei. Extendens
manus in discipulos ait. Ecce mater mea et fratres
mei. Decimo quicumque fecerit voluntatem patris mei. Terci
decimo reliquit matrem suam et discipulos suos cum
caperetur et crucem ascendit. Ipse voluntatem propriam
omnino abdicavit ut ipse protestatur Joh. v. Non quero
facere voluntatem meam etc. Patet ergo qualiter omnia
premissa relinquenda sunt propter deum. Ipse xpc summe
perfectissime omnia abdicavit dans nobis exemplum
ut sequamur vestigia eius in relinquendo omnia supra
B dicta. Secundo videndum est qualiter eum sequi debemus
in sustinendo. Est enim sciendum quod vita xpi in sustinen
do fuit laudabilis et ad ultimum corporis sui
amarissime passioni exposuit ut nos exemplo ad
sequendum eum animaret et ad hanc sequelam
ipse inducit Mt. xvi°. Qui vult venire post me
id est sequi vestigia mea passionum tollat crucem
suam id est voluntariam sustineat passionum. Et

ita fecerunt apostoli et sancti martires Et sic ad hunc faciunt
sancti viri et boni Unde vita sic dicit beatus Aug(ustinus)
in sermone de beato laurencio Cuius ix. tu non illa d(icunt)
que tempore passionis ligni affixione gesserunt sed
et illa que totius vite curriculo morum disciplina
et virtutibus coaptat Tota est vita xpiani hominis
si secundum evangelium vivat crux atque martirium est Exemplum
autem tota vita xpi in sustinendo passiones penales
fuit et qualiter xpm sequi debeamus in singulis pena-
litatibus suis pressis pro nobis habes in tractatu de
passione domini qui incipit Conspice et fuit sermo post
primam quadragesime Circa ad tunc qualiter debeamus
sequi xpm in faciendo ea que gessit in mundo Sciendum
quod tota vita xpi exhibuit circa duo sub quibus
omnia moralia vite humane comprehenduntur videlicet
circa opera vite active et opera vite contemplative
In operibus autem vite active que sunt opera misericordie xpc
plura pro nobis fecit Ipse enim esurientes pa-
vit scilicet quinque milia hominum quinque panibus et duobus
piscibus Joh. vi° Et alia vice iiij milia cum septem
~~duo~~ panibus et paucis piscibus Mathei xv°
Et non dubium quin tales plures fecit licet non sunt
omnia scripta Joh. ultimo Item sicientes potavit
cum aquam in vinum convertit Joh. ii° Et quis umquam
meliorem elemosinam dedit quam ipse qui proprium
corpus in cibum et sanguinem suum in potum disci-
pulis et contulit omnibus nobis in perpetua elemosi-
nam contulit captivos plurimos redemit et obsessos
a demonibus liberavit Item infirmos sepe visitavit
et curavit mortuos et plurimos non quidem sepe-
livit sed quod plus est iam sepultos suscitavit nudos
spiritualiter sepe vestivit Sicut ysa. dicit Induit me
dominus vestimentis salutis etc Collegit multiplociens
hospites sicut dicitur Joh. i° Cum duo ex discipulis suis
dicerent sibi magister ubi habitas ipse invitavit eos ad
hospicium suum dicens venite et videte et viderunt

et mansit apud illum die illo. Sextis operi-
bus que requirunt statum vere spiritualem non mul-
tum oportet insistere cum Christus loquimur qui totus
pauper fuit. Non enim habebat hospicium proprium
quo hospites colligeret quia ipse natus fuerat
in diversorio non potuit et voluit habere aliud
hospicium nec pannos habuit ultra usum neces-
sarium quibus alios nudos operire posset quia
ipse met pannis vilibus involutus fuit et involutus
Unde talia opera corporalia contra statum sue pau-
pertatis non congruebat. Sed spiritualiter talia multo uti-
lius operabatur. In quo datur doctrina pauperibus re-
ligiosis quod etsi non possunt talia corporaliter exhibere
debent tamen talia spiritualibus operibus compensare
ut oratione compassione bona voluntate. Septima sunt
angelus semper pro eis ... et non potest Deus to-
8. factum computat. Opera autem misericordie comprehenduntur in hoc
versu: Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.
Et hec frequenter Christus exercuit nunc docendo ig-
norantes nunc reprehendendo delinquentes etc.
In operibus autem vite contemplative plura exempla nobis
reliquit. Circa quod sciendum licet vita contemplativa
unum solum actum habeat contemplationis, tamen plures
actus quibus ad hunc actum finalem pervenitur.
Sunt autem quantum ad presens iiii^or^ actus preambules
ad vitam contemplativam que sunt oratio, lectio, verbi dei
audicio, meditacio. Et super hos iiii^or^ pervenitur ad quintum
quod est ipse actus contemplationis. Ante enim quam homo
incipiatur a deo et sic est necessaria oratio. Ante hoc eciam
a scriptura divina. Et ad hoc requiritur sacra lectio. Ante
illud accipitur amore alicuius hominis loquentis et ad
hoc requiritur verbi dei audicio. Ante precipue hoc in-
teriori cordis et sic requiritur meditacio. Generaliter autem
in hiis se Christus exercuit planum est quoniam in
oratione ita crebris fuit quod sepe pernoctaret.
Divinam scripturam legit quando sedit in medio doc-
torum plures et legit divinam scripturam recitasse

ad hoc libro non indiguit quia tota scriptura sa-
crarum in mente fuit. Similiter eciam ipse auctor sacre
scripture fuit. Et eadem racione nec libri nec verbi
vel vocalibus homine audire indiguit. Item sublimissimis
autem meditacionibus non indiguit quia mens eius sepis-
sime suspensa fuit. Denique quod ipse ad actum contem-
placionis frequenter vel et raptus fuit patet quod corpo-
re fuit conpescens ut dictum est. In hiis ergo actibus
nos sequi debemus Christum. Et si non possumus ad
plenum consequi tamen adiutorio gracie sue continue
possimus ut sit pro modulo nostro ipsum sequamur
quatinus ad presentem sui visionem infinitis singulorum per- Dominica quinta
fruamur. Quod nobis prestare dignetur.

Amen amen dico vobis. Dominica quinta

326 Nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scri-
barum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. a
Solent imperfecta perfici supervenientibus accede-
re iuxta illud Luce xxiiii homines supervenien-
tibus nova piacet. Et supervenientis lege no-
va evangelii lex vetus indulit legis divina- ... dicitur ... tres partes
ta. Et de hoc est presens ewangelium. In quarum prima agi-
tur de iusticia abundanda. In secunda de iracundia dis-
trahenda penitus premenda ibi Audistis quia dictum est anti-
quis. In tercia de concordia sollicite facienda ibi
Si offers munus tuum. Circa primum dicit sic
Amen amen dico vobis. hoc sic non dicitur in tex-
tu quia tamen ecclesia in officio utitur hac locucio-
ne ideo et nos sic proponamus verbum. Ad intelligendum quod
hoc "Amen" ponitur nominaliter et tunc idem sonat
quod veritas. Et hoc modo ponitur Apocalipsis iii° hec dicit tercio dicitur
Amen id est veritas. Quandoque ponitur verbaliter ut in psalmo ubi
dicitur fiat fiat ubi ebreus habet amen. Quandoque
ponitur adverbialiter et est idem quod vere et fideliter et
sic ponitur hic. Expediebat autem hic verba
firmare quia verum inaudita dicturus erat. Accede-
bat enim sufficere iusticiam scribarum et phariseorum
ad salutem et ipse ostendit quod non sufficeret. Unde dicit

vere et fidelit[er] et ita est dico vobis quia nisi ha
bundaverit iusticia vestra i[d est] nisi iusticia vestra
fuit maior et habundancior p[er]scrutacionibus plus
quam scribarum et legis noticiam docencium et
phariseorum qui singulari obs[er]vacione iusticie le
galis erant distincti ab aliis nisi ergo iusticia
vestra fuit maior habundancie non intrabit in
regnum celorum q[uia] p[er] iusticiam eius legis nullus
potuit intrare in regnum celorum Unde dicitur Hebr. B
in Nichil ad p[er]fectum adduxit lex ¶ Nota
q[uod] iusticia scribarum diminuta erat i[n] multis
Primo i[n] iudicio alieno p[ro]prio relicto Mt. vii° Ex
iudicas festucam i[n] oculo fratris tui etc. Eciam d[icitur]
nimis iudicabat alios cum ipsi i[n] maioribus
erant peccatores Rom. ii° In quo alium iudicas te
ipsum condempnas eadem enim agis que iudicas
Secundo quantum ad affectum quia solum erat i[n] cogitacione
et non in affectione Unde eis dicitur Luc. xi Ve
vobis legisp[er]itis qui tulistis clavem sapie[nci]e et
ipsi non introistis etc. ubi dicit Tollit clavem sapie[nci]e
et scie[nci]e per cognicionem et non i[n]trat p[er] amorem Tercio
quia solum p[er] locucionem et non in ope[re] Mt. xxiii°
Sup[er] cathedram moysi sederunt scribe et pharisei
etc. dicunt s[ed] non faciunt ¶ Quarto quia i[n] sup[er]stitiose
tradicionis et transgressione mandatorum Mt. xv
Quare discipuli tui transgrediuntur tradiciones
seniorum Et d[omi]n[u]s ait Quare et vos trans
gredimini etc. ¶ Quinto quia i[n] dissensu sine fructu
fructu Mt. xxiii Ve vobis scribe qui facitis
etc. et avidam ¶ Sexto diminuta erat lex
quam docebant scribe quia non cohibebat nisi s[ecundu]m manum
s[ed] tantum hominem a simplici mendacio sed
ab p[er]iurio Item p[er]mittebat minus mala
ad vitandum maius malum sicut adulterium et
ad evitandum homicidium sicut patet in libello re
pudii Deut. xxiv° Item non faciebat bona
omnibus s[ed] tantum amicis Levit. xi° Diliges amicum

et odio hebis inimiciam tamen sic iusticia legis qua
le plurimum permittebat ypa. 1° Et ubi vultis et au
dient me etc. Ergo diminuta iusticia erat
phariseorum de fiebat in multis Primo quia erat
in presumpcione cordis non autem in mixto actionis sic
patet de illo qui dicebat luce xviii° non sum sic
ceteri hominum etc. Secundo quia erat in ostentacione operis
et non in rectitudine intencionis Querebant enim lau
dem hominum Mt. xxiii° Omnia opera sua faciunt ut
videantur ab hominibus Sicut nunc heu qui in hac iusticia
non sunt salvati quia recipiunt mercedem suam
Contra quod dicitur sectatoribus eius Mt. vi° attendite ne
iusticiam faciatis coram hominibus. Tercio quia erat
in observacione minorum et in obmissione maiorum
Mt. xxiii° Ve vobis qui pharisei qui decimatis anetum
et cyminum et relinquitis ea que maiora sunt
et plura talia de factis phariseorum ponuntur Mt.
xxiii° Et sequitur — Secunda pars evangelii — 2ª pars
Audistis quia dictum est antiquis Non occides
Qui autem occiderit reus erit iudicio Ego autem
dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus
erit iudicio Qui autem dixerit fratri suo racha
reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus
erit gehenne ignis Secunda pars in qua ponitur quam
districte ira punitur Et dico sicut quia primo
replicat prohibicionem legis antique contra occisionem
dicens Audistis quia dictum est antiquis non occides
Sed homine hoc preceptum ad bruta aliqui porrexerunt
quorum errorem excludit Aug. 1.
de civitate dei dicens quod hic non prohibetur occisio
irracionabilium animalium Racio
vita et mors ordinacione creatoris nostris usibus
subditur Gene. ix° Sed isto precepto occisio hominis — prohibetur
quod est homicidium ut vivus scilicet alium occidat
hominem Absque autem precepto occupiuntur que iniusta
bella sunt et illa que geruntur persone publice
potestatis dum scelerates morte puniunt non enim tenetur

occiderunt contra auctoritatem sed mandato legislatoris dica-
tis Deut. xxv° Amalechitas ne paciantur vivere. Unde
increpavit iudex si malefactoribus vita indulget.
Sicut Saul rex privatus fuit regno suo eo quod non occide-
rit [illegible] amalechitas. i. Reg. xv. Et iii Reg. xx
dixit quidam propheta regi Israel Quia dimisisti vi-
rum morte dignum de manu tua erit anima tua pro
anima eius. Cum ergo iudex iusticia legis exequitur
condempnando reum eciam usque ad mortem non debet
dubitare. Unde legitur Exod. xxxii° Quia Moyses dixit
hiis qui occiderant ydolatras hodie consecrastis
manus vestras deo unusquisque in filio et fratre suo
ut detur vobis benediccio. Unde ponit homicidii
penam. Qui autem occiderit reus erit iudicio. [illegible]
[illegible] anime legali pena ponitur tamquam obnoxius
Unde reus erit iudicio i. dignus iudicari ad mor-
tem. Dicit enim scriptum est Levitici xxiiii° Qui per-
cusserit hominem et occiderit morte moriatur. Secundo
ponitur nove legis preceptum quod prohibet homicidium
non solum in opere sed etiam in sua radice et origine.
Unde nota quod Moyses securim posuit ad ramum
arboris prohibens homicidium. Dominus vero tamquam
sapientissimus agricola securim posuit ad radicem prohibens
iram quam sequitur homicidium. Sunt autem tres
gradus culpe homicidii [illegible] Primus est cum
animus ira movetur intus latet non prorumpat in
actibus. Secundus est cum movetur intus et prorum-
pit in vocem indignationis. Tercius est
quando animus ira movetur et prorumpit in verba contume-
liosa. Et sicut sunt gradus in culpa sic etiam in
pena. Committit autem proximo. Ego autem dico vobis
Ubi ostendit se veteris legis fuisse datorem nova-
que quemquam et addit legi quam ipse instituit. Et co-
siderandum secundum Aug. quod pene omnia que subdidit
dominus antique legi in ipsa lege continentur. Sed quia
non erant expressa non intelligentes iudei crede-
bant solum opus esse peccatum et non voluntatem.
Et ideo Christus ipsam legem voluit declarare ca. v.

non veni solvere legem sed adimplere. Secundo ponit
primum gradum Irascitur omnis qui irascitur fratri
suo. Ubi dicit quidam sine causa. Sed ut dicit
Ieronimus superfluum ibi ponitur quia nulla potest esse
causa irascendi in fratrem. Sed iuste aliquis irasci-
tur culpe fratris non ut dicit Augustinus Irasci fratri non tenet
negatur nullus sane mentis reprehendit. Unde
notanda quod quedam ira commendatur quedam tollatur in-
cerno quedam vituperatur. Ira commendabilis est que cadit
in prudente viro sed irasci breves et peccantes et
corum desiderat correptionem. Unde Augustinus in de civitate
dei Dicit inquit sunt perturbacione sine dedecore possessio
inbus. Stoici cum dicat iram non cadere in sapien-
tem sapiente sed moderata et racioni subiecta. In dist-
tinccione dicit. Irascitur cadere moderata ira in sapi-
ente nec dicit. Irascimini commendabi-
enter sed tamen iusta causa que ira est commendabi-
lis et necessaria ut dicit Crisostomus Ira sine causa nec doctrina
proficit nec iudicia stant nec crimina compescuntur. Sed
perficit nec iudicia stant nec malicia seminatur et nutritur et non solum mali
ciam seminat et nutriunt et non solum ad mali-
ciam fervorem mutatur ad malum excitare iram ut ibi
sed eciam bonum incitant ad malum et ne levant ut ibidem
dicat Augustinus debet esse iudicium contra iracundia quia
non est cognicione passionis sed magis commotio
racionis iudicio. Unde Ecclesiastici vii melior est ira risu
quia per tristiciam vultus animus corrigitur delinquentis
Ira igitur commendabilis duas dicit hic condiciones
quarum una est ut habeat instanciam. Altera vero ut
moderata sit racioni subiecta. Ira vero que tollatur
est ira in furore que repentina est et subita ut
cum homo statim tacite irascatur nec tamen vult facere
id quod ira compellit. Ista ira tollatur quia racionem non
superat et qua dicit Iob xxxvi Non te superet ira
ut vi aliquem opprimas. Ira autem que vituperatur
est racionem superans. Cuius secundum Gregorium in moralibus quatuor
sunt gradus. Quidam enim cito moventur ad iram
et cito redeunt ad tranquillitatem. Alii vero tarde
irascuntur et tarde redeunt ad tranquillitatem. Alii
vero cito irascuntur et tarde redeunt ad tranquillitatem.

Ira que tollatur
vituperabilis

ira multa mala facit

et isti sunt peiores omnibus. Sed alii tarde irascuntur
et cito iram deponunt qui inter omnes alios
sunt minus mali. Nota quod multa mala facit
ira. Primo cum totum turbat hominem ut fiat
contra se ipsum. Conturbatus est in ira oculus meus
Item obtenebrat mentis oculum unde Cato. Ira impe
dit animum ne possit cernere verum. Item occidit iratum
Job v. Virum stultum occidit iracundia. Item tollit
sapientiam Cato 1°. Ira cum viri iustitiam non operatur. + Sed
Item suscitat lites Prov. xxvi°. Sicut carbones
ad prunas et ligna ad ignem sic homo iracundus
suscitat lites. Item ira ducit hominem ad dyam
qui plenus est fumo et ira Jer. i°. Ollam suc
censam ego video. Sequitur pena irati. Reus
erit iudicio. Iudicium est determinatio damnate cau
se Glo. xxvi° Iudicium causas determinat
Secundo iudicium sicut fuit tempore kanalis cuius
determinatio est officium pene. Pena cum redonat
crimen ad equalitatem iustitie. Agitur cum lege x
sanccitum est ut quicumque irascitur fratri suo obli
gatus est sit ad iudicium pene. Sed an vero ista
pena sit temporalis vel eternalis quantitatem vel minus ex
pitur non est determinatum ut dicit Cris. Secunda
licet passio determinata est maxime quia impossi
bile est penitus esse absque ira. Primus gradus gradus
motus est ira in corde non dum prolata. Secundus
gradus ire est cum animi motus intus prorumpit
in vocem indignacionis potius de quo dicit Christus
qui dixerit fratri suo racha secundum Aug. et Cris.
Racha non est vox significativa ad placitum de
terminata sed importans motum animi perturbati et
sic est interiectio indignantis. Vel indignando racha
tibi dixeris hinc tibi prolata. Sed hec vox qua
dicitur variatur. Vero quia sola indignacio incepta
exprimitur. Veruntamen formatur vox per modum contemp
tus et tunc maior est culpa. Tertius vero per
modum contumacie et hoc est maior duobus primis. // quodam

tedentibus nominibus quia quamvis animus omnibus con-
[illegible] gravitatis fecerunt quasi iam potentes vindictam
potentibus ... vindicabit et vastet. Reus
erit consilio. Sicut racha dicere est maioris culpe
quam vasti, ita pena consilii maior est pena iudicii.
Nam ut dicit Augustinus: in iudicio adhuc datur locus
defensionis, sed ad consilium intelligitur pertinere sententie prolatio,
quando iudices inter se conferunt quo supplicio reum damp-
nari oporteat. Unde quia ira interior extimatur
positivus racha, id est extimata pena infligitur.
Secundus gradus est quo vehementi ira commotus
rupto in vocem, id est significatione plena et non dum
ad significationem. Tertius gradus perferre verba contumelie,
de quibus dicitur: Qui autem dixerit fratri suo
fatue, quo nomine omnis contumelia, maledictio, de-
tractio, infamatio, vituperatio et criminatio intelli-
gitur. Sed dicet quis: nonne apostolus Galatas dicit: O insen-
sati Galathe. Et in domino ad discipulos suos: O
stulti et tardi corde etc. Ergo male quia contra
illud preceptum. Ad hoc dicendum quod dicere possumus
alicui fatue animo corrigendi, non autem contume-
liandi. Et sic Christus prohibet hic. Vel secundum Augustinum
per hoc quod aliqui addunt sine causa, defendit quod apostolus
Galathas vocat stultos quos esse stultos nominat.
Non enim illud fecit sine causa. Et similiter Christus
vocat discipulos suos stultos. Reus erit gehenne
ignis. Rabanus: gehenna hic in figura cruciatus
salvator appellat. Hic attendendum est quod sicut
exaggeratur culpa in nova lege, sic et pena. Neque
enim de pena infernali fit mentio in veteri testamen-
to nec de regno celorum. Consulit autem ut dicit Chrys-
ostomus: grave videtur si pro solo verbo tanta pati debet pe-
nam. Sed non est dubium quia plura mala premiunt
ex verborum multiplicatione, quia cetera mala que sunt
ex verbis sunt principium. Consultorum enim prava verba
fuerunt homicidium et sepius integra [illegible] verba consummata.

Non cum minus offendimus flagello lingue quam
virge et gladii. Sed dices. Si gehenna est pena
dicentis fratri fatue qua graviori pena punietur
homicidium. Solvit Augustinus dicens esse gehenne
gradum qua gravius homicidium iudicatur. Tertia pars Evangelii s^a 3^a p^s
328 Si offers munus tuum ante altare
et recordatus fueris quia frater tuus habet
aliquid adversum te relinque ibi munus tuum
a et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veni-
ens offeres munus tuum. Tertia pars in qua man-
datur vita sollicite fraterna. Luc. 17. ut dicit Augustinus
Non est peius magis fratri aut dicere racha vel fatue
simul cum hoc tenere rancorem in animo ut in odium
ira convertatur. Unde precepit reconciliationem iram
deponere. Si offers. Offerre est sponte dare. Ob-
latio non debet fieri coactitia aut necessitate. Ad
nomine muneris non solum temporalis sunt intelli-
genda sed etiam spiritualia opera orare predicare corrigere et simi-
lia. Quia nulla de alieno debet fieri oblatio
sed de proprio. Honora deum de tua substantia. Ante
altare. Non solum est altare materiale templi
sed etiam altare spirituale id est mens nostra que templum
est de quo dicitur. Ignis in altari meo semper ardebit.
Est altare etiam est Christus de quo Hebr. Altare
de terra facietis mihi id est Christum incarnatum credetis esse.
Et recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid
adversum te. Hoc triplicatur. Uno modo de leso ante.
Secundo de offendente me. Tertio de ledente me.
De primo dicit Augustinus. Nihil de primo dum in mente
est. Tunc frater habet adversum nos si eum in
aliquo lesimus et tunc cogitur a nobis ut ve-
niam ab eo leso postulemus. De secundo de fratre
offendente me. Quia ille habet aliquid in animo
unde adversetur mihi. Et de hoc dicit Glosa
Si quid adversum mali in animo habuerimus contra fratrem nostrum
munus placidum deo offerre non possumus. Similiter
offendere si contra nos habet aliquam calumniam odii

vel rancorem vel perturbacionis reconciliacionem petere
debemus vnde Io. Cass. in colla. omnibus primis col
lacionis abbatis Joseph de amicicia capitulo viii° dicit
In tantum volt nos deus fratris leuem tristiciam non
quandoque fratris uel alicui aduersum nos habuit non minime
nostra munera suscipiat i. oraciones nostras sibi permittet
offerre donec de eius animo si iusta sive iniuste
sive iniuste concepta deleri satisfactione tollamus non
enim dominus dicit Si vero contuleris aduersum te
aliquid et quantumcumque leue sciens te offendisse fratrem
si aliquid et quantumcumque leue scias te offendisse fratrem
tuum nec non debes nisi prius orta tristicia de corde
fratris benigna et condigna satisfactione depulle
ris. hec ille. Tercio proponitur quasi querendo ubi
scio non habemus aduersum illud si ille non lesit et
tunc non oportet opus peragere ad reconciliacionem non enim
tu quod non est opus peragere ad reconciliacionem. Non enim
veniam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam
sed tu dimittes sicut tibi a deo dimitti cupias
quod ipse commiserit. hec ibi. Iste idem Augustinus
in quodam sermone de concordancia fratrum qui incipit
dicens dicit sic. Sed dicat aliquis Si ille me le
sit et in me peccauit et non volt veniam petere
postulare quid facturus sum. Respondet Augustinus Nolo
dicas. Da in veniam qui nosti te
lacerauisse. Nolo dicas. Sed quia ille iste
non peccasse in fratrem tuum. Sed si quia ille iste
peccauit non tu in illum noli venire ad fratrem tuum
qui in te peccauit et ultro ab illo petere veniam
debent nisi nos esse alii pacifici qui illud obim
gerent ut a te prius veniam petat. Tu tamen paratus
esto ignoscere prius quam petat. Si paratus es dimittere
alii dimisisti. Habes adhuc quod dicas. ora pro illo
ut petat a te veniam quia scis ei nocere si non petet
ora pro illo ut petat. Dic deo in oracione tua domine
tu scis me non peccasse in illum fratrem meum sed potius
illum peccasse in me sed veniam petat a me ego bono
animo peto ut ignoscas ei. Et concludit Augustinus Si in
aliquem peccauimus vero corde veniam postulemus Si
aliquis in nos peccauit veniam dare parati simus

et primus viris oremus hec Aug. Ubi Cris. sup(er)
dicit de isto reo meo q(ui) p(ost) tu illud qui te lesit prius
rogavit d(omi)n(u)m p(ro) te gl(ori)am (con)sequeres. Unam (con)lesse
et alteram quia prius rogasti. Et q(uo)n(iam) (con)tinuit. qui
prius lesit sive vel prelatus subditus vel alia
persona magne dignitatis s(e)c(un)d(u)m s(e)c(u)l(u)m aliq(ua)m p(er)sonam
humilem et vilem nonne a tali cogitur ut veniam
postulet aliquis s(e)c(un)d(u)m preceptum ep(iscop)i. Et hoc de Aug.
s(er)mone pallegato de d(omi)no h(oc) vide. Ubi ne
ille incipiat superbire quando q(uo)q(ue) ante oculos dei ve
niam petat cor(am) suo et si non de(bet) quia non oportet
d(omi)n(u)m dicere suo da michi veniam blande tu loq(ue)r(is)
blanda cum allocucio venie est postulacio. hec
Aug(ustinus). Similem sentenciam ipse dicit. Veri(tas). Relinque
relinque ibi munus tuum ante altare. Glosa
Coram deo ante altare munus relinquit(ur) qui non
offert(ur) s(ed) manet p(ro)positum oblacionis. Et vade
prius reconciliari fratri tuo. Hoc intelligendum
est q(uod) si offensa sit nota fr(atr)i tuo postulanda e(st)
reconciliacio. Si vero abscondita non teneor sibi ma
nifestare ne forte adiuvans s(ed) postulanda est a deo
et a sacerdote. Hugo de s(an)c(t)o Victore. Ex porrecto regle
compensare incipit de bonis q(uan)tum ita sit apud deum hostis
concordie sine qua non placent nostra sacrificia. mane
mane quibus delent(ur) peccata. Nec tunc placent mane
mane nec oraciones nostra sacrificia. Quantum concordia
carnalis ante fieri debet reconciliacio. dicit Cris. Si
cogitatu offendisti reconciliare cogitatu et sic
tunc venies offeres munus tuum. Aug. Si frater
sit absens et multum distans p(ro)cul est ad
reconciliacionem non pedibus corporis s(ed) affectibus
mentis et humiliter ante conspectum dei veniam po
stulare deinde recolligendo intencionem ad illud
quod inceptum erat offerat(ur) munus. Ubi s(e)c(un)d(u)m Cris.
attendenda est mia dei ad homines quia plus
diligit nostram vel concordia qua munera. Deus obla
cionem discordantium non vult suscipere. Nemo cum duorum

Sermo primus

a

inimicorum potest esse fidelis amicus. ideo dicitur non vult
esse amicus hominum quia dum ipsi non sunt non fuerint
amici eius

Sermo primus de eodem

.x9. Nisi habundaverit iusticia vestra etc. Matthei v. Hec in-
iusticia proprie sumitur pro virtute qua redditur unicuique
quod suum est et est una virtus de cardinalibus. large tamen
sumitur pro bonitate. vii. Ethicorum. philosophus sic illo verbo dile-
xisti iusticiam dicit Glosa. iusticia. i. omne bonum.
Et Augustinus ad demetriadem virginem dicit. quod omnes
virtutis species uno iusticie nomine continentur. Et sic
hoc dicit Augustinus duas esse partes iusticie scilicet de-
clinare a malo et facere bonum. Et sic distinguitur
contra peccatorum. sicut cum dicitur fulgebunt iusti et in
similibus. ita de vobis loquitur hic de iusticia cum dicit
Nisi habundaverit iusticia vestra. Circa quod sciendum quod sicut
varia sunt dona gracie dei et contra varii sunt status et
condiciones hominum. propter quam varietatem plerumque contin-
git quod quis in uno statu salvatur. qui si esset in alio
statu dampnaretur quia non sufficeret unum ad salu-
tem in uno statu quod idem sufficit in alio pro hiis que
sunt in statu maiori. ideo in comparacione illorum apte
potest dici verbum assumptum Nisi habundaverit iusticia.
Et ut tactum est de scribis et phariseis. qui sunt al-
tioris legis accipiendum comparacione et eadem lege va-
ria. In lege autem nova quidam sunt prelati quidam
subditi. quidam predicatores quidam auditores. quidam
dam sacerdotes quidam layci. quidam activi quidam
contemplativi. quidam perfecti quidam simplices
et quidam novicii. Et ita de pluribus aliis et cuibus
singulis in comparacione dici potest Nisi habundaverit in-
sticia vestra. Et hoc propter varietatem distribucionis
donorum dei quod patet per parabolam Mathei xxv. et
Et Luce xix. de homine qui peregre proficiscens de-
dit uni quinque talenta alii duo alii vero unum. uni-
cuique secundum propriam virtutem. Dedit enim dominus uni homini
quinque talenta. i. quinque gracias in quibus omnibus sic
est. et caritate tenetur de quibus tenetur reddere
rationem. unde si ille qui receperat quinque talenta sim-
pliciter solum duo vel tria vel quatuor. gaudium

duo non increpasset quia de quanto talento lucrum non
fecisset. Tercia qui offendit in uno factus est om-
nium reus. Ille autem qui duo accepit saluatus est
propter duo super lucrata que illi eciam quamuis non suffe-
cerent ad salutem ut dictum est quia ille plura dona
acceperat. Et ideo plura dona ab eo exigebantur.
Et hoc est quod dicit Gregorius in omelia. Cum enim augentur
dona, rationes eciam crescunt donorum. Secundo declarando hoc
de simili comparatione. Prima comparacio est inter prelatos et
subditos. Constat enim quod iusticia prelati oportet
habundare plus quam subditorum. Quia ut dicit Ieronimus
super Exo. Tanta enim debet esse constancia et erudicio
pontificis et prelati ut omnes motus et gressus
et uniuersa opera eius notabilia sint ut virtu-
tem mente concipiant et cum toto habitu et ornatu on-
dat ut quod agit quicquid loquitur sic faciat in
doctrina prelatorum. Et Gregorius in pastorali dicit. Tantum debet
ipsa actionis professionis transcendere quantum solet distare
uita gregis a uita pastoris. Secunda comparacio est inter secula-
res et religiosos videlicet quod religiosi tenentur ad ab-
dicationem proprietatis et ad abrenunciationem proprie volun-
tatis ad perpetuam obseruanciam castitatis ad ne-
cessitatem asperitatis ad unctus(?) ieiunitatem et oracionum in-
stanciam ad horarum canonicarum frequentiam et qua-
lis ad statutorum regule et ad constitucionum sui or-
dinis obseruanciam. Ad que omnia seculares minime
tenentur qui tamen si seruant omnia precepta dei et
ecclesie suo modo in fide propter uiuat saluatur. Si autem
religiosus sic uiuat ut vir et non habundauit in- Xan
sticia sua plusquam operarum. iste liberum dum assumptio
nequaquam intrabit in regnum celorum. De talibus dicit
+ ... Prosper de uita contemplatiua c. 1. Sunt quidam
seculo ... qui professionis moribus
nichil abiciunt non mente mutantur sed ueste non
actu sed habitu. Hii sunt qui simulacrum non opere
ymaginis perfectius transformatur. Extra viij. Sa-
pientia hominis lucet in vultu suo, id est in ymagine
mentis in qua tamen doni sapientie perfecte lucet
que ymago increata ab increata ymagine
tribuitur illustratur, ut de quolibet tali dici pos-
sit. Extra xxvij. Homo sanctus in sapientia sua perma-
net ut sol. Et quod nos prestare dignetur ...
spiritus. Amen. Sequitur dominica septima post trinitatis

a

Attendite a falsis prophetis
qui veniunt ad vos in vestimentis ovium
intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Boe-
tius ... dicitur: falsus amicus obest michi plus
quam publicus hostis. Et ecclesia habet quosdam
publicos hostes scilicet persecutores tirannos contra
quos non oportet nos cautos reddere quia sunt ma-
nifesti. Habet et alios hostes occultos scilicet fal-
sos amicos videlicet hereticos ypocritas et fal-
sos fratres contra quos opus est magna vigilan-
tia et cautela. Unde ut possimus tales falsos
amicos ... cavere, dignum est nos premoneri
et cautos reddere contra tales. Et de hoc est presens
ewangelium quod dividitur in tres partes. In quarum prima
salvator noster monet nos ut a falsis prophetis at-
tente caveamus. In secunda docet qualiter eos ag-
noscere valeamus ibi A fructibus eorum cognoscetis
In tertia ponit penam quod nos si veri christiani fue-
rimus ... debeamus ibi Non omnis qui dicit michi

dnica septima gra

dñice dñe / Ecce sermo dno facit · Quia primo
premittit utile documentum dicens Attendite a
falsis prophetis Jn quo primo dicit Attendite ad vigilan
ciam et diligentem cautelam provocans nos amonens
contra mala instancia Quia ut dicit Crisostomus
Magna pars boni est cognoscere malum et summa cau
tela salutis scire que fugies / dicens Attendite i.
diligenter cavete a falsis prophetis qui in triplici sensu
sumuntur. Jn uno sensu falsi prophete dicuntur heretici
qui falsam et perversam scripture doctrinam seminant
qui bene dicuntur falsarii · sicut falsarii quia fal
sificant litteras regis eterni · i · sacram scripturam que
a filio dei qui est ymago patris consignate sunt
quasi sigillo appresso in cruce Job xiii° Ostendam
nobis fabricatores mendacii et cultores perverso
rum dogmatum / Unde Glosa dicit hic licet hoc
hic dicatur possit accipi de omnibus qui aliud ha
bitu et sermone aliud opere pretendunt tamen specialiter
de hereticis qui quidem pietatis veste tecti venena
to animo et intencione nocendi rapaces sunt lupi
¶ Jn alio sensu falsi prophete dicuntur simplices et in
docti predicatores qui receptam scripture expositionem
fingunt et docent ea que non intelligunt Ezechielis xiii
Ve prophetis qui sequuntur spiritum suum et nichil vident /
vel qui cum debent predicare verbum dei inculcant no
va vel fabulas ut demulceant aures audien
cium Jere. xxiii° Jn prophetis samarie vidi fatuitatem
Tales audiunt libenter tempore isto de quo ii Thym
iiii° Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt
sed coacervabunt sibi magistros etc. / Vel qui debent
predicare edificatoria predicant alta et sublimia et
subtilia sicut de sole luna et syderibus Tren. ii
prophete tui non aperiebant iniquitatem tuam ut
te ad penitenciam provocarent / quod quidam dimittunt
pro timore · quidam pro amore · nonnulli pro cupidita
te comodi temporalis · Timentes enim perdere elemosi
nas usurariorum non arguunt scelera [illegible] iii°

C

Sacerdotes i(n) mag(n)o de(cor)e vocabant et ipse i(n) pecu
nia dimnabat(ur). In tercio sensu falsi prophe
dicunt(ur) ypocrite et alii deceptores simulatores
qui non sunt et dicentes quod non faciant de quibus
dicit(ur) Mat. xxiij°. Omnia quecumque dixerint vobis
facite, s(ecundu)m aut(em) cor(um) opera nolite facere. Jeroni
hic no(tat) quod tres falsi prophete p(er)t(ur)bant ecclesiam mundi
mundus, caro et diabolus. Omnes ista promitt(unt)
delectacione(m), s(ed) post modum includit falsitas proditor
quod solvit eternam afflictionem quibus ... falsis
distillans labia meretricis. Secundus promittit
p(er)aliud sufficienciam p(ost) casicut falsus proditor
p(er)ducit ad eternam miseriam Luc. xij. Anima
mea habes multa bona reposita i(n) annos plu
rimos et sequit(ur) mortuus est in eadem nocte et ad
infinitam miseriam deportatus. Tercius nos exaltacionem
s(ed) sicut falsus proditor p(er)ducit ad eternam confusionem
quia qui se exaltat humiliabit(ur). Luc. xiv. Omnes
aut(em) hor(um) signat(ur) in Balaam qui docuit Balach
mittere scandalum in filios Israel edere et forni
cari. Apoc. ij°. Secundus de quo Jer. xxiij° prophe
tant vobis et faciunt vos confidere in mendaciis.
Ideo dicit dominus non videbit bonum quod ego faciam
Tercius pseudoprophetam de quo in Reg. ult° dicit(ur)
quod fecit sibi cornua ferrea promisit Achab exal
tacionem p(er) tibi que ut patet perduxit ad con
fusionem. Secundo declarat suum documentum de
signa habitu et forma illorum a quibus moni
ti cavendum. Cum venerint ad vos. Isti omnes
falsi prophete veniunt s(ed) non a deo. Jer. xiiij° Non mit
tebam prophetas et ipsi currebant, non loquebar ad
illos et ipsi prophetabant. Unde et Golgotha falsi sunt
quia absque ... Veniunt i(n) vestimentis ovium
... sunt vani quorum vestimenta sunt species
vanitatis. Sub cultus religionis sicut jeju [illegible]
nare elemosinas dare et alia signa sanctitatis

hystoria vide

2 D

que vestimenta falsi prophete assumunt et sub
colore ovium pauperes decipiant. Nulla vero res
ut dicit Crisostomus sic bonum perimat sicut simula
cio quia malum sub specie boni celatum dum non
cognoscitur non timetur. In tuscanis autem scilicet terre
de sunt lupi rapaces iuxta vulgare proverbium
lupus mutat pellem sed non dimittit vicium
quia eas oves rapit quarum vestimenta induit
Magnum inquid periculum esset si lupi possent
assumere regimen ovium quia cum pluso gre
gem in babent. Sic ergo periculum grande est
ad latus maliciam sub specie sanctitatis. Et attendendum
quod licet plurimi modo aliqui sunt falsi prophete
non tamen omnes sunt lupi rapaces. Primo
ut dicit Crisostomus katholici doctores si peccatores
fuerint sunt quidem canes tamen non tamen lupi
Secunda non sunt proprie propter dictos heretici sed lupi
rapaces hoc loco secundum Crisostomum maxime heretici
intelliguntur quia sub aliquo pallio vitam
miscendo vera falsis simplicium animas rapiunt
a fide de quibus Act. xx. Ego scio quod post discessionem
meam intrabunt in vos lupi rapaces non parcen
tes gregi. Item lupi rapaces sunt viciosi pre
dicatores sive doctores qui sub specie sanctitatis
et honestatis rapiunt cor sibi credencium ad pec
candum. Talis fuit Sichem filius Emor qui ra
puit Dinam et dormivit cum ea ut legitur Gen.
xxxiiij. Talis ergo lupus fuit Amon filius David qui
rapuit Thamar sororem suam ut legitur ij Reg.
xiij. Ista sunt lupi vespertini vastantes ad ve
speram ut dicitur Joh. v. Omnis enim qui male agit
odit lucem. Item lupi rapaces intelliguntur hii
qui sub pallio paupertatis bona temporalia rapiunt
et usuras et quecumque mala illata subripiunt
Ezech. xxij. quasi lupi rapientes predam

Secunda pars de eo

2a pars

A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid col-
ligunt de spinis uvas aut de tribulis
ficus. Sic omnis arbor bona fructus bo-
nos facit, mala autem arbor fructus malos facit.
Non potest arbor bona fructus malos facere neque
arbor mala fructus bonos facere. Omnis enim ar-
bor que non facit fructum bonum excidetur et in
ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cogno-
A scetis eos. Secundo per iniqua docent qualiter fal-
sos prophetas cognoscere valeamus et quomodo facit(?).
Primo proponit quod intendit, videlicet falsi prophe-
tas esse cognoscendos a fructibus eorum et a doctrina
et operibus. De doctrina quidem quadrupliciter. Primo
quia in occulto docent, unde Prov. ix°: aque fur-
tive dulciores sunt. Contra Christus in aperto docuit,
Joh. xviii: Ego palam locutus sum mundo et in oc-
culto locutus sum nichil. Et Mt. x°: quod in aure
auditis predicate super tecta. Secundo quia docent
placentia, ii Thim. iiii: ad sua desideria coacerva-
bunt sibi magistros prurientes auribus. Tercio quia
illa commendant que numquam cordibus eorum
sunt, ut virginitatem multum laudat ut mirio(?) de-
trahat, i Thim. iiii: In novissimis temporibus disce-
dent quidam a fide etc. Quarto quia docent et
non missi, Jer. xxiii: Ego non mittebam et ipsi curre-
bant. De operibus cognoscetis et quadrupliciter.
Primo quia intendunt illis per que possunt ap-
parere sicut in pluralitate sermonum et talibus similibus.
Secundo in oppressione pauperum et bonorum, ita sunt
angustiis(?) opprimunt bonos in persequendo sicut et de-
trahendo libere. Tercio quia frivole reprehendunt
alios ut videantur zelum habere. Quarto per paciam(?)
in adversis, unde dicit glosa quod isti qui maxime ostendunt
paupertatem in tempore prosperitatis adversitatis quam tamen
est in ypocritis in temporibus qui monetur ad cive(?)
lucre(?) sibi dicas quia gloriam querit ut fur(?) et

attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentium mendacium

tur spalit cognoscunt a fructibus ypocrite qui
dignitates sunt adepti cognoscuntur cum tunc q-
lis fuit qua est que dictio honores mutant
mores. Contra quod hic dicitur a fructibus i.
operibus cognosci quia hoc videtur esse quia ypocriti
bona opera faciunt. Vel dicendum quod licet eorum bona
opera sint in patulo et mala eorum in occulto
nichilominus oportet quod aliquando detegantur. Quia
non potest homo ignem abscondere in sinu suo ut ve
stimenta sua non ardeant neque ambulare super
prunas ut plante non comburantur Prov. vi°. Et
Sen. ep. Nemo potest diu ferre personam fictam
cito enim malicia sua labitur quibus veritas non
subest. Quia autem ex solido operantur corde per
in melius proficiunt. Secundo probat quod dixerat per
duas similitudines unam de spinis alteram de
vinis. Numquid colligunt de spinis uvas q.d. non
Et licet fortassis vitis esset in spinis vindemi
atores tamen non colligent uvas de spinis sed de
vite. Ita boni in puta vita permixti sunt malis.
bonis tamen fructus non de malis sed de bonis
colliguntur. Alia similitudo est de tribulis et fi
cubus. Tribulus est genus herbe sm Ysi. xvii.
ethym. et dicitur a tribulando quia tribulat eos
quos tangit spinis cum ascendit te nomen accepit.
Unde glosa dicit dominus in hac parte Sicut tribulus
et spina cognoscuntur a suis fructibus. Quia natura scilicet
non gerit bonos fructus scilicet uva et ficus, sic
tribulos et spinas i. falsam predicationem ypocri
tarum et hereticorum cognoscite a suis fructibus.
Quia mala eorum sunt mala et pungitiva non dulces
fructus proferre possunt sed acerbos et amaros. Sapi
stice tamen est spina ultima parit. Primo quia
habet pungitivam conscientiam que cottidie ipsum mor
det et pungit post contristatum sive in crapula ma
Secundo quia habet pungitivam linguam. Baruch vi°. In
orto spina alba super quam omnes aves sedent.
Certus ille est hominum ob insipio deberet humiliare

Alr textus in melius d.
homo probant mores

B

flores i. verba dulcia et suavia Et tamen ibi
alba spina sedet i. lingwa maledicta omnes
pungens super qua sedent omnes aves con
vilantur per omnia gratia arborum i. virium dya
boli suggerente. Tercio quia pungitiva secundum manum
quia sua accio actores vocat dicens proximis
suis illud Judicum viii° Conteram carnem
vestram cum tribulis et spinis deserti. Quarto
quia in fine velud spina dispergetur ac igni
bus deputabitur ij Regum xxiij° prevaricatores
velud spine vellabuntur. Quinto dicitur simi
litudine conformatur omnium arborum in quibus ita
se habet quod mala arbor qualis est spina vel
tribulus non facit fructum bonum sicut est
vua vel ficus. Moraliter nomine arboris significatur
Mor. homo unde grece homo dicitur antropos i. arbor
transversa contraria ut vult philosophus quod est arbor ra
dix arboris est os hominis. Sicut enim hec
trahit alimentum a radice sic humana vita ab
ore. Rami vero istius arboris sunt manus et pe
des et cetera membra. Unde igitur homo est ar
bor transversa quia radix eius est sursum vel
et mente et intellectu in celo et inde trahet lumine
tamen. Secundo autem spiritualiter quod bona arbor est
bona voluntas in homine et mala arbor est
mala voluntas. Contraria sicut arbor est tan
ta et principium fructuum Sic bona hominis volun
tas est origo et principium totius perfectionis
Sicut igitur bona arbor non potest fructus malos
facere nec econverso. Contraria oportet ut agant per proprias
formas. Sic bona voluntas que formata
est bona forma facit quod mala facere non potest
Posito enim quod actus eliciantur a voluntate bono
habitum rum formata ita quod ille bonus habitus sit causa
actus impossibile est illud non esse virtuosum
et bonum Et ita est de mala voluntate per malum
habitum depravata respectu actus mali Contraria
bonum nisi malum actum facere potest. Et tamen actus

supponit p(re)d(ic)e in mala voluntate malo habitu
informata Et hoc est q(uod) dicitur Sicut omnis arbor
bona i(d est) omnis voluntas bona bonos fructus
facit i(d est) bona op(er)a iuxta illud Eccli. xxiiii° Ego
q(uasi) vitis fructificavi in domo dei etc. Sic et ma
la arbor i(d est) mala voluntas fructus malos facit
i(d est) mala op(er)a de quibus dicitur Je. xii° Confundimini
a fructibus v(est)ris Et sequitur Non p(otes)t arbor bona
i(d est) voluntas bona fructus malos facere i(d est) mala
op(er)a ut informata bono habitu tendit in actum
quia omnis forma habitu est determinata ita ut
tangerent hoc q(uod) non illud Neque arbor mala ut
prius ut tamen semper intelligatur q(uod) mala volun
tas sit causa actus ut est informata malo habi
tu quia alias non sequitur Iusta cum nolentur in
iusta facere p(otes)t et iniusta iusta quia ergo vnico
actu habitus non mutatur Vel p(otes)t esse similiter grac
di q(uod) nec malum bonum nec bonum malum facere p(otes)t
quia bona ergo vnico actu efficiatur mala peritia ta
litate malum et bonum non p(otes)t facere eo ipso quia ma
la. Ergo ma si fiat bonum exigentie non facit viri
contentione aut virtute et sit bona non est bo
num deficiat in aliqua circumstantia Attende quante
securitatis sit status bonorum hominum Ergo unde cum se
cerint dum non sit arbor bona indicata intercepe
fructus bonus est quia mala operari non possunt
Esai. x° Fiat quecumque invenerint manus tue
quia deus tecum est Nec arbor mala p(otes)t fructus
bonos facere Ergo unde cum operantur mali homines si
ieiunant si elemosinas largiuntur etc. bona tu
fecerint non est bonus fructus licet boni fructus
colorem habeant Et hoc quia talia opera non p(ro)fi
ciunt ad vitam vite eterne quia radix istius fructus
non est radicata in celo trahens humorem gratie
et calorem caritatis Ecce quam infelix est status
malorum hominum ut tollatur ab eis posse bene operari
Tollit enim peccatum libertatem ad bonum ut homo qui
semper lapsus est per se resurgere nequit Jere. xiii°
Si mutare p(otes)t ethiops pellem suam aut pardus
varietates suas et vos poteritis bene facere cum
didiceritis malum

attendendum quod licet cum aliquis sit malus non pos-
sit bene operari. tamen ut dicit Aug. per gratiam dei
adiutorio ut que erat mala arbor fiat bona in ar-
amoribus scilicet supplantatione desideriorum terrenorum irri-
gatione lacrimarum abscisione carnalium voluptatum
cultura sollicitudinis quibus adiutorio dei expedit
mala arbor fit bona ut fructus bonos producat
Paulus enim et maria magdalena cum essent ma-
le arbores deo operante in bonas quasi arbores et
bonum fructum fecerunt. Tercio ponitur ypocritarum
et falsorum prophetarum pena. Omnis arbor que non facit
fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Si tanta
est pena sterilis arboris que fructum non producit
quanta esse putatur arboris fetide fructibus malis onu-
ste nam dicitur de ea luce xiii. Succidite eam in-
fructuosam arborem ut quid terram occupat
Nota quod duplex pena est futura peccatorum. Una est exci-
sio. Altera in ignem missio. Excisiones enim corporum sunt
huiusmodi. Prima excisio est mors per quam exciditur a
impii vita ut non liceat diutius frui rebus mun-
di delectabilibus ysa. xxxviii. Precisa est velut a texen-
te vita mea. Hec incisio mortis amara est eis
relinquere quibus fruebantur illicite. Eccli. xli. O
mors quam amara est memoria tua. Si memoria
multo magis experientia. Secunda excisio peccatorum est
quia excidentur a consorcio bonorum licet enim in mun-
do iste simul sint male et bone arbores exci-
dentur tamen in futuro. Et hec excisio amarior erit
prima. Tercia excisio que est amarissima viden-
tes enim peccatores quod iusti sint computati inter filios
dei tunc timebunt timore horribili ysa. xv. De
celsi statu excidentur ne videant gloriam dei
Ista excisio maior est omni pena viri. Cris.
Multi enim solum iehennam abhorrent ego autem
excisionem illius glorie etiam multo maiorem iehenne
iudico. Et quod apparet in pena absalonis videlicet
qua sustinuit excisio quia faciem suam david vide-
re non potuit ii Reg. xiiii. Secunda est missio in ignem que
excellit et excedit amplius omnes penas bone

operacionis. 1 Reg. 2o. Ecce dies veniunt et precidam
brachium tuum in quo est ultus operacionis. Tercia ab
scisio est terribilissima qua abscinditur spes ut numquam
speret aliquid boni facere. Job xix. Destruxit
me undique et pereo et quasi avulse arbori abstra
xit se spes mea. Beda pena quartadecima est vehemens
ignis in quo est fletus et stridor dencium. Ubi d
tur mali quos sic corrodit ignis inextinguibilis ipsos
sine fine consumit. Ysa ultimo. Videbunt cadavera eorum qui
prevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur et ff
ignis eorum non extinguetur. Nota quod in maiori pericu
lo sunt homines qui fructum non faciunt quam canes
et porci. Illi autem non habebunt nisi unam mortem et
post mortem nichil mali habebunt. Homines vero mali
debitores sunt mortis temporalis et eterne. Ideo adeuntur
cum morte temporali et post comburuntur in igne eterno. Ideo
dicuntur arbores bis mortue. Et advertendum quod hec verba
omnis arbor etc. minus est tollerabile in religione ubi
non faciunt fructum quam in seculo. Sicut arbores in
fructuosas minus tollamus in orto concluso quam in
silva. Religio enim est quasi ortus conclusus et clau
sus. Cant. iv. Ortus conclusus soror mea sponsa.
Unde de ficulnea plantata dicitur Succide eam
ut quid terram occupat. Luc. xiii. Certo repli
cat conclusionem intentam ibi A fructibus eorum cogno
scetis eos. Et quamvis sit dubium in hac vita ab
sque dubio omnia scelera iniquorum patebunt iustis ita
quod quos plene hic non cognoverunt tunc videbunt
et eorum iniqua opera que operati sunt eos plene
cognoscent. Videbunt enim iusti reprobos sed non vide
bunt reprobi iustos ut dicit Greg. Nec tamen iusti
flectuntur misericordia super penas eorum quia aperte ipsis apparent
eorum scelera pro quibus dampnantur. Quin potius gau
debunt de penis iniquorum. Ps. Gaudebit iustus cum
viderit vindictam lavabit et dicent Ecce homo
qui non posuit deum adiutorem suum et sequitur.

379 Non omnis qui dicit michi Tercia pars eiusdem 3a ps A
Domine domine intrabit in regnum celorum sed qui

fiat voluntatem patris mei qui in celis est ipse in-
trabit in regnum celorum // Circa primum in qua dominus
proponit primum quod videlicet vocant habent expectare
Et dominus fiat quia primo dicit Non omnis qui dicit
mihi domine domine intrabit in regnum. Ipsi enim ypocrite
dicunt domine. illis dicitur honorantibus non tamen
corde appropinquantibus // Nota quod aliqui semel di-
cunt domine qui enim timent habent in ore ysa. 29o
populus hic labiis me honorat cor autem eorum
longe est a me // Alij dicunt bis domine domine qui
credunt corde et confitentur ore. sed contradicunt ope-
re ad Thy 1o Confitentur autem se nosse deum in(?) factis
autem negant // Alij autem dicunt ter domine
domine domine quod non sit nisi in spiritu sancto // Vere dicit dominus
ihesus est corde credere et ore confiteri et operibus
attestari. Ita vnum sine alio est negare // Nota quod
signanter dominus ait Non omnis i. quidam. Aliquis enim
est qui dicit domine et non intrat in regnum celorum
aliquis qui non dicit et tamen non intrat. Ideo non dicit
vel(?) omnis sed non omnis. Illi qui dicunt solo verbo vt
ypocrite et heretici non intrant. Certum autem dicunt
corde ore et opere illi intrant in regnum celorum // Secundo
illis dicitur contrarius in secundo ponit premium quod debet
viris(?) vanis (sed qui facit voluntatem) // Nota quod re-
gnum celeste merito debet dari ei qui facit volun-
tatem patris celestis quia ipse est remunerare filium
non alienis bonis sed propriis bonis. Dignum est etiam
quod qui credit sit filius et facit eius mandata apertum(?)
est regno celorum Joh. 17o vt videant claritatem
meam quam dedisti michi // Notandum est super illud
quod dicit ipse intrabit in regnum celorum. Circa
hunc introitum regni celestis quatuor consideranda occurrunt
Primo is qui intrat // Secundo ostium per quod intrant
Tercio via per quam intrant // Quarto regnum ad quod
intrat. Is autem qui intrat debet esse purus sine
contagione apocalypsis 21. nichil coinquinatum illud ostium
intrabit. hostium vero per quod intratur est ipse christus
qui factus est hostium in sua passione Joh. 10o Ego

sum hostium pme ipsius passione si quis introierit
salvabitur. Via autem per quam intratur est magne
artitudinis et asperitatis Act. xiiii° Arta est via que ducit
ad vitam. Et Act. xiiii° Per multas tribulaciones oportet
nos intrare in ad vitam. Regnum autem quod intratur est
magne voluptatis Hester i° Intravit autem rex
in ortum arboribus consitum. De voluptate autem huius
dicit Sanctus Aug. Ubi lumen indeficiens ubi vita perhe-
nnis et immortalis ubi nullus dolor ubi nec tris-
ticia. sed omne illud quod delectat ibi invenitur. Quod
gaudium concedat nobis auctor omnis gaudii.

Qui facit voluntatem patris. Sermo de eodem
360 mei etc. Sicut dicit Hylarius super eodem — a
libro. Celestis regni iter est obediencia voluntatis
divine nam invocacio vocata est. Sola enim
invocacio dei dicendo ut multi dicunt domine domine
non aperit iter ad regnum celorum nec est sine vo-
luntate dei ad hoc sufficiat. Unus enim qui facit
voluntatem domini sui et non facit eius. Sed iter
patibulo perducens nos ad regnum celorum est obe-
diencia in actualis impletio dei voluntatis. Et hoc
est quod dominus intendit in verbo proposito vel pas-
sumpto Qui facit voluntatem. Non qui scit
voluntatem sed qui facit. Nec dicit qui invocat
eum dominum sed qui facit voluntatem eius ipse intrabit
in regnum celorum. Sciendum autem quod voluntas
dei erga nos attenditur in tribus videlicet in
fidei inceptacione formacione in mandatorum ob
servacione in vita sanctificacione. Primo igitur volun-
tas dei erga nos attenditur in fidei formacione
ut videlicet fides in nobis sit formata ut ipse
ait Joh. vi° Hec est voluntas eius qui misit
me patris etc. ubi visio pro cognitione fidei accipitur.
Et hoc declarans addidit Et credit in eum scilicet
fide per dilectionem operante. Quod quidem dicit Qui vi-
det filium. subaudi oculo fidei. Credo etc. Ideo addit.
Et credit in eum super omnibus. Et hunc sensum
tangit Crisostomus in primo libro assumpto sic inquiens

Sermo de eodem

B

[illegible] in ecclesia [illegible] de [illegible]
libri de Beguinis.

Credit inquit illum qui fidem respicit et ad
actum. Cum ergo non consistit per fidem aut non co
sistit per actum sic et verbum Christi non intrabit
in regnum celorum. Ad intrandum ergo regnum celorum
requiritur forma. Sed quidam delirantes dixerunt
ipsi de spiritu libertatis salvari se in fide sine o
peribus et hoc est erroneum et manifeste contra
sacram scripturam quia dicitur Jacobi ii fides sine
operibus mortua est. Et inde cum preest fides
Deinde si quis verbum dicat se habere fidem et operibus
contradicat. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum
est ita fides sine operibus. Dico breviter quod nullus
status est ita perfectus etiam beatitudinis in quo
quis non teneatur ad opera. Cum tamen quis se
fingit perfectum. Impossibile autem est aliquem ho
minem perfectiorem vel eque perfectum esse
Christo. Sed Christus non obstante summa perfectione sue
excellentie operabat opera sua hic in mundo. Et si
hoc de Christo multo magis de quolibet alio ab
uno dico quod impossibile est hominem habentem
fidem formatam non operari opera caritatis sicut im
possibile est ignem ex sui natura non comburere
iuxta combustibili. Cum magna propria operatio ignis est
calefacere et comburere. Sicut etiam propria operatio caritatis
est operari opera caritatis. Et impossibile est eam
non operari iuxta materia. Et hoc est quod dicit
Gregorius. Operatur caritas magna si est. Si autem
operari renuit caritas non est. Et consonat illi pro
positum philosophi iiii metaphisice. Unumquodque dum in perfectam
actionem fortius agit etc. Unde quia caritas principaliter
tendit in deum. Quod vero in proximum interim quod
invenit actui suo principali, puta quando liberatur
circa deum in contemplatione, tunc non cogitur sed
supportat. Vel dependit ne vocat in operationem
meliorem pro illo tempore quod figuratum de
in sacra que sunt filius et propheta requir

ysaac. xxiii hystoriam moralizando suppono dicere
possumus quod per saram que interpretatur princeps signa-
tur libera conscientia libertate. Cum ancilla agar si-
gnificat carnem. que agar interpretatur advena. et pere-
grina. sicut hic advene dicuntur. exemplo hebr. xiii
dum in hoc corpore sumus peregrinamur a domino. Hec
sara spiritus cuius filius ysaac est potiorum operacionum
non enim principalis actus caritatis est diffundere
se ad exteriora opera. sed principaliter tendit in deum
elevando spiritum. ex consequenti ad exteriora se dilatat.
Exemplum in igne qui circa materiam accendit. sursum
naturaliter tendit sursum et ex consequenti que circa se sunt
calefacit et ad circuitum se diffundit. Sic cari-
tas. Cant. viii. lampades eius lampades ignis
Sic itaque sara inmediate fervore filius est. quia
anima libera fervore caritatis ad exteriora opera princi-
paliter non effundit. sed principaliter contemplacioni
intendit. Sed fervore contemplacionis tepescente
secundario ad opera exteriora descendens incipit ab
ancilla .i. activa per necessitates corporis segre-
gari a contemplacione. Et sic iterum venit ad corpus quia
impossibile est spiritum continue in contemplacione persi-
stere et suspensum manere. sed oportet eciam necessitatibus
corporis providere. Et hec est sinodo operis caritatis sunt
opera exteriora forme. sed et ancillare carnem spiritui cum
placuit quando sara vult ut ancilla sibi serviret.
quia placet spiritui ut corpus ad serviendum deo reficia-
tur. sed agar fecundata despexit dominam quia replex
quando caro nutritur contra spiritum se erigit. Unde ait
conquesta est viro suo de agar dicens. Ego dedi an-
cillam meam in sinum tuum que videns quod conce-
perit despectui me habet. Sic spiritus conqueritur deo de
rebellione carnis quia dicit. Ego nutrivi carnem
meam ad obsequium tuum que senciens aliquid
vigoris contra me erigit. Respondit abraham
Ecce ancilla in manu tua est utere ea sicut libet.
Sic deus dicit anime per similitudinem. Et tunc sara

afflixit agar. Sic et spiritus carnem affligit et
castigat iuxta illud apostoli Castigo corpus
meum et in servitutem redigo. postquam sicut et ipsa sara
fecundatur quia omnia libera fiunt spiritui dum carnem
affligit / prout cum opere secundi terminus boni operis
extrema impossibile est semper in meditacione ad contempla
cionem redire / Oportet etiam interim operibus bo
nis insistere caritatis qualia opera tali anime
tanto sunt alacriora quanto ipsa anima diminos
intus percepit intimius. Unde sara post hostium
visit. anima post ostium stat et videt. cum est in spe
contemplacionis sed adhuc actu non rapta. In ostio
autem est dum actu contemplatur amittitur contem
placionis visibilis. Ita dominus erat foris loquens
cum abraham. et si sara fuisset in ostio ipsum
vidisset. sed quia stabat post ostium ipsum quidem au
divit sed non vidit. Famula quippe intellectus et
etiam est corporis impedimentum contemplacionis. post
ianuam stans anima actu non rapta in suo vere
alacritatis parturit gaudium et parit filium ysaac
opera scilicet caritatis cum spirituali gaudio interpretato
subtilis cum talis anima. Studium autem huius status in
bonis operibus se continet. Unde tamen statum
libertatis adepta maxime et delectabiliter operatur
inquantum huiusmodi opera affectione caritatis eliciuntur
propter quod huiusmodi opera talis anime sunt valde perfecta. Sic
ergo in iuventute sterilis et in senectute fecunda
fuit. Sic caritas perfecta anime libere quantum ad
primum et principalem actum non gignit opera
exteriora sed in senectute id est deficiente anima a con
templacione descendit ad corporis necessitates
corripit opera caritatis et secundum hanc adaptacionem
accipit prius et postmodum natura et dignitate
non tempore. Caritas enim non prius facit hominem
contemplari eterna divina et postea exercere extra opera
exteriora in operibus virtuosis. Sed ergo post [illegible]

~~Sub sermo s~~

sitim in tempore accionis perveniret ad culmen
contemplacionis dicente Gregorio vi moralium In contem-
placionis arce aliqui tenere desiderant primo se in
campo probacionis operis probant Et hoc de primo

Eiusdem Sermo Vitalis de eadem

351 Qui fecerit voluntatem patris mei Secundo volun- A
tas dei erga nos attenditur in mandatorum dei
observacione Eo ipso quo quis aliquid mandat
ipse vult istud servari. Nam mandatum includit
voluntatem Voluntas ergo dei est ut servemus
eius mandata Nam voluntas dei est ut habeamus
vitam eternam ut dictum est que sine observacione
mandatorum haberi non potest. Nam quandocumque enim vult aliquis
non solum vult illud sed omnia per que venitur ad illud
Sicut qui vult sanitatem vult eciam dietam et medi-
cinam. Sic deus volendo nobis vitam eternam vult et
mandatorum suorum observanciam Unde ipse dicit Matthei x
xix° Si vis ad vitam ingredi serva mandata Cir-
ca autem sunt mandata de necessitate salutis tenenda di-
ligenter considerandum est quod omnia mandata tam veteris
quam nove legis sunt triplicia generaliter. Nam quedam
sunt moralia, quedam cerimonialia quedam iudicia-
lia Moralia sunt que pertinent ad bonos mores et
sunt de lege nature Cerimonialia sunt que pertinent ad
cultum exteriorum sacrificiorum et huiusmodi Iudicialia vero
pertinent ad ordinacionem hominum ad invicem Sed omnia
cerimonialia et iudicialia veteris legis per adventum
Christi evacuata sunt. Nam adveniente veritate
cessat figura huiusmodi Unde illa legalia non vult
deus servari pro veteri lege et ad litteram Moralia autem
omnia perpetuam habent obligacionem quia ex ipso dic-
tamine naturalis racionis efficaciam habent et si nunquam in
lege statuerentur Unde dicit apostolus Romanorum ii° Cum
gentes que legem non habent etc Secundo autem
circa mandata moralia non omnia ponuntur in decalogo
sed eorum simplex est gradus Nam quedam decalogo presup-
ponuntur que sunt manifesta ita quod racio nullius potest

caritatis sunt indicativa vobis. Sicut duo mandata
dicta et proximi que sunt prima et principalia
legis nature. Secunda autem ponuntur in decalogo
que sunt magis determinata quorum vero etiam quedam
difficilia ut videtur. Et tamen quia contingit mediam
humanam caritatem circa illud huiusmodi presertim iam erudi-
tione indigent quia ista precepta duo populo pro-
posuit. Secunda autem continentur sicut in decalo-
go tradita a deo populo per moysen et aaron.
De primo genere mandatorum habes infra Diliges
dominum deum tuum. De secundo videlicet de mandatis
decalogi satis patet qualiter observanda sunt.
De tercio scilicet de mandatis decalogi superadditis que
virtualiter in decalogo continentur sicut conclusiones (?) in primis (?)
sed que non ita communiter omnibus sunt nota. Et sa-
lubriter qui in precepto decalogi prohibetur cultus alienorum
deorum tamen subadduntur aliena precepta prohibitiva
eorum que ordinantur in cultum deorum et ydolo-
rum sicut habetur Deut. xviii. Non inveniatur inter te
qui lustret filium (?) tuum aut filiam ducens
per ignem nec sit maleficus nec incantator nec
phitones consulat nec divinos et querat a mor-
tuis veritatem. Secundum autem mandatum prohibet per-
iurium. Superadditur autem ei prohibitio blasphemie
Levit. xxiiii. Et prohibitio false doctrine Deut. xiii.
+ sabbati De sanctificatione superadditur etc. Sed non quilibet circa (?)
in unitatem (?) veteris legis tradunt ceremonialia circa
et omnia que ad cultum divinum constitutione circa
pertinet. Et quantum ad illa illud mandatum ad
tunc obligat sicut et alia moralia. Quarto
mandato de honore parentum superadditur mandatum
de honorandis senibus Levit. xix. Coram cano
/ persona capite surge et honora personam senis. Et universa-
liter omnia mandata in dictantia ad reverentiam
exhibendam maioribus vel ad beneficia exhiben-
da equalibus vel minoribus. Quinto autem manda-
to quod est de prohibitione homicidii superadditur prohibitio

cuiuslibet violencie contra proximum Sicut illud leuit.
xix° Non stabis contra sanguinem proximi tui Et iterum
Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Sexto vero
mandato de prohibicione adulterii superadditur man-
datum de prohibicione meretricii Deut° xxiii° Non erit
meretrix de filiabus israel nec scortator de filiis
israel Et iterum prohibicio vicii contra naturam superaddi-
tum illud leuit. xviii° Cum masculo non commisce-
aris et cum omni pecore ne coitum facies Et vltra
in hoc precepto prohibetur omnis illicitus concubitus
et membrorum illorum illegittimus usus ut dicit Augustinus
Septimo mandato de prohibicione furti superadditur
prohibicio vsure sicut illud deut° xxiii Non fe-
nerabis proximo tuo ad vsuram Et prohibicio frau-
dis deut° xxv Non habebis in sacco tuo diuer-
sa pondera siue diuersa Et vniuersaliter omnia que
ad prohibicionem calumpnie et rapine pertinet Oc-
tauo mandato quod est de falso testimonio superaddi-
tur prohibicio falsi iudicii Exo. xxiii° Nec in iudicio
plurimorum acquiesces sentencie ut a veritate devies
Et prohibicio mendacii sicut est ibidem subditur
Mendacium fugies. prohibicio detractionis leuit.
xix Non eris criminator et susurro in populis Re-
liquis autem duobus mandatis nulla alia ad-
iungitur prohibicio quia per ea tolli omnia mala
concupiscencia prohibetur De mandatis veteris legis que ad
huc obligant De mandatis autem noue legis
sciendum quod in textu valde pauca mandata superad-
dita sunt Sed que ibi ponuntur vel sunt consilia
vel mandatorum veteris legis declaratiua Illa autem
solum precipiuntur que in graciam introducunt et
que sunt iterum conueniencia ad graciam In graciam
autem introducunt per sacramenta in noua lege tasten-
cia sub precepto et reducuntur ad mandatum de sa-
tificacione sabbati ut dictum est Iterum autem que
conueniencia habent ad graciam confessio fidei Repu-

gnancia

cia ad graciam sicut omnia mortalia peccata que
sufficienter in lege veteri sunt prohibita. Et ideo
de eis melius non oportuit dare nova mandata sed
consiliavit tamen inductiva veterum mandatorum
ut patet Matthei v. Ubi deus solum ad illa mandata
apposuit in quibus scribe et pharisei non sanum in
tellectum habebant. De consiliis autem novis evange
licis est sciendum quod et ipsa de voluntate dei sunt
sed sub condicione si homo velit. Et ideo computan
tur mandata. Mandata quippe signa voluntatis
est quia deus absolute vult hoc. Consilia non
signa voluntatis hominis est. si quia hoc pacto
deus vult nisi forte aliquis ex voto vel obsta
tu ad illa ligetur. Tunc enim accedit hominis
voluntas in novendo scilicet statum talem assumendo
Ex quo patet quod assumentes sibi statum perfectionis
vel libertatis sponte tenentur. servare non solum man
data divina sed et consilia. Igitur qui vult intrare
regnum celorum oportet eum facere voluntatem patris
scilicet dei servando mandata eius. Et hec de 2o. Vere.

Sermo 2us / Dominica secunda

Qui facit voluntatem patris mei etc. Tercio volun | 362
tas dei attenditur in nostra sanctificacione. Unde
Apostolus Thessalonicenses iiiio Hec est voluntas dei sanctificacio
vestra ubi Glosa. Hec est voluntas dei quam deus
vult impleri sanctificacio vestra Levitici xx Sanctifica
mini et estote sancti quia ego sanctus sum. Hec autem
sanctificacio consistit in quinque. Primo in nostra adeptione sta
tum sanctissime reparacione. Secundo in mentis ab omni
immundicia depuracione. Tercio in mentis in deum
firma stabilitacione. Quarto in nostra cum deo spirituali uni
one. Quinto in celestis glorie finali adepcione. Et
hii quinque sanctificacionis effectus in nomine sanctificacio
nis sed et eius quintuplicem ethimologiam vel signa
innuntur. Sanctificacio autem hec quia ad prima gratiam
sicut nobis per gratiam confertur in parte sed in propria debet
plene videri eciam sanctis. Primo igitur sanctificacio nostra
consistit in nostra ad statum sanctissime reposicione vel

cum deus quod homo restituatur ad statum et digni-
tatem in qua creatus fuit primus homo ut spiritus
nullam rebellionem sentiret carnis et sensua-
litatis. Tunc cum anima fuit subiecta ~~fuit~~
deo caro ita fuit subiecta spiritui et nullam cor-
ruptionem mortis aut infirmitatis aut aliarum pas-
sionum homo sustineret. Sed postquam spiritus vel anima que
media erat inter carnem et deum rebellavit a-
nime et tunc mortem infirmitates et ceteras pas-
siones sustinere cepit et continua rebellione
sensualitatis ad spiritum de qua ap(ostolus) ad Rom(anos) 7o video
aliam legem etc. Item caro concupiscit adversus
spiritum. Et hec pulcre declarat hugo 1o lib(ro) de sac(ramentis)
pa(rte) 7a c(apitulo) 20o. Si queratur quomodo spiritus pervenit
ad hoc ut ducatur carni. Ad hoc dicendum quod
hoc nonnisi per graciam dei quam hic dicimus volun-
tatem dei qua deus vult sanctificacionem nostram/
unde paulo orante ut recederet ab eo stimu-
lus reddit dominus Sufficit tibi gracia mea/ C
oportet autem hoc nostro spiritui multo fortius labo-
rare quam in statu innocencie quia caro ut in-
mentum erat et ipse spiritus sufficit in iumento suo
de pabulo providere ne deficiat. Nunc autem preter pa-
bulo freno et calcaribus utitur habet virgilium fre-
no quidem ut freno cohibeat et papirum cumulo coh-
ibeat. Calcaribus autem ut ad bonum faciendum ex-
citet pigrum. Est ergo voluntas dei sanctificacio vestra
ut videlicet caro reprimatur et spiritus carni ducatur.
Et hec sanctificacio venit ex ethimologia nominis quia
sanctus dicitur quasi sine terra / nam sanctus latine dicitur
grece agios a quod est sine et geos terra quasi
sine terra. Et revera quando homo divinitus per graciam sic sa-
nctificatur quod carne repressa spiritus ducatur tunc san-
ctus est homo. Vigilat ab quinno deus sed potius
velud homo in paradiso conditus. Et hec dei vo-
luntas nostre sanctificacionis impletur propter hoc

vita sed complebitur perfecte in resurreccione sanctorum quando
resurgent corpora glorificata. Secundo hec sanctificacio
consistit in elevacione mentis ab omni immundicia omnimoda et
completa. Non enim ad sanctificacionem hominis sufficit
criminis remissio sed eciam requiritur perfecta spiritus emun-
dacio ab omni immundicia tam operacionis quam in-
tencionis que potest in cogitacionibus vel affeccionibus
mentem coinquinare. Unde Dionisius xii c. de
divinis nominibus sanctificacionem diffiniens sic
dicit. Sanctitas est ab omni immundicia libera et
perfecta et omnino immaculata mundicia. In qua (?) de-
scripcione beatus Dyonisius innuit tres gradus qui ad
sanctitatem vel ad sanctificacionem requiruntur. Primus
gradus est liberalis (?) libertas ab omni immundi-
cia ne videlicet homo sit servus alicuius immundi-
cie et sit a tali servitute liber. Secundus gradus
est perfecta mundicia ne videlicet homo aliquibus
passionibus immundicie inquinetur. Perfectum enim est
cui nichil deest. Tercius gradus est omnino
immaculata mundicia ut videlicet nichil sit ab
intra neque ab extra quod posset hominem ma-
culare. Et hec sanctificacio alludit secundum interpretacionem
qua sanctus dicitur quasi sanguine tinctus. Quales
sunt illi mundissimi spiritus de quibus dicitur
Apocalypsis viio Isti sunt qui venerunt ex magna tri-
bulacione et laverunt stolas suas in sanguine agni.
Et Apocalypsis io Lavit nos a peccatis nostris in sanguine
suo. Et inchoatur est sanctificacione voluntas dei ad-
impletur. Inchoatur in vita presenti sed in futura vita consum-
matur. Tercio hec sanctificacio consistit in mentis in deo
firmamento sive stabilitacione. Unde de viro iusto
sic sanctificato dicitur Ecclesiastici xxxio Stabilita sunt bo-
na illius in domino. Talis enim viri bona ita in domino
stabiliuntur quod in omni accione integra ipsius bonitas
vigoratur et propriis manum tenacia ab omni vi-
ciosa inclinacione preservatur. Unde Bernardus super
cantica Iacens inquit verbo eterno immixta ita in

inducitur virtute ex alto ut nulla violencia nec
fraus nulla illecebra possit vel sternere erigere
vel subicere dominante unde apte de eo potest dici
illud Ecclesiastici xl° confirmabitur in illo et non flectetur. Et
hic effectus sanctificacionis accipitur ex vi ethymologia
nominis qua sanctus dicitur quasi sancitus vel firmatus
Et quoniam ad hunc effectum sanctificacionis volun
tas dei in nobis hic ex parte adimpletur per graciam
sed in futura vita plene perficietur et hoc per gloriam //
Tercio hec sanctificacio vera qua deus vult consistit
in vera cum deo spirituali unione pro hac sanctificacione
vera ipse xpistus desiderans rogavit patrem Johannis
xvij° pater sanctifica eos ut sint unum sicut nos
unum sumus. Et post. sicut tu pater in me et ego
in te et ipsi in nobis unum sint. Cogitanda dileccio
caritatis qua dei filius per naturam secundum unionem tantam
desiderans omnino non contentus ea unione qua se
nobis univit in humana natura sed ad hunc unitate
sibi et patri nos uniri rogavit. Ad cuius eviden
ciam est sciendum quod aliqua possunt explicari unum
dici // Uno modo unitate substantiali. Alio modo unitate
suppositali. Tercio modo unitate spirituali. Primo modo pater
in divinis et filius sunt unum. Et de hac uni
tate verba xpisti in hoc loco intelligi non possunt ut scilicet
oret quod et nos eadem unitate substantiali cum eo unum
simus. Unde Augustinus non dixit salvator ut nobiscum
sint unum sic et nos ipsi utique in sua natura et
nos in nostra. Quamobrem ita est pater in filio et
filius in patre ut unum sint. quia unius substancie
sunt. Nos autem in eis esse possumus ut unum tamen
in eis esse non possumus et hac unitate nec. Alio modo
aliqua sunt unum unitate suppositali. Et sic
nos sumus unum cum patre verbo et patre per unionem
nostre nature cum natura divina sit in supposito
verbi. Natura unius est xpistus caput et membra ut
dicit Augustinus et sic est unio membrorum secundum anymam

capite quod potest dici unitas unde hugo de sancto
victore li. iii. p. i. c. xxxi. dicit sic verbum quod
cum patre unum erat ineffabili unitate cum homine
assumpto unum factum est per admirabilem unionem
unitas in natura. unio est in persona. cum homine as-
sumpto quod magis unum quam illud quod in unitate
unum est. Omne unum est verbum et pater ergo in
unitate unum erant et sunt / et voluit ipsum verbum
unum nobiscum unum fieri ut nos ipse et ipse unum
faceret hoc ibi. Apparet ergo quod si non possumus unum
esse cum patre et filio unitate substantiali unum tamen sumus
cum eo unitate personali. Et per hanc unionem rogat
christus quia iam eam habemus in christo unde poterat
similiter dicere vel. Ego et ipsi non unum sed unum sumus
quia caput et corpus totum unum est christus. sed hac
unione non contentus ut dictum est rogavit pro eis
pro illa tercia unione / Est ergo tercius modus quo ali-
qua dicuntur unum unione spirituali. que unio est
per uniformitatem voluntatis et transformacionem cordis
Nam amor transformat amantem in amatum secundum
dyonisium. Hec unio bene dicitur spiritualis. quia a spiritu
et secundum spiritum et in spiritu est et fit. Quod sic est
vide. Si enim respiciamus unionem originem huius
unionis est a spiritu. Si respiciamus ad modum et as-
similacionem est secundum similitudinem emanacionis spiritus
sancti. Si respiciamus ad subiectum in quo fit hec unio
est in spiritu sancto / Quod sic declaro secundum intencionem
sancti doctoris augustini. Sicut enim quod pater et filius
simul sunt unum ut dictum est ipsa concordissima
voluntate quadam caritatis igne conflati conspirat
in unum spiritum eius consubstantialem eius unitatis sic spiritus
racionabilis qui est ymago dei. divinat' quedam
participacio divine unitatis ut quemadmodum per con-
cordissima voluntate patris et filii spiritus sanctus vel
amor utriusque in eadem omnibus unitate servatur. Ita spiritus
in conformacione voluntatis et transformacione

unitate i deum unus spiritus cum spiritu dei efficitur
de hac unione spirituali dicit ap(ostolu)s i Cor vj° qui
adheret deo unus spiritus est cum illo. ubi Glosa
Qui adheret deo semper eius facit voluntatem
unus spiritus est cum spiritu dei / non sube ydemptitate
sed participatione. Haec est illa unio pro qua xpus ro-
gavit patrem. Et ad hunc sensum secundum Aug(ustinum) ...
quod dicit ait ut sint unum sicut nos unum sumus
quemadmodum pater et filius non tantum unitate substantie
et voluntate et amore unum sunt ita et hij inter
nos et deum est mediator Christus. Non tamen
propter hoc quod eiusdem nature sunt sed per eandem etiam dilec-
tionis caritatem unum sunt. Ideo addit in nobis
Aug(ustinus) ad intencionem huius sensus. Hugo ubi supra
dicit sic Rogat unitatem cum unione velim cum
patre unum in natura. homo cum verbo in persona. Ro-
gat ut membra cum capite sint unum / homo in
gratia et post in gloria. Et iste effectus sanctificationis
sunt quo gratia ... nomine ... dicitur qui
sanctificati sunt ... Et ... de ...
Boni qui dicit quod satias est completa in ... unita
consurgit ... sanctificatio non est perfecta et con-
summata / cum precedentibus eius sanctificationis effectibus
non restabat plus acquirere / unde ... in hac
vita dicitur Apoc xxij° Qui sanctus est sanctificetur
adhuc in hoc effectu scilicet quo sanctificabitur in celo
in quo nihil plus restabit quia ibi satiabitur in bonis
desiderium ... Et iste beatitudo ... dicitur ... sancti ... sancta
... sancte dicit Boni / unde celesti ...
Beatus quilibet qui scilicet venit ad finem. corpus ergo in
leticia sancta adimpletur / et cum delectatione multa
ad unita ... in ... Et hanc consummationem
salvator non solum rogat ... sed et potestate dicitur
... cum velit. Unde post verba rogacionis predicte
subiungit dicens Pater quos dedisti mihi volo ut ubi
ego sum ipsi sint mecum ut videant claritatem

mei qua dedisti mi. Et ut voluntas sua im-
pleat' in his et de aliis de sanctificatione premissa
ipse rogat patrem pro sanctificatione nostra quantum ad
omnia premissa. Unde cum rogasset pro nostra unione
ut visum est dicendo pater sancte serva eos etc. sub-
iunxit sanctifica eos in veritate. et pro eis sanctifico me
ipsum ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Super
quo verbo dicit Augustinus Ipse inquit filium hominis
in initio sue creationis quod verbum caro factum e-
tur sanctificavit sibi ipse. hoc est hominem in verbo se-
quod est unus verbum et hominem. sanctificavit homi-
nem in verbo. ipse sua membra vero propter eis ergo
ego inquit sanctifico me ipsum. hoc est ipsos in me
quia et ipsi ego. eciam sanctifico ego. quoniam ego in me et
ipsi sunt vero ut fiant et ipsi sanctificati in verita-
te que ego sum predicatum ex. Nam sanctificatione ipse
docuit nos orare in oratione dominica ubi dicitur sa-
nctificetur nomen tuum supple in nobis. Nomen quippe
suum quippe sanctificavit in se ipso per eos ut dictum est
nos petimus sanctificari in nobis. Et ut nos simus con-
sancti illo. Et quia hec sanctificatio nostra est sua volun-
tate ut patet per apostolum ideo in eadem oratione sub-
iunxit fiat voluntas tua. Cuius voluntatem
dignetur nobis manifestare. Qui est benedic-
tus in secula seculorum amen. Dnica viija post Trinitatis | Dnica viij 363

Homo quidam erat
dives qui habebat villicum et hic diffa-
matus est apud illum quasi dissipasset bona
Et vocavit illum et dixit ei Quid hoc audio
de te Redde rationem villicationis tue iam enim non
poteris villicare. Solent homines de alienis
bonis esse prodigi et de propriis parci Unde proverbialiter
dicitur Corrigias coreo longas damus ex alieno
Omnia quia dona bona temporalia que in mundo possi-
demus non sunt nostra propria sed dei qui ea ad usum
nobis concessit et quasi dispensatores suos nos consti-
tuit. Et ideo ad distribuendum ea proximis nostris

in digentibus debemus esse liberales Et hoc docet
parabola presentis ewangelii quoad istas partes dividitur In
quarum prima ponitur citacio villici ad reddendam ra-
cionem In secunda explicatur eius sagacitas ad futuram
sibi provisionem ibi Ait autem villicus intra se In
tercia commendatur eius prudencia ad maiorem audiencium
ibi Et laudavit dominus villicum iniquitatis Circa
primum tria facit Primo premittitur villicacionis com-
missio a deo facta racionali homini. Homo quidam erat
dives. Ubi exprimitur condicio domini. Erat enim homo
et quidam et unus scilicet singulariter dives. Mystice
homo ille est deus qui homo dicitur quia videt homo
est in supposito suo Et quia singularem habet curam
et diligenciam hominum. Ipse est deus universaliter
et singulariter quia celum et terra et omnia que in eis
sunt ipsius sunt Psalmus Domini est terra et plenitudo
eius Et hic dives est cuius divicie numquam defici-
ent semper accrescunt. Et non quod deus dives est
multiplex. Est enim dives in infinita bonitate Rom.
2° An divicias bonitatis eius contempnis Item
dives est multipliciter in misericordia Ephes. 2° dives est in
habundancia Deus qui dives est in misericordia Item di-
ves est in habundancia gracie Ephes. 2° Ostendit divi-
cias gracie eius que superhabundavit in nobis Item
dives multipliciter cognicionis Rom. 11° O altitudo
diviciarum sapiencie et sciencie dei Item dives est in multitudine
glorie Hester 1° Ostendit divicias regni glorie
regni sui et magnitudinem Cuius divicie tante
ubertatis sunt ut omnes homines qui divites
sunt eius diviciis divites sunt 1 Reg. 2° Dominus
pauperem facit et ditat Item sine eo quilibet est
pauper Job 1° Dominus dedit dominus abstulit Homines
ergo deus largitur hominibus sex genera diviciarum scilicet
divicias nature fortune corporis anime gracie et di-
vicias glorie. Divicie nature sunt quibus scilicet mundi
machina celum cum sideribus et omnia suo ornatu

terra aer ignis et aqua et omnia que in eis sunt
Fortune sunt proprie possessiones mancipia (i. servi vel subditi)
et bestie de quibus psalmus omnia subiecisti sub
pedibus eius oves et boves etc. Divicie
corporis sunt generositas originis sanitas for
titudo pulchritudo et ornamenta membrorum distinctio
iuxta illud Genesis formavit deus hominem de
limo terre. Divicie autem anime sunt sanctitas
sensitiva scilicet irascibilis concupiscibilis et racionalis virtus
cum huius ingenium voluntas intellectus memo
ria Greg. in o. Senis scit ob hominis aut quis
subnotatus est videntem et ociam nomine qui agit
ob nimia. Divicie gratie sunt fides spes et cari
tas fortitudo temperancia iusticia prudencia sapiencia
intellectus atque virtus amicicia honor laus et
fama. De quibus omnibus dicit apostolus i Cor. iiii°
Quid habes o homo quod non accepisti. Si autem glo
riaris quasi non acceperis. Divicie glorie sunt aperta dei
visio dulcissimus amor securitas tranquilli
tas et angelorum consorcium. Ut dicit apostolus Rom.
ix ostendit divicias glorie et in vasa misericordie que
preparavit in gloriam. Patet ergo quod omne genus di
viciarum est adeo ... xvi° ... sunt divicie
et glorie. Quod ad dicitur habebat villicum
Exponitur consequenter dico ministri quia erat villicus. Est
autem villicus secundum Bedam ville gubernator. Unde
et alia littera habet yconomos. Et dicitur ille qui omnium
que domini sunt est dispensator. Sic villicus pro
yconomo accipitur. Et non quod quilibet homo est
villicus dei cui triplex commissa est villa guber
nanda et fructus ipsius prudenter disponere
debet. Prima villa est mundus cuius fructus sunt
bona temporalia que quidem debet custodire ne alter
rapiat et sibi commissa fructus domini sui distribu
at. Secunda villa est corpus proprium quod custodire
debitum est ne per fenestras suas ingrediatur (vel ascendat) mors
unde Iere. ix° Ingressa est mors per fenestras

vnus vnde sic custodiunt Job qui dixit pepi
gi fedus cum oculis meis etc. Greg. In hijs an
te respicit quod pro sua in initiis amarit. Bona cor
poris scilicet sanitas fortitudo etc. dispen
sanda sunt ad dei famulatum et honorem // Tercia
villa est anima que hijs cogitacionibus custo
dienda est, cuius omnes virtutes distribui debent
ad dei cognicionem honorem et gloriam. Deinde po
villici diffamacio. Et hic diffamatus est apud
illum cui nichil latet cum Aug. Culpa
publica sceleris non indiget strepitu accu
satoris, quasi dissipasset bona illius. Cui nos
frequenter contingit, cui diuites huius mundi
et maxime ministri ecclesie quibus tradita sunt
bona temporalia ad expendendum in pijs operibus, alij
consumunt ea in illicitis superfluis. Et nota quod sig
nanter dicat hic quasi dissipasset non absolute dis
sipasset, quia nullus quantumcumque peccator sit dis
sipator bona sibi a deo collata, dixit tamen ea quasi
dissipator non vtendo eis ad debitum finem, tamen
hanc dissipacionem deus reducit in bonum iusticie
puniendo peccatorem, vt dicit Aug. Et non quod malus
villicus primo dissipat bona temporalia aliena ra
piendo usuris furtis et rapinis. Dissipat et
propria illicite expendendo in luxuria. Luc. xv.
Dissipauit substanciam suam etc. Item dissipat per tam
bona corporis scilicet vtendo fortitudine ad bella
sanitate ad vicia pulchritudine ad vana. Item
dissipat bona anime per eius dissipacionem ingredi
unt vicia animam ipsam debilitando, vt dicit
Aug. Et Aug. Gen. vj° dissipat sepe et mor
debit cum colubri. Item dissipat bona gracie naturalis
anime ingenium et artem quibus ipsam debuisset
defendisse vitam, dissipat in terrenis in cantu vir
tutem amatiuam qua debuisset tendere in dei amo
rem dissipat per eius concupiscencias. Job xvij°. Cogi
taciones mee dissipate sunt torquentes cor meum. Item

qua nobilium hominum multorum in bonum dissipac
in multiplicacione temporalis et virtutem quilectu
dinis coinquinat. Jeremie pessimus hec x°
Consumpserunt iacob et decorem eius dissipaverunt
Tercio ponitur villici citacio ad iudicium. Et vocat
eum. Vocat deus peccatorem tribulacione aliquando per collo
cucionem sermone predicatoris aliquando per privatam inspi
racionem. Cum peccator constituit ante se deum et discu
tit qualiter in hoc mundo se habuit. Item vocat
eum in morte. Et ait illi. Talia verba dicit hic xpc
peccatori que sunt magne angustie et anxietatis
que si continue auribus meis insonarent ullateris
ubi in via peccaverunt. Prima est increpacio reprehensiva
Quid hoc audio de te. Sic namque dicatur immune
ribus graciarum provento benediccionibus constituto dis
pensatore miserorum rerum. Quid hoc audio clamo
rem de terra resonantem. tam horribilia scelera. tam
antiqua vicia. tantaque dissipasti temporalia. inquinasti
corpus et animam peccatis inveterasti. Hoc audiens deus
et admirabilis reddit valde ...it. Secundum verbum
est amoris timoris. Redde racionem ... villicacionis
tue. Verbum districtum. Dubium anxium. dubium
divinum. discussionis districte qui exiget a nobis
racio de occultis cordium cogitacionibus de operibus
antiquis et ociosis sermonibus. de vanis accionibus
tunc aperti erunt libri conscientie. tunc apertus erit liber
conscientie in quo leget memoria quidquid cogitavit dixit
et fecit. tunc ... annulabuntur facta. tunc discucientur
anni vite mee. Tercium est amari doloris quia iam
non poteris villicare. Si futura cum vita tollitur ho
minis villicacio ut ultimus nec nec bene nec male
potest villicare in opere. Magnus enim dolor erit
cum appropinquante hora mortis audiat sibi dici quod
ultimus villicare non possit puto quod totum mundum da
ret ut sibi concederetur spacium vite unius hore quo
peniteret et aliquid boni faceret. Sed non datur quia
tempus erit reddendi racionis sed non exercende villi
cacionis

Audiamus ergo hec tria verba sequentis iudicii et an
iudicium placeamus iudici. Et ne peccamus que xv
y audi et bene tibi erit. Legitur quod quidam ab
bas cuiusdam monasterii dissipavit omnia bona mo- e
nasterii et multas pravas emit vocatus ad que(m) ?
terii venit iuvenis quidam vestimentis albis in-
dutus dicens: Surge pater domine abbas tercia die
venies ad diem meum redditurus racionem vniuerse
vite tue. Quem ille interrogavit: Quis est iste
dominus cuius ad quem me citas iudicium. At ille inquit:
Deus meus est qui fecit celum et terram. Quibus
auditis abbas ille expavit. Statimque sine sua ad
parentes amore flens et gemens. Que dum con-
solarentur quia esset spes salutis a medicis tempus
sed tristicie pervenit nichil loquebatur. Tan-
dem vero importunis devictus precibus ad dei inquit
iudicium sum visibiliter vocatus die tercia et nichil
dicatis. Cum tristicias hortantibus vero amicis ad
penitenciam respondit: Tempus non est agendi penitenciam sed
tempus racionis reddende. Eo quidem dissimulante pe-
nitere super iuvenis venit dicens: Veni inquit domine
abbas ut eamus ad dei iudicium. Surrexit itaque ille
de lectulo et membris infirmus sequebatur angelum.
Cumque ad medium domus venissent non se tenens
pre debilitate cecidit retrorsum et fractis cervicibus eius
sit finis. Qui in statim ad dei iudicium est raptus.
Unde dicit Augustinus in sermone in octavo: hac vigilanti
animadversione impius perit ut moriens obliviscatur
sui qui dum vixit oblitus est dei. Ergo
dum tempus habemus operemur bonum. Secunda pars 2a pars
huius

58 Dixit autem villicus intra se.
Quid faciam quia dominus meus aufert a me
villicacionem. Fodere non valeo mendicare erubesco.
Scio quid faciam ut cum amotus fuero a villicatione
recipiant me in domos suas. Convocatis itaque
singulis debitoribus domini sui dicebat primo: a
Quantum debes domino meo. At ille dixit: Centum

cados olei. Dixit illi accipe cautionem tuam et
sede cito scribe quinquaginta. Deinde dixit
alteri Tu vero quantum debes. Qui ait centum
choros tritici. Ait illi accipe litteras tuas et scribe
octuaginta. Secunda pars ingenua ponitur; Villici
sagacitas ad futuram provisionem prebendo sibi
remedium ad fugiendum condempnacionem. Tercia fat
prima premittitur merito amicitias et prolixitas
cum dicatur: Ait villicus intra se. Intra se lo-
quitur qui nullum invenit amicum ad quem con-
siliari possit. Quid faciam. Hoc semper debet
cogitare peccator. Job xxxi. Quid faciam cum
surrexerit deus ad iudicandum et cum quesierit quid
respondebo illi. Non dicit quid dicam. Sed quid fa-
ciam, quia apud districtum iudicem non proderit
lingua suasoria, sed facta virtuosa. Quia dominus
meus aufert a me villicacionem id est curam villarum
predictarum custodiam tam vero corporis quam
anime. Et hoc erit in morte. Fodere non valeo
duobus modis indigens potest acquirere necessaria aut
operando quod ille non poterat. Quia dixit fodere
non valeo aut mendicando quod ille erubesce-
bat quia aliis ipse largiri consueverat. Seneca
Nichil inquit carius emitur quam quod precibus
impetratur. Considerandum quod in alia vita anima
nec potest operari quia quibus adiuvetur nec
mala ipsa potest emendare nec ab aliis mendi-
cando impetrare. Operari quidem non potest quia
tempus vite presentis comparatur estati alia vero vita
similis est hyemi in quo quilibet illud accipit
ut quod in estate acquisivit. Propter quod hominem
hortatur Salomon Proverbiorum vi. Vade ad formicam
o piger et cetera. Unde dicitur. Vita presens habet operacionem
mandutorum futura vero solacium. Si nichil operatus
es hic frustra in futura vita sperabis. Item in alia
nichil potest mendicare in alia vita quia non dabitur
ei sicut signum est quod fatue virgines petentes

oleum a sapientibus repulse sunt. Sicut nec
dives epulo mendicans guttam aque sibi potuit.
Item nec potest omne celarium intrare, quia tunc non
habet unde emat. quia ibi nec est ibi vendi-
tor. Item nec potest accipere mutuo. Item nec alteri
cambire quia quilibet suam gustationem i. tinctam in-
dinet. Hoc est ergo quare concupiscentia sine erube-
scentia in alia intra mendicare quia non datur men-
dicantibus ut dictum est. Secundo ponitur consilii sa- B 2
gacitas. Scio quid faciam quia supra antequam tol-
lar a villicatione. debita relaxabo debitoribus
domini mei et distribuam eis de facultatibus eius
ut cum amotus fuero a villicatione, per primam
mendicitatem quilibet a villicatione movetur, recipiant me
ipsi scilicet quibus relaxavi debita et facultates tra-
didi domini mei in domos suas, ne cogar fodere
sive mendicare. Nota quod maiores reclusiones pau-
perum sunt, quia illis date sunt. Matthei v Beati pau-
peres spiritu etc. Unde divites si illud habere vo-
lunt oportet ut illud a pauperibus emant. divi-
tes enim habent domos intra, pauperes vero in celo.
libenter ergo divites recipiant in domos suas
pauperes in terra ut a pauperibus recipiantur in celo.
Augustinus: accipe terram et accipe celum. Perdidit sed vel
licans sibi requirere pro complemento villicatus officium
non laborando non mendicando sed potius domini bo-
na distribuendo. Ubi considerandum quod ut supra dictum est
tres ville sunt commisse homini scilicet mundi machina et
corpus quorum fructus debet dispensare ad hono-
rem dei. Corporis namque sui debet distribuere
ieiuniis vigiliis et aliis laboribus deo assump-
tis. et tunc sanitas fortitudo et pulchritudo que
sunt bona corporis optime erunt disposita. Si-
militer corporis labores sustinere non possit que-
admodum ut hic villicus dicat. Fodere non valeo.
Bona anime que sunt cognitio amor et memoria ita

distribuunt orando meditando de lege dei sine
cessacione cunctos iustos amando Tercium eum orat nec
dicat petit eum suffragium tuum ecce non restat
nisi ut provideat sibi taliter de bonis suis velle
dum scilicet de bonis elemosinas largiendo ¶ Et tales
dispensatores excipit omnem anime et corporis
defectum Danielis iiii° peccata tua elemosinis redime
Quartum est quod distribuunt bona corporis Et ordo
que distribuunt bona anime atque elemosina que
distribuunt bona sicut opera quibus licet vita eterna scilicet
elemosina superaddit Thobie xii° bona est
oratio cum ieiunio et elemosina magis quam thezau
ros auri condere quoniam elemosina a morte liberat
Et ipsa est que purgat peccata et facit invenire
vitam eternam ¶ Tercio ponitur exemplificatio conclusionis
consecuto ¶ Convocatis itaque singulis scilicet seorsum
hiis ab illis Et hoc ex triplici cautela ¶ Primo
ut quilibet dominum sibi fore reputaret sibi singu
lariter fore esse Secundo ne ceteris indignaretur aliis
de maiori remissione ¶ Tercio ne possit quia apud
dominum de hoc quod faciebat quia quilibet erat testis in
facto suo Debitoribus domini sui ¶ Debitor est qui
debet dare Creditor est qui debet recipere ¶ Dice
bat eum primo quantum debes domino meo At ille dixit
centum cados olei Secundum Bedam Cados grece est
amphora latine continens tres urnas ¶ Dixitque
illi Accipe cautionem tuam ¶ Cautio est instrumentum
quod fit ad cautelam de contractu debiti ipsa manu
quod alio nomine cirographus dicitur Et sede cito
dicit Cito quia celeriter sunt impendenda opera pie
tatis Luce xiiii° Exi cito in plateas et vicos Et
item perdit et mittit qui pauperem molesta mora
suspendit Et scribe quinquaginta ¶ Et sic di
midiam partem annualium dimisit et scilicet reddi
tuum Deinde alio dixit ¶ Et est hic alio dictum tamen
secundum antiquam grammaticam ubi nos dicimus alii
Tu vero quantum debes At ille ait centum choros

tertia / Chorus dicitur mensura quod est modius
quia mensura chori quasi modios viginti continet
tres modios secundum philosophum xv ethicorum. Et nota quod chorus
est equivocum ad quatuor scilicet ad ventum ad instrumen
tum musicum ad mensuram ut hic et ad locum ubi ca
tant clerici. Sed tunc scribitur per aliquos cum aspira
tione dicit accipe litteras tuas et incipiunt debiti
Et scribe octuaginta et sic quitantiam partem dimisit

3a p B 36 4 Et laudavit dominus villicum iniquitatis quod
prudenter egisset quia filii huius seculi
prudenciores sunt filiis lucis in generatione
sua / Ego dico facite vobis amicos de mamona
iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna
tabernacula / Tercia pars in qua commendatur villici
prudencia ad nostram erudicionem et duo facit primo
villicum commendat / Et laudavit dominus villicum
iniquitatis / Hic videntur militare duo repugnan
cia quia vocat eum villicum iniquitatis et
quod eum laudavit. Sed dicendum quod non laudavit eum
dominus simpliciter sed secundum quid / Exemplum ut dicit Glosa
Non laudavit eum de fraude sed de prudencia qua
sibi providit in posterum / Videlicet villicus iste
habuit aliqua vituperabilia propter que villicus iniqui
tatis dictus est / prudencie tamen modum porrexit in
eum bonorum tradi / Sicut enim serpens in diffusione
veneni est detestabilis sed in prudencia custodi
endi caput est imitabilis viris perfectis propter quod
dicitur Matthei x° Estote prudentes sicut serpentes. Sic ille
villicus detestandus est quia fraudem commisit / Sed
laudandus quia prudenter sibi contra periculum re
medium invenit unde dicitur / Eciam deficeret de suo
villicatu laudavit dominus eo quod in futurum prospe
xit Non tamen omnia debemus similiter ad imi
tandum Non enim dominum nostrum in aliquo fraudanda est
sanus ut de ipsa fraude elemosinas faciamus
sed prudenter faciamus / Tercio nos prudenter

a

vindicari in peccatis perplexe

B

quamvis prudencia sit virtus cardinalis. Iste autem
non virtuose egit sed astute et sagaciter. Unde et
Orig. d. Celiber prudencia sit virtus secundum philosophos
in sacra tamen scriptura prudencia non semper
accipitur in bono sed aliquando in malo. In bono quando
accipitur ibi prudencia servabit te ut eruaris
a via mala. Pro. 2o. In malo accipitur. Gene. 3o
quod serpens prudentissimus erat ubi prudencia
non virtute dicitur sed astucia ad mala inclinacionem
sentem. Et secundum hoc hic dicitur quod laudavit dominus
villicum iniquitatis quia prudenter egisset hoc
est callide et perverse. Et forsitan dicit quod lau
davit non secundum veram laudacionem nec secundum veram
commendacionem sed abusive dictum est. Sicut eciam aliquis
laudatur de vicio in divite. Hec Orig. Vel aliter potest
dici quod laudat opus villici non in se sed in suo
signato. Et secundum hoc procedit sicut fuit servulus
cum homo dum decim est. Unde sit de bonis no
bis ab ipso collatis largiendo elemosinas nos
prudenciam in posterum laudabimur ab ipso. Vel aliter
dici potest quod dominus laudavit villicum non absolute
sed in comparacione ad prudenciam suorum quia prudenciores
sunt ipse ad fraudem quam iusti ad iusticiam. Et hoc
est quod subdit. Quia filii huius seculi prudencio
res filiis huius seculi amatores huius mundi
intelliguntur qui sic intendunt secularibus quod ad intelli
lium sunt converti in sint ipso seculo fruantur. Pruden
tiores filiis lucis. Filios lucis sanctos appellat quorum
opera non sunt in tenebris sed in luce. Generacione In generacione
sua sunt id est in secularibus ad que vivunt. Generaci
ci prudenciores sunt. Orig. Filii huius seculi sa
pienciores dicuntur filiis lucis. Et hoc non absolu
te sed in generacione sua in hiis que ad carnalem generacionem
spectant. Sicut enim bubo et cattus de
nocte clarius vident quam homo non ad legen
dum libros sed ad capiendum mures. Sic prudencia
cia spirituum eius est omnium lux excellencior est

simpliciter quia prudencia carnalis que est in vicijs
carnalibus Rom. viii° prudentia carnalis
mors est prudencia autem spiritus vita et pax
Secundum quod tamen scilicet regendarum carnalium et
secularium negociorum prudencia carnis seu
maior est quam sit sapientia spiritus in generacione
sua et quod manifeste patet quia seculares pru
dentiores sunt ad lucranda temporalia qualiter carnem
pascant unde ducent quo ingenio favores
principum acquirant prudenciores sunt ad hec mun
dana quam multi iusti ad acquirenda celestia
Unde de sapienti dicitur michael qui indutus came
lat sint unde ut traderet Christum propter quod ma
thans cum videret meretrice ornatam planxit
quia satagebat quo placeret mundo quam
ipse deo. Si queritur que sit racio quod filij seculi
magis fervidi et astuti sint in temporalibus ne
gocijs agendis quam filij lucis in spiritualibus
dicendum quod duplex potest esse racio. Una propter cor
rupcionem nature humane per quam homo pronior est
ad malum quam ad bonum. Alia quia bona tempora
lia sunt sensibilia et ideo forcius movent
animum quia bonum non movet nisi cognitum. Unde
et dicit Aug. visa quippe diligere possumus in
cognita autem nequaquam. Sensibilia autem bona
magis sunt cognita per experienciam sensus. Spiri
tualia autem sola per fidem. Secundo parabola premissa
ad nostram salubrem erudicionem adaptatur. Sic
tenemur nobis dominum sunt in duce eos nos ad opera
pietatis secundo istius villici suadentis ut faciamus
sicut ipse fecit qui senciens se amoveri ab
officio suo fecit graciam debitoribus domini sui ut
eos postea haberet propicios. Ita et nos sencientes
quod mors non tardat debemus de bonis
nobis traditis que tamen sunt domini mei pias ele
mosinas pauperibus erogare ut post mortem que
est amocio a villicacione corporis mereamur recipi in

in gloria beatorum dicat ergo Et ego dico vobis q
d' alia que primis parabolice dicta sunt / Sunt
ergo proposite dico vobis facite vobis amicos
vobis faciamus amicos ad pauperibus largiendo
elemosinas de mamona / Sunt que invenitur ma
mona mamonis tercie declinationis Et dicunt
quidam quod mamona est nomen diviciarum. Sed ma
mon nominis nomen demonis est qui preest prest
diviciis i. qui decipit per divicias sicut et alii
demones officia sua secundum Augustinum de verbis domini
sermone illud quod hebrei mamona latine
divicie vocantur. Et si dicat facite vobis
amicos de diviciis iniquitatis / Et est adver
8 tendum secundum Augustinum quod non dicuntur divicie iniquitatis
vel iniquae vel male acquisite de illis enim
non precipit dominus fieri elemosinas Ecclesiastici xxx
iiii° Qui offert sacrificia de substantia pauperis quasi qui
victimat filium in conspectu patris Est tamen
proprium de diviciis iniquo affectu vel actu ma
le acquisite de quibus potest fieri elemosina
ut et de acquisitis per meretricia vel histriones dare
quoniam pauperibus talia est facere amicos de ma
mona iniquitatis / Si autem iniusto titulo acqui
verunt ut possideant divicie de eis non debet
fieri elemosina sed est restitucio facienda / Ma
mona autem iniquitatis ut dicit Augustinus divi
cie sunt cuiusque in communi vendicione que non
spectat ad divinum cultum. Si non divicie non
de malo ~~non~~ sunt acquisite methonomice dicuntur
mamona iniquitatis secundum Augustinum quia non sunt ve
re divicie sed paupertate plene et sunt obno
xie. Si enim divicie essent securitatem prestarent
Vel quod divicie sint mamona iniquitatis ut ibidem
dicit eo quod quilibet sibi constituat spem in eis quod
confidunt in utilitate sua / Ideo secundum Basilium
cremata ut plurima acquirunt iniquae / Extra de
secundum Thomam quia iniquae retinent magna cum

iniquitia est ea iterum unde debent vim l pau
peres. Sexto quia inique conpendunt scilicet
usuris et questionibus. Sexto quia per
vicias multa mala committuntur. Septimo quia
omnes eas habentes faciunt iniquos ut ff ampliora
desiderent. Octavo dicitur mamona iniqui
tatis quia inequaliter possidentur. Vel eo defe
tate per mortem. Cum enim homo moritur deficit
amicitia deficit ei mundus et consanguinei deficiunt
opes deficit possibilitas ad bene operandum. Vide
at ergo quilibet dum hic vivit ut domus ele
mosinarum amicos acquirat in aliam alios esset
male receptus. Recipiant vos in eterna tabernacula
per merita sua et suffragia impetrent apud deum
ut nos mediante divina gratia recipiet in eterna ta
bernacula ut dicit Gregorius. Sermo primus pmo 19
Facite vobis amicos de mamona iniquitatis
300 Luce xvj° Sicut dicit beatus Dyonisius Opti A
mi est optima adducere. Cum igitur inter omnes
actus humanos optimum sit hic amicos. Ecca
ut dicitur Eccli vj° Amico fideli nulla est comparacio etc.
Unde Tullius in libro de amicicia dicit Omnibus rebus
humanis anteponenda est amicicia. Nichil est enim
tam aptum et conveniens ad res diversas et ad conservacio
nem. Multum valet amicicia si prosperitas assit
huius qui tecum gaudeat. Si adversitas qui te
cum sustinebit. Amicicia est prevalet consang
vinitati quia ut dicit idem Tullius Consanguini
tas facit quod aliquis sit tibi propinquus. Amicicia
autem vera facit ut aliquis sit quasi alter tu.
Ecce manifestum tam bona est amicicia sicut est
quod deus venit qui bonus est per essenciam ac per hoc
optima amicicia nos adducit in verbis premissis
dicens Facite vobis amicos etc. Que verba quia
polidicosa sunt in duplici sensu pertractanda
Cum primo sensu pertractando dicitur intra in hiis verbis
ipsis tria facit. Primo monet ut amicicias
nobis faciamus cum dicit Facite vobis amicos

Secundo ondit de quo amicos facere debeamus quia de
mammona iniquitatis / Tercio docet ad quid debeamus in
digeamus quia ut cum defecerit / Circa primum ad propositum
Dubi inbemur nobis facere amicos quales nos
amicos facere debeamus / Et quia in diligendo tria
sunt attendenda / Primo ut ille qui eligitur
sit discretus et prudens quia amicicie stultorum
solent esse obnoxie prouerbiorum xiiij° Amicus stultorum simi
~~sim~~ilis efficitur Ad amiciciam enim pertinet idem
velle et idem nolle et confidenciam et familia
ritatem mutuam et consiliorum secretorum que omnia
noxia essent ~~[illegible]~~ ad stultos / Secundum est
quod sit bonus. Unde tullius de amicicia hoc inquit
sencio amiciciam nisi in bonis esse non posse quomodo
erit amicus qui sibi ipsi est inimicus Ecclesiastici xiiij°
Qui sibi nequam cui bonus / Tercium est ne sit
superbus Superbia enim maxime detestabilis in
paupere / Hoc est enim vicium de tribus quos odit
superbus Ecclesiastici xxv. Unde superbia non conuenit
cum amicicia / Superbus enim recusat esse socius
vult autem esse dominus. Genesis xi Ubi fuit superbia
ibi et contumelia / Unde Ambrosius li. iii de officiis
Amicicia inquit superbiam nescit / Et ibidem fa
talis inquit vox et omnis ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ tamquam sui
totus per peccatorem est effectus / Ex his habetur
documentum quod hic per pauperes intelliguntur qui
sunt pauperes quibus danda sit elemosina. Et quod
tales eligendi sunt pauperes quibus dare vo
lumus quantum natura patitur cum prosperitas concordes
habeant ac per hoc effectum amicicie de quo deus
hic loquitur nobis valeant impetrare / Unde
Glossa super themate presenti dicit / Non quoslibet pau
peres debemus amicos facere sed eos qui possint in
eterna tabernacula recipere / Nam si ipsi debent nos
in regno celorum recipere oportet eos esse tales
qui nos illic valeant prouenire / Ut sint dis
creti sint boni sint humiles ut dictum est

et quales sunt pauperes spiritu infra dicetur. Unde quia
non semper tales pauperes occurrunt. necessitas consimilis
aliorumque pauperis necessario aliquid requirit. ideo non
semper ad conditionem pauperis attendendum est. Sed po-
tius ad necessitatem indigentis. Unde Jeronimus in quadam
epistola dicit sic. Sive iste sacerdos sive cognatus
sit affinis nichil in illo aliud consideres nisi pau-
pertatem. Sine discretione omnibus indigentibus
similiter tenemur non querentes cui sed quare. Denique
Item si viderit eum in quacumque necessitate mori. hoc est ut
succurrere. Et si non facit occidit. hoc absque dubio
verum est etiam si peccator sit. Unde super isto verbo Ecclesiastici
xii. Da misericordi et ne suscipias peccatorem
dicit Glosa. Ecclesiastici. i. indigenti peccatori elemosinam tri-
buit non pro delicto spernit unde iniquum facit
Non enim respicienda est persona. Ecclesiastici enim dicit
indigenti peccatori non quia peccator est sed quia
homo est. non peccatorem sed iustum nutrit. Item
tum ad primum de quo Lucas. Facite vobis amicos de
mammona. i. de divitiis iniquitatis. Ecclesiastici non tantum
huiusmodi divitiis iniquitatis possunt fieri elemosine
Et possunt dari multiplici modo. Primo quia licet
cum rebus male acquisitis non possunt dari possit
elemosine nec debeat. sed tamen huiusmodi res
per rapinam et furtum pauperibus ablate male
sive restituentur et ab eis humiliter petatur
remissio et iniuriarum et emendam condignam
faciant. Non dubium quin pauperes letantur in-
finitum quia restituerunt et maxime restituentes
non quidem ex restitucione rei non sunt sed ex humili-
tate et benivolencia permittent. Secundo modo
est ad ignorantiam. tamen sit sive cui sit restitu-
endum. tunc de consilio curie sive puta episcopi de
maioribus vel etiam confessoris de minoribus rebus
talia ablata sunt pauperibus erogandum. Tercio
modo est cum aliquis contra prohibicionem curie

C

vel de actu illicito lucratur aliquid operando vel
parte diebus dominicis et festiuis vel de meretricio
vel de lenocinio vel consimilibus de quibus non tenetur
ad restitucionem / de talibus facienda sunt mendi
cancia vnde facta sunt scilicet quod sit dando
de eis elemosinam pauperibus · hiis tribus modis
de mammona iniquitatis · i · de bonis inique acqui
sitis pauperes possunt acquiri amici / Tercius modus
est quia inique dicuntur bona temporalia et non male
vel inique acquisita / dicuntur mammona iniquitatis
ut dictum est in postillando · De illis enim bonis
quantumcumque licitis et iustis debemus pauperes ami
cos facere nobis eis elemosinam largiendo / Propter
enim quod dampnatur diues solum quia non dat sua
Mt. xxv · discedite a me maledicti etc. / Et sic
diues epulo dampnatus est quia non dedit La
zaro de substancia sua Luce xvi° // Quantum ad terci
8 um ad quid et ad quem effectum faciendi sunt nobis
pauperes amici dicit ut cum defeceritis etc. / Ideo
enim finaliter deficiemus hinc seculo per mortem et
tunc indigemus bonis hospiciis in alio seculo
ad que nos recipient pauperes quos hic fecimus
nobis amicos / Sed hic cadit dubium / Cum enim
multi pauperes hic recipientes elemosinas et per corpus
de vita ambo perueniunt ad regnum celorum et
plerique et diuites prius moriuntur quam recipi
entes quomodo possunt pauperes alios recipere ad ta
bernacula que ipsi nondum habent / Dicit enim quidam
[illegible] in debilitate [illegible] quare loquitur
de pauperibus [illegible] voluntariis [illegible]
[illegible] mendicantes · si petit pudore confunditur
si non petit egestate consumitur / ut mendicet
egestate compellitur / dum cunctatur / [illegible] quod non
recte dimisit proximum cumulat malignum quod
non plenarie subministrat · indignatur / [illegible]
[illegible] / Tales igitur sunt de ope monachorum //

aliquando murmurant detrahunt invident et non habentibus
rapiunt furantur et si non opere tamen voluntate
hoc implere conantur. Et tales non pauperes sed
miseri sunt putandi. Secunda sunt alii qui egent
et rebus egent et bona voluntate quia nec
diviciarum esse ut esset utrobique miseri tam in hoc vel esse
seculo quam in futuro quapropter nec sibi nec
aliis subvenire possunt. Ad hoc quod dicitur ut sit
Christus qui non ipsi pauperes habent recipere elemosinarios
suos ad eterna tabernacula sed dantes eorum
pro bonis operibus in eis positis. Isti recipient.
Unde Christus Attendite inquit quod non dixit dum
suscipiat vos in suis mansionibus. Non enim ipsi
sunt qui suscipiunt. Unde cum dixit Facite vobis
amicos addidit De mammona iniquitatis. Quia quo
videntur quod non sunt pauperes eorum amicitia nobis pro
curant divina misericordia opera bona eorum quittantur. Et secundum
hoc illud quod dicitur recipient vos non refertur
ad pauperes sed ad sanctos angelos et ad sanctos electos
dei qui huiusmodi operibus bonis fiunt amici
largientium elemosinam pauperibus quare etc. Iste
est primus effectus elemosine ex parte dantis quia
facit sibi amicos sanctos angelos qui eum reci
piunt in regnum celorum. Sunt et alii effectus
huiusmodi. Primus est quia peccata extinguit. Ecclesiastici
tertio: Ignem ardentem extinguit aqua et ele
mosina resistit peccatis. Ubi glossa: Sicut aqua
extinguit ignem ita elemosina peccatum. Secundus quia
viam ad cognitionem dei preparat. Unde Actuum x°
dixit angelus ad Cornelium: Orationes tue et
elemosine tue ascenderunt in conspectu dei.
Tercius est quia bona temporalia augmentat. Proverbiorum
iii°: Honora dominum de tua substancia. Quartus quia ipsum
dominum hospiciarium in persona pauperis acquirit. Matthei xxv°:
Quamdiu uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.

Quintus effectus elemosine est quod de quo nunc loquimur. quia amicos in regno celorum acquirit Et hoc est quod dicitur. Recipiant vos etc. Sextus effectus est quia intercessores acquirit deum recipiunt scilicet pauperes vos Et dato quod ipsi pauperes sint peccatores adhuc ipsa elemosina orat ad deum Ecclesiastici xxix Conclude elemosinam in sinu pauperis etc. Jeronimus in quadam epistola Non memini me legisse mala morte mortuum mala morte qui libenter opera pietatis exercuit habet enim multos intercessores et impossibile est multorum preces non exaudiri hos et non nullos. Septimus effectus elemosine comprehendit Crisostomus super Ad Hebreos sic dicens Elemosina amica dei consistit

nota bene et semper ei propinqua est pro quibuscunque vero voluerit facile munus gratie impetrabit vincula peccatorum ipsa dissolvit fugat tenebras extinguit ignem. Huic ad magna fiducia porte celi aperiuntur et velud regina intrante nullus ianitorum nullus custodum qui assistunt audent dicere que es tu vel unde venis sed omnes eam quasi reginam suscipiunt Virgo est habens alas ... per omnia mundi statem cum sanctitate vultum habens candidum atque mansuetum. pennata est et levis et semper ante solium regale consistit hec Crisostomus

Sub sermone 29 — Sub sermo secundus — 38a

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis — 38a.
Verba ista ad alium sensum quantum pro edificatione fidelium et ita circa ea tria supra

A notata considerantur. Primo est quod illi quibus largimur debitam elemosinam ut fiant amici debent esse tales qui possint nos introducere in eternam vitam quales sunt illi qui adeo perfecti sunt ut multa bona operibus suis valeant quae et multa sibi et aliis eterna tabernacula acquirerent

Unde aug. de verbis dni sermone xxxv eterni sunt
inquit qui habebunt eterna tabernacula nisi sancti dei
Et quos scilicet qui ab eis accipiendi sunt in eterna taberna
cula nisi qui eorum indigencie subveniunt et quod
eis opus est hilariter subministrant isti sunt minimi
xpi qui omnia sua dimiserunt et secuti sunt
eum et quidquid habent pauperibus distribuunt et
deo sine operibus seculi expediti serviunt. hii sunt
minimi quare minimi quia humiles quia non elati
non superbi hec aug. Tales eum non sunt pauperes in
voluntate pauperes sed pauperes spiritu ait v. Beati
pauperes spiritu. Ex quo patet quod ceteris paribus melius
est dare elemosinam pauperibus spiritu quam aliis
involuntariis quia plures salubres habet effectus
ut patebit. // Secundo ad secundum de quo debeamus facere
amicos dicitur de mamona iniquitatis pauperum
eum spiritu hic accommodamus est vivere de elemosi
nis aliorum mamona habentium eterna ut dicit Jeronimus
in epistola contra vigilancium. Conveniens est ut qui in
lege domini meditabitur die et nocte et partem non
habet in terra nisi solum deum totius orbis foveantur
ministerio aliorum. Tales sunt isti pauperes spiritu qui a ce
teris abstracti non habent aliud meditari nisi quo
placeat et serviat deo qui et relinquunt patrem
et matrem fratres et sorores et domos et agros
ut dictum est ante aug. Sed hic incidit questio
racionabilis Cum enim dicat littera facite vobis a
micos etc. Sicut patet ex contextu hec dominus dixit
ad apostolos homo quidam etc. Et infra Et ego
dico vobis facite vobis amicos etc. et dirigebat
sermonem ad discipulos. Ipsi autem discipuli nichil
habebant de mamona reliquerant enim omnia
quomodo possent sibi facere amicos de mamona ini
quitatis aliis dando qui pocius indigebant
recipere quam dare. Ad quod dicit pt bno. quod dominus
loquendo discipulis suis in littera de latentibus erant

B

pruinde intellexit de omnibus mamona habentibus q
ualiter pt dici quod hoc libera bene etiam tangit dispensatores
qui licet non habent mamona ad dandum potuerunt tamen
de mamona elemosina accipere et sic potuerunt
sibi amicos facere i. sanctos angelos qui recipient
eos in eterna tabernacula secundum sensum sup. de quantum
quantum ymo plus illi pauperes spiritu merentur in elemosinas
accipiendo quam diuites in dando Sed in dicere contra
quod dicitur Act. xx° Beatius est dare quam accipere
dicendum quod hoc verum est si accipit uniformiter in
eisdem bonis quia dare bona temporalia est beatius
quam accipere eadem quia accipere dicit semper indigenciam
et ipsorum importat Sed accipere spiritualia ut reddunt
spiritualia multo potius est quam dare temporalia
lia propter quod spiritualia temporalibus sunt preciosiora quod
maxime verum est in istis pauperibus spiritu qui bona
sua relinquendo meruerunt accipiendi elemosinam
voluntarie se xp° subdiderunt Dicit igitur dispensatores
accipiendo de mamona elemosinas fecerunt sibi amicos
scilicet sanctos angelos quia tam se quam suos datores
recipere possunt in eterna tabernacula Quantum ad tercium
C ud quid et ad quem effectum sint nobis faciendi amici
subdit Ut cum defeceritis recipiant vos in eterna
tabernacula quod planum est quantum ad dantes elemosinas
secundum predicta in primo sensu Sed quantum ad accipientes
sciendum est quod et elemosina licet tamen plures no
biles effectus et salubres ex parte accipiencium et
licet in pauperibus spiritu de quibus hic loquitur Primo enim
in accipiendo elemosinas xpo et apostolis conformantur
qui de elemosinis viuebant Secundo quia
per hoc radix superbie in eis curatur Quia sicut
dicit Indet. de pe d. 1. Si quis optat honorem
per gloria et adulta curat ut superbia per humilitatem
deiciat accetus tamen in incipiente humilitate conuenit
dicere quod quis in fidelibus se subdat et petendo ab
eis vilia temporalia que ipsi contempserunt Tercio

est quia per hoc eis meritum accrescit. Ubi cum angelus
imitantur vestigia cuiusdam boni hominis amore dei
in tanto itinere laborantem ut legitur in vitis patrum
de quodam heremita qui habuit cellam multum longe
distantem, quanto pocius imitatur vestigia pauperis
amore dei elemosinas largientis. Quartus quia
per hoc proximus a quo elemosina petit ad pietatem
invitatur et sic iste petens et recipiens efficitur
in merito primus dantis, pro quanto ipse eum ad hoc invitavit.
Quintus quia per hoc non solum sibi ipsis merentur in
accipiendo sed etiam in dando quia per hoc participes fiunt omnium
bonorum et omnium bonorum operum eorum quibus dant. Et sic
fructus in proximo redundat et in ipsos. Sextus quia
ipsi per hoc regnum celorum principaliter sibi comparant.
Mt. v. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum.
Et quia suis meritis et intercessionibus alios quicumque
dederunt elemosinas in idem regnum introducunt. Septimus
quia iudicandi potestatem consequuntur. Mt. xix. Vos
qui reliquistis omnia et secuti estis me etc.
Super quo libro dicit Gregorius in quodam sermone. O felix
paupertas voluntaria relinquendo omnia et sequendo
tecum te domine Ihesu. O felix plane que tam securos,
immo tam gloriosos fecit nullo tempore frangere
elemosinarum in illo tremendo conventu iudicum, in
illo tanto discrimine iudiciorum eterna felicitate
nos sociat. Quod nobis faciat Ihesus Christus. Amen.

## Dominica nona post trinitatis

368 Cum appropinquaret Ihesus Iherusalem videns civitatem
flevit super illam dicens quia si cognovisses
et tu. Et sequitur in hac die tua
que ad pacem tibi nunc abscondita sunt ab ocu-
lis tuis. Propter corda est proximorum affectus
passiones describitur et quia miseriarum occasiones zelo
distincte videmus quoniam. Et utrorumque istorum sal-
vator noster exemplum nobis prebuit sicut patet ibi. Prima
infestat quod inter res ... Item quarum
prima describit affectus pie compassionis super ruina

ciuitatis / In secunda predicitur miseria secundum afflictionis
consummatam calamitatem / In tercia conspuitur zelus cor-
reptionis precauenda cupiditate / Ingressus templum
eiciat ementes et vendentes / Circa primum tria fa-
fo cimus Primo premittitur fletus saluatoris super excidio ciui-
tatis / Cum appropinquaret non solum corporis gressu sed
compaciendi effectu et cetera. Urbs hec est ciuitas rega-
lis sacerdotalis in qua multitudo maxima conueniebat
undique ad festum pasche celebrandum / ad quam venerat
xpistus ciuitatem appropinquabat xpistus ut ibi mortem
susciperet humanum genus redimeret. Videns ciui-
tatem illam / vtique ciuitatem que erat passura
in breui famosam laudibus potentissimam diuiciis
affluentem deliciis habundantem diuiciis et edificiis
pulcherrimam quam videbat xpistus oculis corporalibus oc-
cius / flevit super illam quo fere pietatis erat lac-
rimas continere non potuit. Ut edificia planxit
pietate sic subuersionem animarum / Nota quod quatuor
B vicibus legitur dominus flevisse. Primo in natiuita-
te cum cuna prima simile omnibus vocem emisit plo-
rans ut dicitur Sap. 8 Unde vagit infans in-
ter arta positus presepia / Secundo in resuscitatione lazari
Joh. xi / Tercio super iniqua ciuitate ut hic /
Quarto flevit in cruce hebre. v° / preces et supplica-
tiones cum clamore valido et lacrimis offerens se
deo pro nobis / Quidam addunt aliquid dicentes
eum flevisse de prodicione iude quia Joh. xiii° Tur-
batus ihesus spiritu et dixit vnus vestrum me tradet
sed ibi nichil dicitur de fletu nisi quod turbatus non tar-
de sed sponte ut dicit Aug. / Et similis erat hec tur-
bacio illi qua supra dixerat nunc anima mea turba-
ta est nec ibi aliquid dicitur de fletu / Isti qua-
tuor fletus saluatoris possunt referri ad quatuor
species fletuum que sunt quasi quatuor flumina paradisi animam ir-
rigantia et fecundancia / Primus est fletus pro inco-
latu presentis miserie quia in valle miserie sumus
in quo eo magis flendum est quo minus fletur. VII.

david
dicendo Heu mi quia incolatus meus prolongatus est
habitavi cum habitantibus cedar etc. Secundus fle-
tus est compassionis de quo dicitur lavabo per singu-
las noctes lectum meum etc. Idem exitus aqua-
rum deduxerunt oculi mei. Tercius est fletus com-
passionis Job xxx° Flebam quondam super eo qui af-
flictus erat. Ieremie ix° Quis dabit capiti meo
aquam. Quartus est pro dilatione patrie. Psalmus Super
flumina babilonis illic sedimus et flevimus. Ad primam
speciem fletus pertinet infancia. Unde infancia saluta-
tur fletu. Unde glosa super illud Hebreorum v° Redimentes
tempus quoniam dies mali sunt. Puer qui nascitur afle-
tu incipit nec videt presentem statum sed natus plorat
prophetizat sive calamitatem miseriam quam lacrime
sunt testes miserie nondum loquitur et iam prophe-
tat. Affectus quo creditur flevisse in cruce pertinet
ad fletum compassionis qui est illorum qui sunt in
fletu prime speciei et ame prime. Fletus vero super
destructionem civitatis fletus fuit compassionis. Fle-
tus super lazarum qui erat ad vitam revocandus. Cu-
ius gloria erat danda pertinet ad illam speciem que est
pro dilatione patrie. Modo solum autem hic dominus flevit.
Luce xix. Et in vocem lamentacionis lugubri ideo prorupit
dicens. Quia si cognovisses ea super que sunt tere-
ne cognovisses. Et tu super flevisses merito. Nota
septem mala que ventura sunt peccatori propter que si cogi-
taret ad fletum incitari posset. Primum est spolia-
cio que fit ei in morte quia divicie non
simul secum omnia quia non descendet cum eo gloria
eius. Luce xii. Stulte hac nocte repetent animam
tuam a te. Secundum est acerrimus incursus. Trenorum
omnes inimici eius apprehenderunt eam inter an-
gustias. Bernardus Crudelis erit ille pastor quod tibi
dealbata [illegible] illa terribilia monstra
videbis ad cuius confugies auxilium. Tercium est
amissio status penitendi et iniuriam compaciendi[illegible]
omnes viatores demones. Psalmus Exortus ira tua

Jerm. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Se
confundant vehementer quia non intellexerunt
opprobrium sempiternum habetur. Ecclesiastici xi° Ante finem hominis denuda
tio operum eius. Ysa. xlvii. Revelabitur ignominia
tua. Naum iii°. Revelabo pudibunda tua in facie
tua et ostendam gentibus nuditatem tuam. Respectu
beneficiorum exprobratio passionis. Multum enim eos
confundit quod cum signa passionis ostendit ipsis quia
apparebunt cicatrices in carne eius ut videant
in quem pupugerunt. Zacharie xii° Apo. i° et
Mt. xxiv. Tunc apparebit signum filii hominis in celo.
De isto dicitur [illegible]. Qui habitat in celis irridebit
eos. Et ps. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Et
impii videbunt iusti et timebunt. Tercia est sepa
ratio corporum ab electis. Mt. xiii Exibunt angeli
et separabunt malos de medio iustorum. Sexta est
privatio angelica(?). Ysa. xxvi° Tollatur impius ne
videat gloriam Dei. Septima est iehennalis pe
na sine penarum miseria quia ibi est fletus et
8 stridor dencium Luce xiii. Secundo addicitur status
presentis prosperitatis. Et quidem in hac die tua quoniam
prius [illegible] appellat mundane prosperitatis qui
dies bone esse dicitur. Unde quia concesso tempus
beneficio non utebatur ad dei cultum sed potius in
voluptatibus consumendo expendebat. Que ad pa
cem tibi supple sunt, i. dies presentis prosperitatis. Sunt que
tibi sunt ad pacem, sed ad pacem tibi ut vaces libe
tius voluptatibus. Et est mundana pax qua dili
gunt impii ut sine timore peccent. De qua pace
dicitur in psalmo(?) li. vii° [illegible] sic
ferrum pacis [illegible]. Tercio ponitur consideratio future
adversitatis. Nunc autem prosperitatis et pacis ab oculis
tuis sunt abscondita que ventura mala. Prosperitas
namque prosperitas facit [illegible] et praesens futura
adversitas [illegible] quod dicitur ps. xxxvi°. Ne glorieris
in crastino [illegible] Ecclesiastici xi. Non sit homo sine fine

sicut pisces capiunt hamo sic capiunt homines
in tempore malo. Nota quod civitas signat universitatem
animam ad quam venit christus quia peregrinam visitat cor
hominis. Iste ad videt peccatricis anime neglecta
sua opera ipse qui solus novit corda filiorum hominum
Ecclesiastici v° Cunctis per te indicabit te conculcari in
sanguine tuo Et inde te et omne tempus tuum anima
tua Iste flet vel sicut quam peccatricem Michee j°
Super hoc plangam et vigilabo quia desperata est
plaga eius Si nos consideret anima statum suum
culpe ad quem statum in futuro spectat ipsa tu ipso
plangeret semetipsam. Sed peccati delectatio tollit mortis
repentine recordationem. tollit timorem districti
iudicii. tollit et anxietatem penarum inferni. propter
quod dicitur Treno. j°. Sordes eius in pedibus eius
nec quia non est recordata finis sui etc

Secunda pars

359 Quia veniet dies in te et circumdabunt te inimici
tui vallo et coangustabunt te undique et
ad terram prosternent te et filios tuos qui in te
sunt Et non relinquent in te lapidem super lapidem
eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Secunda pars huius evangelii
predicit gravis miseria afflictionis de futura ca-
lamitate Et dicit sic Quia venient illius civitatis
futuras miserias quarum prima est obsessio hostium
Quia venient dies in te post xl annos post
ascensionem domini venerunt isti dies subversionis
eius. Isti enim sunt dies super hanc pravitatem
Ecclesiastici xxj Civitas effundens sanguinem in medio
sui ut tempus veniat polluta est sanguine quia a
propinquare fecisti dies tuos Et circumdabunt te
inimici tui Titus videlicet et Vespasianus Romani
non principes cum exercitu quibus prodixit Balaam
Numeri xxiiij Venient in trieribus de Italia superabunt
assirios vastabuntque et hebreos quod circumde-
derunt eam vallo Est enim vallum concatenata
facta de lignis qua hostes civitatis plantatam
tempore de palis per fiat Romani enim obsidentes urbem

tres aggeres circa eam fecerunt vallis ne aliquis ingredi aut
egredi posset Eze. iv. Formiat contra eam aggerem magnum
et vallat eam et construxit contra munitiones per circui-
tum et facta est obsidio vallo quo circumdata fu-
it civitas in vindictam quia iudei christi capiti
corona spinea circumdederunt Secunda adversitas ci-
vitatis fuit quia iudei eius etiam penali eam
circumdederunt unde et subdit Et circumdabunt te
sua poena corporali romani enim eam obsiderunt
nullum habentes auxilium et hoc in vindictam
quia iudei circumdederunt christum in morte cum gladiis et
fustibus Math. xxvi. Circumdederunt me undique et non
erat qui adiuvaret Tertia adversitas fuit angu-
stiatio ipsius civitatis Et coangustabunt te undique
Coangustati valde fuerunt iudei quia nulla erat
evasionis via Exeuntes eam civitatem interfi-
ciebant gladio manentes vero in ea fame peri-
bant quod predixit eis moyses Deu. xxviii. In
omni terra obsideberis inter portas et comedes fruc-
tus ventris tui et carnes filiorum tuorum et filiarum
tuarum quas dedit tibi deus in angustia et vasti-
tate qua opprimet te hostis tuus ad literam ut
dicit Josephus Tanta erat angustia istius ci-
vitatis ut carnes filiorum manducarent Et hoc
in vindictam quia scelerati christo dederunt acetum in cruce
Tres predicte adversitates precesserunt captionem civitatis
Sequuntur tres alie destructionis ipsius Quarta
adversitas post captionem civitatis fuit ipsius captio
et eversio Et ad terram prosternent te Quinta namque
edificia deiecerunt in terram Treno. 2o Precipitavit
dominus nec pepercit omnia speciosa Iacob destruxit
in furore suo munitiones virginis Iuda deiecit in terram Et
hoc in vindictam quod corpus christi mortuum pro-
hibebat sepelliri intra se Sexta adversitas post cap-
tionem fuit virorum multorum occasio Et filios tuos
id est iudeos qui intra sunt geniti supra prosternent
ad terram occidendo fame dum una Trenorum Iacu-
erunt in terra foris puer et senex virgines mee et
iuvenes mei ceciderunt gladio fame occisi sunt

gladio interfecti fuerunt perussisti et in incendiis un
decies centena milia plenarie fuerunt. nonaginta
septem milia venditi sunt. xxx^ta pro eis pro uno
~~gladio~~ denario gladio occiderunt in vindictam quia
Christi filios et apostolos occiderunt. Secundo ista adversitas
eius fuit omnino desolatio et non relinquent inter
lapidem super lapidem Amos tertio Syon quasi ager ara
bitur et Jherusalem quasi acervus lapidum erit. Cum enim
Titus subvertisset civitatem iudei qui extra civitatem
recessi cives fugerant ceperunt edificare et Roma
ni impedierunt illud. Et elius [illegible] qui sic civitatem
evertit ut non non remaneret lapis super lapidem et
tunc universaliter dispersi sunt qui voluerunt subalis
Christi cogitarent in fide [illegible] propter quia culpa ipsorum
[illegible] universum orbem dispersi sunt. Tertio pon
[illegible] causa istius adversitatis. Eo quod non cogno
vit. ideo non cognovit quia cognoscere noluit
malitia et invidia excecata. Tempus visitationis
tue. Tempus visitationis fuit tempus gratie in tempore
et adventu Christi quia tempus si cognovissent ca
lamitates tales numquam sustinuissent. Et ideo
conqueritur dominus eorum cecitatem Jeremie viii^o milvus in
celo cognovit tempus et turtur et yrundo et cico
nia custodierunt tempus adventus sui populus autem
meus non cognovit iudicium domini. In hoc enim iu
dei fuerunt insipientiores brutis. Sed quare sic
[illegible] sic iudei iusto iudicio dei sic sunt exce
cati et quare tollerantur a nobis isto tempore. Et dicendum
quod plures sunt cause. Prima est propter reverentiam
Christi et apostolorum qui ex illo populo fuerunt secundum carnem.
Secunda propter honorem patriarcharum et prophetarum quia ex
quibus populus iste propagatus fuit et est. Tertia
propter gratiam antique amicitie quia sicut dicit
[illegible] sunt ab antiquo tamen fuit populus dei. Quarta
propter reverentiam legis eorum que a deo data fuit
cie capacem. Porro hec omnia fecit sine spe retribu-

cionis

Item quia te fecit super omnem creaturam sibi equale
per quod eum amare debes quia similitudo est
causa diligendi / filius enim qui magis similis
est patri naturaliter plus diligit patrem / Secundo di-
ligendus est quia noster gubernator / diligimus enim
rectorem et patrem familias qui dat nobis vic-
tualia / Deus enim providit animam utilitate maiorem
omnem creaturam / Item diligimus principem si
rem publicam regit pacifice / Deus vero totam
mundi machinam sine perturbatione gubernat et
si aliquando nostris peccatis exigentibus perturbationes ali-
quas patiamur / Unde boecius / O qui perpetua mundum
ratione gubernas terrarum celique sator qui tempus ab
evo ire iubes stabilisque manens
das cuncta moveri / Item diligit discipulus
magistrum / deus enim omnem intellectum erudit / Ter-
cio diligendus quia noster est redemptor / Si quis
esset in captivitate positus aut morte dignus
certus multum diligeret eum qui pro ipso intercederet
sed multo magis diligeret eum qui pecunia liberaret
et aliquos procuratores mitteret maxime esset
diligendus et qui seipsum pro eo traderet / Sic fecit
Christus / Quarto diligendus est quia diligen-
dus est quia glorificator est noster quilibet
eum diligit vitam propriam quia eciam totum
mundum daret / diligit enim homo sanitatem
pulcritudinem divicias potenciam scienciam vir-
tutem honorem amorem et amiciciam quia
hec sunt bona hominis Deus ergo amplius est
diligendus cum vel aliquo pacto quia secura
etiam sunt omnia bona vera sine mortalitate
Sanitas sine infirmitate / divicie sine pau-
pertate / potencia sine debilitate / sciencia sine
ignorancia / amor sine discordia honor
sine invidia / Item nota quod amor dei est
quintuplex / Primus naturalis quo omnis creatura Amor dei quintuplex
naturaliter inclinatur ad diligendum deum

Unde Aug(ustinus) in soliloquiis / Deus est quem amat omne
quod potest amare sive sciens sive nesciens unde
dicit / Si aliquis quaerit quo acquiratur divi-
na dilectio Bernhardus quod amor dei indoabilis
est neque enim cadit sub arte sicut videtur per car-
nales parentes nemo unquam didicit istum
campum / Secundus amor est gratus affectus quo
diligitur quis propter accepta beneficia / Tertius a-
mor est mercenarius quo diligitur quis propter
capienda / Quartus est licitus quo diligitur
propter delectationem que est meus amor / Quintus
est transformativus quo diligitur propter semetipsum
nullo alio computato Bernhardus licet modo non
diligatur absque causa intantum modo dili-
gendus est deus / Demum diligendi modum
adiungit / Ex toto corde tuo et ex tota anima tua
et ex omnibus viribus tuis et ex omni mente
tua Ubi Lucas ponit quatuor pertinentia ad modum
diligendi Deuteronomii vi. Et Matthei xxii Non ponit
nisi tria et aliqui referunt ista quatuor que ponit
Lucas propter quod deus est diligendus / Est enim di-
ligendus quia creator dans esse / Et quia
conservator conservans in esse / Et quia recreator dans
bonum esse Et quia glorificator dans optimum
esse / Verba tamen Deuteronomii videntur pertinere ad
alias tres vires que sunt animales concupis-
cibilis irascibilis / Fortitudo enim que est tertio
loco ponitur pertinet ad irascibilem Verba enim
Matthei videntur pertinere ad alias tres vires
que sunt intellectus voluntas et memoria
unde mens vel anima est memorativa tertio loco ponitur
Lucas non utrumque vult tangere et ideo alia
praemittit propter hoc quod dicitur / Ex omnibus viribus
tuis Et super hoc quod dicitur in mente / Ex tota
fortitudine tua / Et non est in Greco Ubi
ista Ex toto corde tuo ponitur ad [illegible]

ut sit sensus. Ex toto corde tuo i. intellectu
sine errore. Tota anima i. voluntate sine contra-
dictione. Mente tua i. memoria sine oblivione.
Sic exponit fr. Bernardus. Toto corde i. sapienter
tota anima i. dulciter. Tota virtute i. fortiter sine
perseverant. Ut non abiciamur blandiciis non sedu-
camur fallaciis nec iniuriis frangamur. Toto corde to-
ta anima tota virtute diligere. Item Bernardus dicit: Ama
dulciter prudenter fortiter. Dulciter ne illecti, sapi-
enter ne decepti, fortiter ne oppressi ab amore domini
avertamur. Deinde tangit dilectionis preceptum 2m
Et proximum tuum sicut te ipsum diliges. Proximus nec dilecti-
onis mensuram subiunxit. Sicut te ipsum. Hoc
est preceptum Levitici xix. Ubi notandum quod proximus
dicitur multipliciter. Est enim proximus generatione nature.
Et sic omnes homines proximi sunt nobis. Est
proximus officio sicut tutores qui aliquid curant
vocantur. Est proximus carne sicut consanguinei.
Est proximus gratia sicut amici. Est proximus fi-
de sicut xpiani. Est et proximus virtute sicut iu-
stis. Est proximus subsidio sicut angeli et sancti.
Est proximus redemptionis beneficio quo modo
solus Christus. Et est proximus quilibet istorum mo-
dorum est proximus diligendus est. Sicut nosmet
ipsos diligimus in caritate eadem qua nos amamus
et in eodem motivo bonorum et eundem finem
vite eterne. Sicut enim homo non debet seipsum di-
ligere amore carnali sed spirituali et deo ordinato
eciam sic unumquemque hominem debet amare et
specialiter Christum qui excellentissimus hominum est. Ideo
diligendus est. Notandum autem quod multa sunt multa incitant ad dilectionem proximi
que incitant nos ad diligendum proximum.
Primo ex parte mandati quod hic ponitur. Johannis
xv. Hoc est preceptum meum ut diligatis in-
vicem sicut dilexi. Item xiii° diliges proxi-
mum tuum et sicut ille diligere. Secundo

que complet preceptum. i. Joh. 2o Qui diligit fra-
trem suum in lumine erit. Secundo lex quam complet
implet. Ro. xiii Qui diligit proximum
legem implevit. Tertio dei similitudo que
complet acquirit. i. Joh. iiii Sicut deus dile-
xit sic et nos invicem diligere. Quarto divi-
na presentia quam preceptum nobis imponit. i. Joh. iiii
Si diligamus invicem deus in nobis manet
Sexto omne malum preceptum a nobis excludit. Rom.
xiii dilectio enim proximi malum non operatur. Sep-
timo omne bonum preceptum in nobis continet. i. Joh. iii Nos
scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam
3 quoniam diligimus fratres. Tertio ponitur commendatio
illius responsionis. Dixit ei illi Recte respondisti
verum est cum medium non discrepat ab extremis
extrema dilectionis sunt creator et creatura quia
non videt proportionabiliter tenetur deo et proximo
pro eis debet. Ideo respondisse recte dicitur. Deinde
vero satisfacit prime questionis qua dixerat legisperitus
Quid faciendo vitam eternam possidebo. Et
illis eius dat solutionem Hoc fac scilicet deum
et proximum diligendo Et dicit fac quia non
sufficit diligere verbis et opere dilectio ostenditur.
Quia probatio dilectionis exhibitio est operis. Sic
Greg. Et vives scilicet vivo. anima vivit in
caritate sed causaliter quia caritas est vita in [illegible]
ctive. Item formaliter quia caritas que nos
reddit est beata vita. Nam ut dicit Bernardus
plus est anima ibi ubi amat quam ubi animat. Ideo
amando fuit in illo que [illegible] esse conubialem
habet est propria alia vivat vita spectaculo 385
Ille autem volens iustificare
3 pb se ipsum dixit ad Ihesum Et quis est proximus
meus. Suscipiens Ihesus dixit Homo quidam
descendebat ab Ierusalem in Iericho et in-
cidit in latrones qui etiam spoliaverunt eum et

plagis impositis abierunt semivivo relicto. Ac-
cidit autem ut sacerdos quidam descendit ead-
em via et viso illo preterijt. Similiter et levita cum
esset secus locum videns eum preterijt. Sama-
ritanus autem iter faciens venit secus locum
videns eum misericordia motus est et appropians al-
ligavit vulnera eius et infundens oleum et
vinum et imponens illum in iumentum suum in du-
xit in stabulum et curam eius egit. Et altera
die protulit duos denarios et dedit stabulario
et ait curam illius habe et quodcumque super
erogaveris ego cum rediero reddam tibi. Quis
horum videtur tibi qui incidit in latrones. At ille
dixit qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Ihesus
vade et tu fac similiter. Tercia per magistrum
declarat quis sit proximus quem homo ut se
ipsum debet diligere. Et tria facit. Primo cum po-
legisperiti interrogacio. Ille autem volens iustificare
se ipsum id est semetipsum volens iustum ostendere di-
xit ad Ihesum et quis est proximus meus. Lauda-
tur a Salvatore quod recte respondisset propter in-
superbiam ut dicit Cirillus. Nullum putavit sibi
proximum esse nullus in iusticia et legis noticia
sibi posset comparari. Sicut dicit Theophilus. Sal-
vator non artibus aut dignitatibus de-
terminat proximum sed natura. Secundo innuit cum iustus
esset legisperitus quamvis doctor composito
et maior omnibus. Tercia quicumque pauper et
miser et abiectus proximus eius erat. Et non
[illegible] dominus videns eum proximus tuus
debet se diligere inimicum videntem. Et sic sunt
proximi. Si vero omnis homo est proximus Ju-
deus non reputat proximum nisi iudeum unde
dicitur Deutronomii xxiij non fenerabis proximo tuo
sed alieno. sic intelligitur aliquis alieno id est gentili
vel samaritano. Patet dominus breviter respondisse. Omnis

homo tunc ex proximo secundum malum similitudine
opinionis quam videt et inimicum esse proximum
Ille enim qui incidit in latrones erat Ierosolimi
ta, Samaritani autem erant ut dicitur inimici vi
cini aliquae gentes in festabant Iudeos Samari
tani adversabantur eis, videndo autem inimicum esse
proximum. Et per consequens omnem hominem esse proximum
R Secundo declarat in parabola quis sit proximus
2 Suspiciens autem, id est sursum aspiciens, ideo sursum
aspexit quia de rebus magnis locutus erat.
Unde scilicet genus humanum descenderat in celesti
ubi fuit per peccatum. Iesus dixit parabolam hanc
Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho
Ierusalem celestis beatitudinis pacis et visionis in Iericho
m defectum humane vite mutabilis et erronee. Et
incidit in latrones id est in potestatem demonum, qui
etiam despoliaverunt eum veste immutabilitatis
et innocentie auferendo et plagis peccatorum impo
sitis, id est illatis quibus humane nature integritas
violatur. Abierunt non absistendo cessando sed
occultando. Semivivo relicto. Et quia
si immortalitatis possit auferri, oculus tamen
hominis remanet quo deus potest cognosci
Accidit autem ut sacerdos et levita transierunt
quia sacerdotium legis et eius ministerium peccata
non curaverunt. Vel sacerdos et levita intelliguntur
lex et prophetia que hominem non sanabant
sed peccata ostendunt et reprehenderunt. Samari
tanus et custos dominus qui omnia custodit. Iter fa
ciens pro nobis homo factus venit iuxta
eum scilicet vulneratum quia in similitudine hominis
factus est et habitu inventus ut homo. Et compassi
vo videns eum oculo clementie misericordia
motus ex compassione appropians. Et miseratione
alligavit eius vulnera quia redarguens

pecca cohibuit. Infundens oleum spiritus sancti ve
niam penitentibus tribuendo. Et vinum timorem
incutiendo. Et imponens illum in iumentum suum
iumentum hic dicitur caro Christi usque peccata nostra por
tavit in pe. ii° hinc in iumento sauciato imposuit
fidem incarnationis inspirando. Duxit in stabu
lum id est ecclesiam. Ecclesiam non domum sed stabulum
vocavit quo nomine nescias et scitoles hinc inde
significat ne homo in hoc exilio tamquam in patria ga
udeat. Et curam eius egit quia ecclesia egrotum
sollicitus fuit. Et altera die scilicet post resurrectionem
qua splendore lucis eterne magis effulsit protulit
duos denarios glosa duo testamenta que et no
mine et regis ymagine continet eterni. Et dedit sta
bulario. Sicut apostolis sensum aperuit ut in
telligerent scripturas. Curam illius habe. Et quodcumque
supererogaveris. Ecclesia supererogat qui predicat sed
alter bene quis predicat stipendia non accipiat ut
paulus Cor. ix°. Vel supererogat qui non solum
preceptum non habeo consilium autem do. Ego cum rediero
reddam tibi. Mt. xxv. Et in patria. Euge serve fi
delis. Quis horum tibi qui fecit misericordiam cum ille
cognatio non facit proximum sed misericordia que misera
tiorum nomen est. Nichil enim tam proximum est quam
natura miserare sortem. Vade et tu fac similiter
proximum necessitates sublevando ut te proximum
diligere sicut preceptum manifestat. Sermo de ea
dem dominica
Beati oculi qui vident que
vos videtis Luce x. Et Mt. xiii°. Sicut
dicit beatus Aug. in v° li. confessionum loquendo
ad deum. In felix homo qui scit omnia te aut
nescit. beatus autem qui te scit. etiam si alia nescit
et in ueo et illa novit et te non propter illa bea
tior sed propter te solum beatus est si te cognoscens ut
deum glorificat. Ex quibus verbis patet beatitudine

precepta sed consilia
dat ut apostolus ad
Cor. vii. De virginibus
aut

Sermo de eadem dominica

a

uitam consistere in visione vel cognicione dei ut
dicit Aug. Visio est tota merces Et hoc ip
sius affirmat saluator noster qui dicit Joh. x
vij° Hec est vita eterna ut cognoscant te solum
verum deum et quem misisti ihesum xpistum. Et hoc idem
innuunt verba predicta Beati oculi qui vident que
vos videtis. In quibus quidem verbis implicantur
tria que ad qualibet visionem concurrunt scilicet orga
num species et obiectum. Organum visus sunt o
culi cum intencione voluntatis Et hec se tenent
ex parte videntis. Species est ymago vel similitudo
rei visibilis impressa in oculis quod est ipsa visio
et sensus formatus. Obiectum est ipsum corpus
quod videtur a quo solo fit illa informacio sensus
que visio dicitur prout hic hoc subtiliter declarat
Aug. 9 li. de trin. c. ij. vbi ostendit Secundum hec tria
est in exteriori homine summi posse ymaginem
dei scilicet trinitatis unitatem. Et hec tria notantur in verbis
assumptis Organum in eo quod dicitur oculi. Species
vel visio in eo quod dicitur vident Subiectum vero
quod subditur que vos videtis. Circa ad primum
et hec omnia tamen secundum quod in nobis possunt considerari
quadruplices oculi quibus videtur ipse xpistus
quadruplici visione in quadruplici lumine et quadru
plici forma obiectuali quibus correspondet quadru
plex beatitudo ut sit sensus quibus sunt sine
habent veritatem verba domini premissa scilicet beati ocu
B li qui vident que vos videtis. Primi ocu
li in nobis sunt corporales quibus apostoli et
alij illo tempore quo xpistus fuit in hoc mundo vide
runt xpistum presencialiter et hoc in lumine corporali quia
sine lumine nichil videtur. Viderunt enim eum
in forma humana sicut et alia obiecta cor
poralia que oculis corporalibus videntur. De qua
visione [illegible] fiat [illegible] xpistus videbit omnes
[illegible] [illegible] [illegible] viderunt et actus vite

eius et signa et mirabilia que faciebat de quibus con-
omnibus oculi corporis hic beatificabantur unde dicitur Beati
oculi etc. Sed ista beatitudo considerans hanc visionem
est exigua et vilis secundum se. Quia sic iudei vi
derunt et infideles qui fuerunt sui crucifixores
beati fuerunt quia videbant signa et mirabilia que
faciebat. nec tamen propter hoc fuerunt beati, nisi secundum
vulgi opinionem que ingnara beati dicuntur illi qui audi
unt vel vident multa mira et mirabilia quem
admodum regina sabba beatos dicebat servos salo
monis pro eo quod coram eo stantes audiebant eius
sapientiam iij Reg. iiij^o. Quam etiam quandoque in
seculo beati dicuntur nec in ipsis beati dixerunt quilibet au
tem sunt spiritualiter tamen et corporalis visio
multos beatificavit quia tam graciosa erat illa
benedicta facies quod se intuentes sibi attrahebat
unde non nunquam ex ista visione corporali alia vi
sio scilicet spiritualis digna sequitur. Quare dicebatur sic
et nunc ex visione corporis christi in sacro quanto
magis accedunt non nunquam oritur etiam devocio
in corde intuentis ymaginem crucifixi quanto ma
gis credendum est de illa facie viva et divina et
humana. Unde Jero. super Mt. Certe fulgor ipse et
maiestas divinitatis occulta que etiam in facie
relucebat humana videntes ad se trahere poterat
primo aspectu. Si enim in magnete lapide et
sucinis dicitur ut ferrum trahat quanto magis dominus
omnem creaturam ad se trahere poterat quos vo
lebat. nec mirum quia si de facie regis assueri
hester in admiracione suspensa dicebat val
de amabilis es domine et facies tua plena gracie
Hester xv. Quomodo de ista graciosissima facie
christi dicere potest quilibet fidelis. Unde illam
hanc autem graciositatem faciei christi incarnate prog
noscentes sancti patres antiqui suo affectu desi
derabant eum videre oculis corporalibus sed tamen

no viderunt. Et hoc est quod subditur post verba proposi-
ta: Dico autem vobis quod multi reges et prophete volu-
erunt videre etc. Illi enim patres licet Christum
eum viderunt a longe puta per speculum et enig-
ma corporaliter tamen facie quam desiderabant non
viderunt nec sapientiam ex ore eius audierunt. In
cuius figura legitur iii Reg. x° quod regina Saba de-
siderabat videre vultum Salomonis et audire sapi-
entiam quam dederat deus in cor eius. Iste verus
Salomon fuit Christus. Regina vero patriarche sed non
tunc eum viderunt quia nondum venerat pleni-
tudo temporis in quo misit deus filium suum. Sed post-
modum verbum caro factum esset. Sed Symeon qui
inter alios patres ardentius desiderabat faciem
domini in carne videre ineffabili gestabat gaudio
eum cum solum non videret sed eum in ulnis portaret.
Et tunc repletus spiritu sancto cecinit canticum: Nunc
dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace.
Ex quibus liquet patet quante beatitudinis fuit videre
eum oculo corporali, que benedictio est apostolis:
C Beati oculi etc. Beati oculi videntes Christum sunt
spirituales. Hii oculi vident Christum sed per speciem ista
tamen sed propriam. Et hoc in lumine fidei et obiectum
huius visionis est Christus non solum in forma humana
sed et in divina prout ipse creditur filius dei
iuxta illud Ioh. vi: Omnis qui videt filium et
credit in eum habet vitam eternam. Et hec visio
plerumque oritur ex prima ut dictum est. Unde dictum
est Thome: Quia vidisti me Thoma et cre-
didisti. Sed quia semper ex hoc ex illa multi eum
crediderunt in eum qui non viderunt eum oculo
corporali, ideo sequitur: Beati qui non viderunt
et tamen crediderunt, viderunt non corporaliter
et crediderunt spiritualiter. Et isti vero dicuntur beati
quia iam posuerunt pedem in fundamento quo
pertingitur ad beatitudinem. Et quia sine ista

visione prima nullus pervenit sed ad beatitudinem
iuxta illud Mar. ult. Qui crediderit et baptizatus fuerit sal-
vus erit etc. His ergo oculis et hac visione
viderunt Christum antiqui patres qui secundum Aug. eandem
fidem habebant de Christo quam et nos nisi quod quos
credimus nos explicite illi credebant implicite
et quod nos credimus factum ipsi crediderunt futurum
Et eum sicut Abraham Christum hac visione vidisse
ipse dominus testatur Ioh. viii° ubi dicit ad iudeos
Abraham exultavit ut videret diem dum meum
vidit et gavisus est. Vidit inquam oculis spiritua-
libus id est in spiritu per fidem secundum Lyra. Et etiam
sic multi reges et prophete multi Christum viderunt
per fidem non tamen sic sicut apostoli quia preter hoc
quod viderunt eum in spiritu carnaliter inter homines
conversantem et audierunt eum tanta maiestate
loquentem quam nullus prophetarum viderat et audierat
Unde non dicit voluerunt videre et audire me
quia prophete eum viderunt et audierunt in spiritu. Sed dicit
voluerunt videre que vos videtis. Et hec non
sunt data aliquibus prophetis ut hic dicitur
Tertii oculi sunt intellectuales quibus clarius
videtur a contemplativis in lumine theorico et in
hac visione revelantur archana et divina
anime contemplative plus ultimum secundum gradum
divine dispensationis. Et talibus oculis Christum
videntes dicuntur beati quia hec visio est quedam
eterne beatitudinis participatio et divine dul-
cedinis pregustatio de qua apostolus ii Cor. iii°
Nos revelata facie etc. Et bene dicit Re-
velata facie quia prime due visiones sunt
velata facie speciebus corporalibus quantum ad primam
vel speciebus ymaginariis quantum ad secundam
hec autem visio debet fieri per abstractionem ab actibus
ymaginariis in lumine divino per aliquas in-

telligibiles interiores quem ut dicit Aug.
xii sup. gen. ad litteram prophete viderunt visiones
suas. Et si aliqua viderunt in specie ymaginis
sicut Ezechiel et alii que visio refertur ad
oculos spirituales predictos intelligenciam tamen
misteriorum dabatur eis per visionem intellectualem.
Sic cum Daniel interpretationes sompniorum et visio
num habuit per oculos intellectuales divino lumine
illustratos. licet ipsa sompnia et visiones yma
ginales alii suis oculis sompniantibus vel oculis
spiritualibus fuerunt apprehense. Similiter et Johannes
vidit in apoc. septem candelabra et multa alia
omnia hec in visione spirituali propter ymaginacionis
sed intelligenciam misteriorum habuit per visionem intellectua
lem. unde hec omnia patent per Aug. ubi supra
ubi diffusius hanc materiam pertractat. Hiis igitur
intellectualibus oculis hoc est dubium apostolos
xl tempore vidisse tamen secundum quantitatem qua secundum
divinitatem revelacionem misteriorum archanorum ma
iorem post eius ascensionem et spiritus sancti missionem
ceperunt quia verum dicatur eis Beati oculi qui vident que
B Tercio oculi sunt superintellectuales hiis deus
videtur. Unde glorie de quo in ps. In lumine tuo
videbimus lumen. hiis oculis Paulus in raptu
vidit deum et multa archana que non licet
homini loqui. hiis etiam oculis Moyses contemp
latus est deum ut dicit Aug. ubi supra. Et
hec visio ad quam omnes alie visiones primis
se ordinantur perfecte beatificat oculos contemplantes
videntes regem in decore suo cuius visionis
participes nos faciat omnipotens deus Amen. 288
Alius sermo de eodem Alius sermo de eodem

Beati oculi qui vident que vos videtis
Luce x°. Verba ista in quibus deus beati
ficat discipulos suos qui eum et sua facta
A viderunt oculis corporalibus possunt extendi
ad illos qui eum et facta sua vident oculis

oculis corporalibus / oculis mentalibus prest-
dem et speculatorem, unde ipse dixit ad thomam
quia vidisti me credidisti [illegible] igitur
visionis corporalis describit duas formam vi-
sionis spiritualis / Unde sicut in visione corporali
tria concurrunt. videlicet organum obiectum et
medium deferens / Organum est oculus videns
obiectum est res que videri debet. Medium est
lumen vel aer illuminatus. Sic in visione spirituali
oculi videntes sunt viri contemplativi. Res
videnda est materia contemplanda / Medium deferens
vel videns speciem vel eam ipsam obiectum est lu-
men gratie vel glorie. Et hec tanguntur in verbis
premissis. Cum dicitur Oculi / [illegible] subiungitur
qui vident que vos videtis. Tamen [illegible] premittitur
beati / Circa primum considerenda sunt tria. Primum
secundum quid in viro contemplativo accipiuntur oculi
Secundum qui sunt isti oculi spirituales / Tertium
ad primum sciendum quod sicut in corporalibus videmus con-
trarios secundum qualibet partem corporis accipiuntur ocu-
li [illegible] parte situantur. Sic in spiritualibus con-
sequenter cum in homine sit anima et corpus. et spiritus
oportet videre secundum quid istorum oculi spirituales at-
tendunt. Non enim secundum corpus quia isti oculi
non nisi secundum celestia speculantur. Nec secundum animam
[illegible] anima in corpore tota et in [illegible] nec sic
possit se extendere extra corpus ad celestia
[illegible] amplius [illegible] in
actis est. Et ideo non secundum corpus et animam [illegible]
animatio corporis. Sed secundum spiritum secundum quem [illegible]
et intelligendo similes sumus angelis sicut dicit
Glossa ibidem. Et secundum quem sumus ad ymaginem
et similitudinem dei et capaces eius ut
dicit August. [illegible] de trinitate. Ideo oportet ut secundum
spiritum qui est summum et optimum in homine oculos

accipiamus qui possunt perscrutari secreta dei quia deus ideo misit spiritum suum ut in spiritu nostro [illegible] ... sanaret ad ipsum ut dicit Rich. ... De gratia contemplatione dicitur Eze. viii elevavit me spiritus inter celum et terram ad quam evidentiam duo sunt videnda primo quo spiritus inter celum et terram elevatur secundo qualiter ad huiusmodi elevationem disponatur circa primum sciendum quod sicut dicitur in li. de spiritu et anima duo sunt loca inter que spiritus humanus ponitur ad utrumque ... scilicet deum ... qui ... et hic mundus primo quod ... designatur deus instar ... eternitate ... est ... solus sua eternitate ... quia eternitas est tota simul et perfecta possessio secundum Boecium in de consolacione quod nulli alteri ... soli deo ... et ... semper stabilis ideo mensuratur ipso et est mensura ... mutabilium ... dicitur temporalia ... autem ... ... est collata ... ut quod ... ideo oportet quod ... est ... stabilis ... ideo ... ad hoc ... mensuratur ... quia ... temporalia mensurantur ... eternitate ... mensuratur ... media scilicet ... quod est ... eternitati ... de spiritu et anima ... spiritus humanus ... sunt ... que ... super eminet ... orizonte eternitatis et ideo ad ista que ... in mutabilitate ... ad angelis ... participat cum temporalibus ...

quasi est mutabilis et racionis impressionem patitur
Unde dicitur libro de spiritu et anima. Si spiritus in eo quo
deorsum tendit se dimittat statim pluralitas dis-
tractionis a seipso quodammodo divisus sibi dissociat et
ideo quo adiectis operacionibus talis efficiatur et ad
ipse inclinatur. Unde Hugo de archa Noe. Quamdiu
spiritus noster per desideria fluencia sive fluctuancia vagari
incipit tamen inter divisus est quot sunt ea que con-
cupiscit. Ex hoc ergo patet quod spiritus noster in medio con-
stitutus et qualiter constitutus primam ac plus inter
celum et terram dicitur elevatus secundum elevacionem re-
multiplicem ulterius secundum medium tendit. Unde dicitur
libro de spiritu et anima ubi supra. Si spiritus humanus
ab infima distractione que deorsum est exierit
et se ad summa descendens paulatim se in unum colli-
gens tanto amplius desideriis sursum elevatur
donec tandem omnino immutabilis fit et ad illam
naturam et veram immutabilitatem que est apud
deum perveniat ut perfectus sine omni mutabilitate
in tranquillitudine quiescat. Quantum ad secundum spiritus in-
qualiter ad huiusmodi elevacionem disponitur. Sciendum
sicut dicit Rich. libro de exterminatione mali capitulo ultimo
Antequam spiritus noster elevetur ad illud summe tranquil-
litatis archanum oportet quod fiat veneranda et
mirabilis divisio. Ideo corporis et anime dissolucio
quam alia fiat multo mirabilior multoque gloriosior
divisio anime videlicet et spiritus quam vix unquam operari
solet ut dicit apostolus Hebre. xiiij. Vivus est sermo
dei et efficax et penetrabilior omni gladio an-
cipiti pertingens usque ad divisionem anime et spiritus
Et notandum est quod quandoque spiritus noster ab anima
et corpore abstrahitur et dividitur ut spiritus ipsum
esse dicatur. Aliquando noster spiritus super spiritum se
dicatur. Primum patet per Rich. libro de contemplacione
capitulo xiiij qui loquitur de sancto Iohanne evangelista dicens sic

Cum spiritus in se ipsum tunc recte esse asseritur cum sedo co-
tidie omnium obliviscatur, in quibus et ignarus omnium
que in corpore aguntur, et illa solum intelligit
per memoriam et intellectum que in spiritu et circa
spiritum aguntur. Unde Iohannes apostolus: Ego fui in spiritu
in dominica die. Vel sicut ibidem dicit Richardus: Hoc
est spiritum esse in spiritu semetipsum intra semetipsum
totum colligere et ea que interius sunt et circa
interius fiunt penitus ignorare. Ad hunc eundem
dimensionis raptus fuit beatus Augustinus cum quadam
vice quedam mulier ad eum accessisset ut eius
auxilium super quadam tribulacione inploraret, ipse
sedens in studio nec vidit nec audivit eam
quantumcumque clamantem et pulsantem, quia totus
in se recollectus fuit in spiritu de sancta trinitate ar-
duissime disputabat, prout postea eidem
mulieri fuit divinitus revelatum. Secundum potest spiri-
tus in aliquo ita abstrahi et fervore amoris
super se ipsum rapi, ut spiritus super spiritum esse di-
catur. Unde Hugo super hierarchiam angelicam: vehemens est et
acutus amor cum omnia transcendendo despi-
cit et super fundum autem timore cum etiam se ipsum
transcendit et in comparatione dilecti se ipsum despiciat
et per dilectionis ignem sursum tollatur, ut sic
totus vacat a se nec se ipsum cogitat, deum solum
deum amat. Et Hugo: Hoc modo Petrus raptus
fuit super se, de quo dicitur Act.: Et Petrus ad se re-
versus. Exponens Richardus ubi supra
dicit: Hoc sane non inprudenter dicitur ipse Pe-
trus longe super hominem fuisse, quia a se ipso
longe et super se ipsum recessit; alioquin iam
non erat unde ad se rediret. Ad hunc quoque gradum
raptus fuit Augustinus tempore quo solus stabat cum
matre in Tiberinis ad fenestram et colloque-
bantur valde dulciter, transcendentes cuncta
carnalia attigerunt rapti toto ictu cordis

regione ubertatis indeficientis fontis eterni
ut habetur ix° confessionum. Et canit patet iii Regum x°
ubi legitur quod regina sabba videns sapientiam
salomonis etc. non habuit ultra spiritum etc. Unde ex
ponens Richardus ubi supra dicit Nonne recte dicatur
spiritum suum non habere qui incipit omnino a se ipso de
ficere ita ut a se ipso iam non stare. Certe illa ille
spiritus humanus spiritu divino quodammodo videtur
deficere prae [illegible] magnitudine. Et sic to
tum in illud divinitatis archanum intrat cla
mat ad ipsa defecit in te in salutari anima mea
hec ille. Ad hunc gradum levatus periit augustinus
li. medi. ubi dicit sit ergo domine rege et tene
spiritum meum et sume illum secundum voluntatem tuam
ut te duce ascendat in illam regionem ubertatis
ubi pastus in eternum est pabulo veritatis ut
ibi vel rapida cogitacione attingat summam
sapientiam super omnia manentem cuncta cuncta [illegible]
scientem et omnia gubernantem. Sic volitat affec
tus meus in multa obstacula. Visu tuo domine
conquiescant in omnia ipsa silescant omnia preter
eunt et que cuncta sunt continuendat ad te et vive
mat ad te atque inte solo creatore suum oculos
spiritus figat tibi inherent tibi intendat te vere
videt te contemplet te ante oculos ponat
te sub corde revolvet summum et solum et unum bonum
et gaudium sine fine mansurum hec augustinus.

Quid in tercio secundum textum sub primo 19

Beati oculi qui vident que vos videtis.
Verbo secundum quod oculi viri contemplati
conspiciunt secundum spiritum. Sequitur videre qui
sunt oculi. Ad cuius evidenciam est sciendum
triplex spiritus humanus ut dicit est abatua super
sapiens quamvis non sit eiusdem nature tamen
deus est ymago tamen illius se ubi supra

contemplative ad ipsum deum ascendat ut eum
intelligat et diligat ut dicit ysidorus de spiritu et
anima Oculi igitur mentis sunt intellectus
et affectus in quibus intelligendo et diligendo
spiritus ad eterna se extendit et ad ea aliqualiter
attingit unde hugo li° an. ierarchie oculos
inquit celestes id est spiritus ad eternam dilectionem
et cognitionem ascendunt et proxime sunt secundum ex-
cellentiam tollentes quia sunt iuxta deum q
ille. Duos itaque oculos habet spiritus scilicet intellec-
tum et affectum vel cognitionem et amorem quorum
uno spiritus intelligit alio requirit secundum Bernardum
iuxta illud psalmi Respexit super filios hominum ut
videat si est intelligens aut requirens deum. Istorum
duorum oculorum secundum Bernardum de caritate co-
gnitionis est oculus sinister amor vero dexter dex-
terum vero est quod valet multum tamen in oculis
quod in animalibus quorum semper sinister debilior dex-
ter vero fortior Et similiter oculus cognitionis
est debilior quia in hac vita non possumus deum
cognoscere sicut in se ipso subsistit ipsum tamen
amare possumus ut in se ipso subsistit Et inde est quod
in scriptura nobis non precipitur modus cognitionis ut
non plus sapiamus quam oportet sapere Ro. 12 immo
[illegible] non precipitur nobis modus di-
lectionis immo amare plus quam possumus sapere
in quantum quanto dilectio est ferventior et intimior
tanto est melior quia magis deo unit propter quod
dicit Bernardus quod deus omnia facit in numero pondere
et mensura excepto solo amore cuius modus
amoris est non habere modum. Bene igitur oculus
amoris dicitur dexter quia ubi cognitio foris stat
ibi amor subintrat. Sacerdos igitur secundum Bernardum
utroque oculo amoris plures prerogativas habet
est enim castus simplex rectus et dexter castus
quantum [illegible] dicitur oculus columbinus quia

mulieribus tamen humano gessit nulla libidine figitur
sed transitorijs contemplatur eterna. Iste est oculus
numquam clauditur quia indesinenter illud intuetur quod
amat. Si enim amor est oculus oportet utique amare
quod videt sicut dicit Augustinus. Iste est oculus
numquam clauditur turbatur aliquo puluere terre-
no quia nichil concupiscit forinsecum. Iste est ocu-
lus numquam tegitur caligine quia indesinenter intuetur
lucem diuine bonitatis. Iste est oculus numquam
grauatur sompno quia semper est vigilanter erec-
tus ad desiderium summi boni Cant. 5. Ego dor-
mio et cor meum vigilat. Iste est oculus semper
quia nulla vmquam cadit suspicio sed omnia in me-
lius interpretatur. Iste est oculus est visu acutis-
simus quia spiritus id est spiritualis oculus amore
omnia scrutatur et profunda dei. Iste est scilicet
oculus amoris dicitur castus rectus et dexter
quia ipsum nulla seorsum trahit intencio, nulla
deorsum deflectet terrena affectio sed diuina vi-
more semper eum tenet. Hic est oculus id est
vnus quo sponsus in Cant. se vulnerat fatetur
Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa
columba mea in vno oculorum tuorum. Sponsus
nempe ab amatoribus vtroque oculo videtur sed
vno solo vulneratur quia vbi intellectus caligat
amor penetrat vbi ille repellitur iste dimittitur.
Hunc voluntatis oculum dextrum iste naas rex
amonitarum id est dyabolus summo studio molitur eruere
In hoc inquid ferio fedus vobiscum vt eruam
omnium vestrum oculos dextros 1 Reg. 10. Sublato
enim amore qui oculus est dexter ad solum
errorem remanet intellectus intelligere enim et
non amare illorum erat qui cum cognouis-
sent deum non sicut deum glorificauerunt. Et hoc
est quod curiosos et insaciabiles scrutatores diui-
ne virtutis et veritatis scrutatores perhibet plane solo
eo valeant intellectu, isto enim solo illum

· ... In hoc feriam vobiscum pactum vt eruam omnium vestrum oculos dextros.

aspice° cotendunt vo i ista volunt² cor sposi
illo inpllo sibi placet / sz v oculo dextro / intell
qm istu oculu aliqo dicitur / Est aut notabil²
aduertend q spus nr sit elatus sit dimissus sit
vnitus sit dispositus ut pdcm est quqz vno tm
alterutro oculo quqz nec vtroqz oculo quqz nec
vtroqz oculo divina qntia qtemplat² / Quod
sic est vide / quqz cu spus nr aliquo i fluxu
lucs divini nl et sub i fluentia aliqua the
arthici lucs et aliqua arthana et supnalia
divinitus revelant absqz actuali aliqua po
gnencia divine suavitat tnc vno tm sz oclo
sinistro qtemplat² / Dum ēnu nec tmpo aliquo
gustu intue suavitatis tangit² absqz eo quod
sibi v luce thcarthito aliqua supnalia reve
lant² tnc alteo vno oculo sz dextro divinam
qntiam intuet² / Sz qu spus divino luie pfun
dit² et nichilomi i qsolatione divine suavitat
reficit² tnc vtroqz oculo dvm delectabilit qtem
plat² / De ist oculis spus dicit² Can 5° / Ocli
eius sicut columbe sup rivos aquaz que lac
te sunt lote et resident iuxta fluenta plen
sima / Dicunt² ecc oculi spus sicut columbe p
simplicitate ut dcm est tam i intellectu vel
aberrent adeo qua i affectu ne declinet
a summo bono / Isti oculi sunt sup rivos aquaz
spectantes dlm i affluentia celestiu donoz
Tales aut oculos dicunt² lacte lote i inocencie
candore decorate / que resident iuxta flucta
plenissima divine bonitat / Quia quto plus
hauriunt dcognicione et amore tanto plus sup
affluunt ois oplenitudine divine bonitat
et bitat sup habundancius ad hauriend hac
insaciabilitate oculoz aditens sap / Eccl 1°
Non saciabit² oculus visu / Ps quod ps aut Oc
culi mei ad dnm / Glosa i · Semper qtintus in

semper sunt ad deum non deflexi ad terrena sed semper
ad eterna divina cum Stephano Item in domino salva
tore nostro qui in singulis actibus suis magnifice
semper elevavit oculos suos ad deum patrem ut in
consecratione eukaristie et in multiplicatione panum
et in oratione Joh. xvii Sublevatis ihesus oculis
in celum dixit pater clarifica filium tuum ad
quam glorificationem nos perducat ihesus xpistus amen

Sublimo sermo c — Sub simo 2°

39° Qui vident que vos videtis Dicit sanctus quod
accipiantur oculi spirituales et qui sunt huius
modi oculi testatur ewangelium quod videant quos
fuit secundum philosophum Ad cuius evidentiam considerandum
que ipsi apostoli xpisto viderunt Et quamvis licet multa
et quasi innumerabilia viderunt iuxta illud Jo. in fine
cap. ultimo Sunt autem et alia multa que fecit ihesus
que si scribantur per singula nec ipsum arbitror
mundum posse capere eos qui scribendi sunt libros
Reducuntur tamen omnia per ipsum in xpisto ad sex
Primo viderunt illam graciosam faciem dei filii in
humanitate in qua etiam desiderant angeli prospicere
i Joh. 1° Quod audivimus et vidimus et manus
nostre contrectaverunt de verbo vite Secundo viderunt
sanctitatem vite eius in sua conversatione Joh. xv° vos
autem videtis me quia ego vivo et vos vivetis
Baruch iii° Post hec in terris visus est et cum ho
minibus conversatus est Tertio viderunt eius potes
tatem in miraculorum operatione Luc. v° vidimus
mirabilia hodie Quarto viderunt eius clarita
tem in transfiguratione Mt. xvii° unde Jo. i vidimus
gloriam eius etc. Quinto viderunt eius triumphum
in resurrectione Joh. xx vidimus dominum Sexto
viderunt eius magnificentiam in ascensione
Act. 1° videntibus illis elevatus est Et
post suam ascensionem nonnullis sub legitur apparuisse

A

qui eum viderunt oculis corporalibus sicut pe-
trus qui ad dixit Domine quo vadis. Sic et paulus
i Cor xv Novissime omnium visus est et michi
Ioh xxi quod dominus apparuit et discipulis suis
dicens veni dilecte mi. Unde Aug(ustinus) eciam apparuit
cui christus visibiliter apparuit in locione pedum eius
ut dicat sermo ~~patet~~ per in de laudibus Au-
gustini. Item sancto christoforo qui eum portavit
in humeris suis in specie pueri. Item sancte marthe
que eum vocavit. Veni dilecta hospita mea.
Item sancto Iacobo qui eum in specie peregrini vocavit
ad domum suam. Et alii multi eum viderunt
sed non oculis corporalibus tamen oculis spiritus va-
riis modis. Secundum Bernardum pro qualitate affectum qui-
bus fervent mentem. Quidam enim vident in sub-
stancia et hoc differunt quia quidam in specie
puerili cuius visione mentis in ineffabili affectione
repletur sicut legitur de beata paula ut scribit
beatus Ieronimus in sermone de assumpcione beate
virginis vidit eum natum puerum in presepio
et multitudinem angelorum cantancium Gloria in
excelsis. Simile de nonnullis aliis devotis
qui viderunt christum in specie puerili. Unde de beata
Mechtilde legitur quod ipsa rapta in spiritu in nocte nativi-
domini ~~nativitatis~~ ~~dominum~~ vidit in beatam virginem puerum
natum tenentem in sinu que licet illa rapta de
gremio accipiens et amplexibus stringens
cordi suo impressit ex quo inenarrabilem spiritus
sancti exultacionem percepit. Alii autem contemplantur
eum in specie crucifixi considerantes secundum
Bernardum altissimum consilium dei super salute humana
in eius. Ex cuius consideracione et vi fervencius
sunt amore compassionis lancea cor spiritus eius
figitur. Secundum quod optime Aug(ustinus) dicebat in li. con-
templacionis Ihesu christi Crux clavi lancea
B

clamat undique quod ut reconciliatus sum deo per
si cum clamarem Longinus aperuit latus xpi
et ego intravi et requiesco secure Extendit
brachia in cruce et expandit manus suas pa
tas in amplexibus peccatorum Inter brachia salua
toris mei et vivere volo et mori cupio Hec ille
Hoc amore compassionis quidam sancti tam valde i
spiritu exarserunt quod etiam in eorum corpore vulnera appa
ruerunt ut dicitur de sancto Francisco Legitur de sancta
Monica matre sancti Augustini quod quadam vice
de meditacione passionis xpi tanta passionis
gratiam tantaque gratiam lacrimarum torculari crucis
compressa adinvenit quod vestigia eius per eciam
lacrime super pavimentum copiosissime defluentes
videbantur et quanto plus ab in undancia lacrima
rum hortabatur desistere tanto plus flumina lacrimarum
defluebat Legitur quoque de quodam fratre sancto qui
petivit dominum ut se sibi ostenderet in cruce sicut
olim pependerat in illa quod et factum est cum qua
visione cor eius amoris lancea transfixum est
ut videbatur etiam ipsius doloris gladio pertransis
sit Quidam etiam vident in contemplacione nonulla
de vita xpi et sua eius conversacione Sic vidit
cum Paulus prostratus in via dominum dixit domine
domine quid me vis facere Sic etiam vidit beatus Augustinus
de quo legitur quod cum accepto codice apostoli legisset
Induimini dominum Ihesum apparuit ei una facies clo
quorum castorum et statim ex infusa luce serenitatis
eterne luce non solum illuminabatur eius intellec
tus verum etiam et illustrabatur eius affectus ideo si
dolo ad statum vite restaurator fuit tam non solum
ad amorem fidei verum etiam ad contemptum seculi se
culi omnis atrocissimus displicebat tam ei quibus
agebatur in seculo pro dulcedine dei et in stimulati
sunt ei profundo pectus suum intus domini Qui
dam contra videt eius mirabilia contemplates

aliqua omnem industriam et possibilitatem naturalem
excedentia ut dicit Rich. li. de contempla. c. x°
Sicut Ioh. in apoc. multa mirabilia vidit scilicet
misterijs plena ut quod vidit septem candelabra
aurea et in medio eorum similem filio hominis et
multa alia vidit ibi admiracione digna quorum
intellectu mistico utrumque oculus spiritus illustratur
Similiter adhuc pluresque in spiritu fiunt visiones
et revelaciones mirabiles dei sive de futuris
sive de preteritis vel etiam de presentibus cognitis ipsi
speculanti spiritus sepe ineffabili consolacione perfundunt
Bo^m. In soliloquio ec^ta tui ad deus approximasset
usque ad celestem quiniunctionem visitasset ut deum
est ait. benedicto domine sit et qui de sepulta fuisa
tuis odor eius cuius gaudiatis ubi exaltavit
erudias vox tua plena suavitate. melliflua
est allocucio tua et secunda aut ultimus vi
dent cum in transfiguracione ubi tota trinitas di
vinarum personarum apparuit. Pater in voce fi
lius in forma hominis clarificati spiritus sanctus in
nube. Et quando spiritus in contemplacione nonnunquam
divini luminis influencia rapitur qua ipsi spiritui
quedam archana revelantur sive circa divinarum
personarum proprietate sive circa essencie unitatem in
personarum trinitate sive etiam circa essencialem simplicitatem hec
quo vidit cum in spiritu Iohannes evangelista
cum recubuit super pectus domini ubi hausit flu
enta sacri evangelij In principio erat verbum etc
Hanc etiam divini luminis influenciam sensisse
se fatetur Aug. vij° confess. ubi sic dicit
Intravi intima mea ducente te et vidi
qualicumque oculo anime mee super eundem ocu
lum anime mee super mentem meam lucem
Domini incommutabilem non hanc conspicuam omni
carne. Non hec illa erat sed aliud valde ab
istis omnibus non ita erat super mentem meam
sicut celum super terram sed superior quia ipsa fecit

me et ego i flor quia factus sum ab eo qui nouit
veritatem nouit eam et qui nouit eam nouit et
eternitatem Caritas nouit eam o eterna veritas o vera
caritas et cara eternitas hec ibi Tercio videbunt videbunt
deum in resurreccione et ascensione et corporis et
anime glorificacione et diuinitatem in vida visione
Sicut vidit eum paulus in raptu Et hic modus
perfectissimus dicitur in hac vita scilicet i futura vita
omnibus sanctis confertur qua videbimus eum sicut
est eterna visione nobis concedat deus amen

Dominica Tredecima post Trinitatis — Dnica xiiij

Dum iret ihesus in ierusalem transiebat per mediam
samariam et galileam et cum ingrederetur quoddam castellum — et galilea
occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt a longe
et leuauerunt voces suas dicentes Jhesu preceptor
miserere nobis Sicut dicit tullius ad pietatem be
neficia parata eum retorquet vnde et vulgariter — a
dicitur Tercio mox inter decem reuertitur qui sicut fit de
accepto beneficio gratus extitit quod bene competit
in presenti ewangelio vbi mundacione decem leprosorum de quibus
solus vnus reddidit grates deo Istud igitur ewangelium
diuiditur in tres partes In quarum prima ponitur le
prosorum affectuosa peticio sine deprecacio In secunda po
peticionis effectuosa concessio ibi Quod ut vidit
In tercia subdit accepti beneficij vnius recognicio
ibi vnus autem ex illis Circa primum tria sunt
committat circa progressum xpi Cum iret ihesus
in ierusalem Istud fuit iter in ierusalem inter ut po
lucet xiiij dum complerentur dies assumpcionis eius
Transiebat per mediam samariam que erat via
conueniens tuta quia erat discordia inter iudeos
et samaritanos siue samarios ipse inter vtrosque
transijt ut tamquam pacificator et mediator pa
cificaret vnde subdit Et galileam que per
tinebat ad populum iudaicum Nota quod xpus
vadens ad passionem pertransijt gentes et iude
os dat intelligere quod fructus sue passionis

in omnes gentes erat futurum. atque fides nomini
eius per mortem et iudeos et gentiles unum de-
bebat efficere apostolus. Et dum veniret ad leprosos occ-
sus Et cum ingrederetur quoddam castellum ante eius
ingressum quia non erat licitum leprosis castell
appropinquare Occurrerunt ei decem viri leprosi
B Nota quod lepra mortale peccatum signat quia peccatum est
corruptio anime sicut lepra carnis vel ma-
nus lepra non est morbus qualiscumque sed horri-
bilis. ideo peccatores decem leprosos non quoscumque pec-
catores sed magna decem peccata que possumus in-
telligere Primus leprosus est hereticus unde moy-
se dubitante de verbis domini dicit quod manum lep-
ram contulit ad mysterium numeris Secundus leprosus
est scismaticus quia lites seminat unde maria in
de maria obmurmurante moysi dicitur numeri xij
quod apparuit lepra candens quasi nix Tercius
symoniacus ut datum est giezi petenti munus de
beneficio collato lepra naaman adhesit
iiij regum v°. hec plaga lepre sic inficiat
ecclesiam ut quod dolor est dicere principes greg-
xpi tali morbo laborant et tam leprosi ac-
cedendi sunt ad ministerium altaris. In vitas patrum quid-
dam visum est cuidam religioso quod agebatur
quibus coram pontifice ut procedet tanta pertin-
gens cetus ut datum est ei cum convobis leprosus
est ipse causa est tanti mali Cumque sic intueretur omnes
apparuerunt surrexit unus et euulsit capillum
de capite pontificis atque sufflauit in illud et dixit Tu
es leprosus et in eadem visione didicit quod erat
symonie uicium quod ipsum leprosum faciebat Quartus
leprosus est silator et ypocrita et est uicium
dolor in corde put dicitur hic xiiij° Quintus le-
prosus est sacrilegus qui preest his assumit sibi
ministerium ecclesie. Paralipomenon xxvj dicitur de ozia
quod lepra orta sunt in fronte eius ex eo quod pontificis

misterium operabat / Sextus leprosus est proditor unde
iiij Regum iij° dicit: Non deficiat de domo
Ioab leprosus quia proditor est / Septimus est usu-
rarius qui sicut Naaman dives fuit leprosus iiij
Regum v. Sicut enim lepra carnis consumit sic usura consumit
aliorum divicias. Et videmus quod usurarius usura-
rium generat sicut leprosus leprosum quia usurarius
docet filium suum quomodo debeat lucrari. Dat sibi
custodiam lucrorum. Ultimo moriens omnia sibi re-
linquit que usuris lucratus est et filius non reddit sed
usuris addit usuras / Octavus leprosus est adul-
ter Levitici xxvij° plaga lepre orta est ulcere.
Ulcus enim est vulnus computrescibile in qualibet
sit et ad absolutum appetat: unde natus de ab-
luto machinacionis hoc est ad illicitos coitus / Unde ut
dicit Beatus Augustinus super Genesim ad litteram / Nova lepra
horribilior et maior est aliis flagiciis sodo-
mitarum. Hec est elephancie lepra cum ceteris passioni-
bus maior. Dicit enim magister in odio / quod qui hoc
vicio laborat si non relinquit usque ad etatem sal-
vacionis vix potest postea corrigi. Et dicit quod hoc lu-
xum esse pessimum / Dicit enim lepra corporis pru-
ritu calcat ardore et doleat et consumit carnem
sic ardor huius flagicii corpus consumit. versus l°
Ambulacio in flammis quibus nos accendimus est.
Nono ponit leprosorum devota supplicacio. Qui ste-
terunt a longe / eo quod lex in doctorum Levitici xiij° le-
prosum immundam et non tangendam indicabat
Sed lex ewangelica lepram vituperatam indicat esse
immunda ut Theophilus exponit / Theophilus quoque exponit
dicit: a longe stant quia verecundantes de immundi-
cia que eis imputabatur. Putabant enim quod Christus eos
quemadmodum ut alios immundos fastidiret. Sic
ergo a longe steterunt loco sed facti sunt proximi
deprecando. Unde subdit: Et levaverunt voces suas
cum magna instancia affeccionis. Per quod addimus et tribulaciter
clamantes: Ihesu preceptor. Sed ihesus quoque vult

Ihesu preceptor / quo sunt miserere nostri / in quo corporis in-
digenciam manifestant. Sed spiritualiter asserue-
runt / miseriam vocantes Et sic peticio digna
fuit apte petencium quia misericordiam exoptabat
a quo petebat quia scilicet ihesus volens et precep-
tor potens / Moraliter autem castellum in quod
ingreditur dominus significat cor humanum / In cuius introitu
occurrunt decem viri leprosi id est transgressores decem man-
datorum legis / Debet autem peccator ad cuius cor in-
gredi debet salvator eo modo se habere quo habuerunt
se isti leprosi / Primo itaque debet stare a parte retro
sicut stetit maria magdalena luce vii. Retro
stans secus pedes domini. Secundo debet stare
a longe utiliter considerando et erubescendo sicut
fecit publicanus a longe stans luce xviii. Tercio
levare vocem ex profundo cordis ad instar illius in co-
ntricionis verba prorumpens iudicum. Clamaverunt filii
israel voces suas cum magno ululatu. Quarto
sua non aliena peccata primo confitendo sicut dixi con-
fitebor. Quinto dicat david ihesu preceptor miserere
implorando humilitate miseriam divine que est ma-
xime peccatoribus optima / de quibus inducitur illud
Tercio regum quia ut supra quia reges israel clementes
sunt cum misericordes sunt / Secunda pars 392

fr. ps

Quos ut vidit dixit ite ostendite vos sacerdo-
tibus. Et factum est dum irent mundati sunt
Secunda pars in qua ponitur exaudicio peticionis et

a

tria facit / Primitur cum primo Christi benignitas
affectus Quos ut vidit / benignitatis affectionis
et compassionis oculo. Non abhorruit quamvis dominus
aspicere maculam istam lepre que in nobis dicitur
tamquam leprosus reputatus est / Secundo ponitur Christi
imperium ut ostendent se sacerdotibus Sicut est
scriptum levitici xiii / plaga lepre si fuerit in homine
adducebatur ad sacerdotem / vidit eos misit ire ad
sacerdotem / Primo in eo inducitur transgressor legis

Scdo ut ondet exhibendam sacerdotibus reueren-
ciam. Tercio ut sacerdotes cogerent laudare mira-
culum quod illi sanarent, quos indicat esse leprosos.
Quarto ut ondat se maiorem virtute esse quam lex
vel sacerdotes qui lepram cognoscebant quam sa-
nare non poterant. Quinto ut doceat in korem [?]
lepram emundare (supposite) nisi saltem fuit proposita ca[u]sa
sacerdotibus demonstrare post confessionem. Que confessio
quatuor condiciones debet habere. Primo quia debet
esse voluntaria, unde dicitur Ite nec ducti nec trac-
ti nec coacti sicut qui tormentis afflicti confitentur
peccata sed non ex voluntate. Ps. Ex voluntate mea
confitebor illi. Secundum [?] fiant quidam qui timore mor-
tis vel ultimis confitentur. Item confessio debet esse inte-
gra et aperta, unde dicit Audite quid egistis quid
cogitastis quid locuti fuistis. Non dicat vel excusa-
cionibus vel palliacionibus verborum aut menien-
do aut non plene omnia peccata recitando ad de-
bitum circumstanciis. Queritur autem sunt quare
oportet confiteri peccata. Primo quia non potest dissol-
vi nodus nisi manifeste. Nec curari volnus
ignotum, nec de occulto prestare auxilium nec dari
sana tempore latent. Infirma autem dissolvunt nodos
Deus peccata et sanat, volnus consilium dat, et
et emendat forefactum. Secundo quia peccatum est vena
sicut humus qui fovet dum latet sed dum patet mo-
ritur. Tercio quia confessio est sicut lima tollens
peccati rubiginem ab anima, sed ne tales immundicia et ten-
[?] maneat oportet per confessionem eici. Quarto quia
in liquoribus vase corrupto fit alterius gustus. Ergo per
peccatum [?] peccata sit corrupta anima manifestum est quod con-
fessio est gustus et corrupta anima. Propterea dixit
propheta Dixi confitebor adversum me. Item confessio
debet esse pura, unde dicit vos sed audite et
non alios. Contra quod aliqui faciunt duplicater
[?] eorum aliorum facta recitant. Alii autem
revelant eos cum quibus peccaverunt. Alii autem non

se audiunt sed nolunt interrogari de peccatis quam
inclinus noverit confessor ea que fecerunt quam
ipsi peccantes In quibus tamen casibus et quo fieri
debeat interrogatio prudens debet confessor ponderare
Item confessio debet esse ordinaria quia non cuicumque
facienda est sed sacerdotibus qui sunt claves ecclesie
et curati ipsi qui constituti sunt auditores et in
dices morborum animarum // Tercio ponitur salutis effectus
3 Et factum est dum irent ut sacerdotibus se monstrarent
mundati sunt // Tribus de causis mundati sunt an
tequam venirent ad sacerdotem Prima quia deus noverat
quod sacerdotum superbia si contempsissent eos aspicere ne
scandalizarentur voluit sanare // Secundo quia bonum
obediencie eorum hoc meruit // Tercio quia voluit osten
dere quod non virtute legis aut sacerdotum curantur mundati
sed dei imperio Tercia pars
3a pars Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus
est cum magna voce rediens glorificabat
deum et cecidit in faciem ante pedes eius
gratias agens et hic erat samaritanus Respondens autem 393
Ihesus dixit Nonne decem mundati sunt et novem
ubi sunt Non est inventus qui rediret et da
ret gloriam deo nisi hic alienigena Et ait illi
Surge et vade quia fides tua te salvum
fecit // Tercia pars in qua ponitur accepti beneficii
vera recognitio et tria facit Primo eius tangitur
forma observanda in gratiarum actione Primum est be
neficii recognitio ne sit insensibilis obliviosus
sed attendat et recordetur quod sibi est collatum
Unde dicit Unus autem ex illis // Non omnes quia ut
dicit Tullius ad prestita beneficia pauci amici [illegible]
quet Et vidit id est diligenter advertit et considera
vit // Quia mundatus est Secundo requiritur ut reci
piens beneficium prompto sit ad mandatum conferen
tis quia est ei obligatus // Unde regressus ad ihesum
ut paratus esset ad eius mandatum quemadmodum

aliqui fugiunt a conspectu et presencia illorum a quibus
beneficia receperunt. Secundo requiritur commendacio
accepti beneficii. quia ut dicit Crisostomus licet deceat
beneficium et fugiendo laudem hominum tegere tamen hiis quibus
beneficiamur decet publicare beneficium ut per hoc
deus laudetur et tales ad eius alii moveantur. Et hoc
est quod dicit Cum magna voce quod significat devo
cionis magnitudine magnificans deum in eius
beneficio. Primo et principaliter magnificare deum
oportet quia beneficia dedit unde sub benivolencia
et voluntate benedici. Secundo requiritur ut bene
factori exhibeatur honor et reverencia unde
Aresth ethicorum ut sit iusticia inter dantem et recipientem
sicut beneficiarius dat bonum utile ita exigit bonum
honorabile. Et cecidit in faciem suam exhibens
ipso reverenciam. Tercio requiritur humilitas ut
semper se humiliat ei a quo recepit beneficium
unde subdit Ante pedes eius dedit ei acce
dendi beneficium fiduciam unde dicit Thomas.
Quarto requiritur ut credat se non commisisse sed gratis
beneficium accepisse. Unde dicit Glossa gratias agens et hic
erat samaritanus exigente credibili in dictis corpo
ribus et hiis qui legem ignorant. Et ideo
magis commendatur. Thomas dicit quod hunc potest quia
nullo modo aliquem impediri qui deo possit pla
cere. et si de genere prophanorum processit. Summo bonum
propositum gerit, nec aliquis ex eo quod de sanctis
parentibus sit superbiat. quia novem leprosi mundati
qui erant israhelite ingrati extiterunt. Non B
enim semper ille mundatus est quod lepra pluribus modis
legitur fuisse mundata. Primo occultacione Exodi
4° quando moyses retraxit manum in sinum et
protulit eam sicut carnem reliquam quia prius
leprosa erat. Secundo oracione ut lepra Marie germane
Numeri xii quando moyses oravit pro ea dicens deus obsecro

Tercio ablucione ut lepra naaman iiij Reg v
vade et lavare septies / Quarto tactu manus
divine Mt viij Dominus tetigit leprosum dicens
volo mundare / Quinto adimpletione obediencie
ut hic factum est dum irent mundati sunt / Hec
quinque sunt illa quibus mundatur lepra spiritualis
Primum est humus apertio absconditi sive absco
sio hoc notatur in manus detectione absconsione
Secundum est sincera oracio quod notatur in inspicia orac
Tercium est lacrimosa contricio quod notatur in naaman
locione / Quartum est infusio divine gracie quod
notatur in manus domini extensione / Quintum est
humilis satisfactio quod notatur in obediencie observa
cione / Secundo 3o super illud Et hic erat samaritanus
Et dominus samaritanos commendat a pluribus
Primo de fidei bonitate Ioh iiij videte regiones
quia albe sunt iam ad messem Et loquebatur
dominus de fide istorum qui venerant dicente domina
verba samaritane [illegible] / Secundo de misericordia et
pietate luc x° de samaritano qui fecit misericordiam
sauciato / Tercio de gratitudine libera ut hic
quod solus ipse ad gratias reddit referendas / Quarto
ponitur requisicio Respondens autem ihesus dixit
Nonne decem mundati sunt et novem ubi sunt
Non interrogat dominus quasi nescius sed ut dicit Glosa quem
ingratos quasi ignorans et ignotos quasi de corpore do
lens ingratitudinem magis autem dolendum est
quam de beneficio perdito Non est inventus qui redi
ret et daret gloriam deo nisi hic alienigena
alienus scilicet gente qui non erat de urbe Et hec
dicuntur vel xpo et tunc erant verba quasi lamentantis
vel dictum est ab ewangelista in confusionem indoctorum
qui non sunt reversi ad xpm. Et quia putabant
se mundatos lege virtute aut quia metuebant
se fateri mundatos a xpo aut quia putabant aliquid

xpo tribuere ipsi mundacionem. Sunt quia sunt sa-
nati ingratitudinis quod obliti sunt deum qui salua-
uit eos. Unde videmus homines cum infirmantur
sollicite deum querere consulere sacerdotes promittere emen-
dacionem vite cum ipse ablata restituere. Sed cum sana-
ti sunt negligunt quia manus dei euaserunt. Sunt
etiam ideo quia grates non egerunt. quia putabant
xpm tamquam medicum ex corpore quem non ex gracia sed ex
debito sanitatem sibi datam ideo credebant. Et
nota quod in hoc quod ille alienigena rediit et alii
autem israhelite reditum neglexerunt prefigurata fuit
vocacio gencium et repudiacio synagoge Rom.
xi. Tercio ponitur fidei istius consumacio. Et ait 3
illi qui redicat qui erat ad volutus ad pedes
eius. Surge animo cessando a peccatis Ephes. v.
Surge qui dormis vade de bono in melius
[illegible] ibunt de virtute in virtutem. Quia fides tua
que est inicium iustificacionis Rom. v. Iustifi-
cati ergo ex fide. Te saluum fecit. Ubi lyra dicit ait
in eo quod dixit Surge apparet liberalitas medici
qui non exigit de salute mercedem sed libere eam
remittit. Quia fides te saluum fecit. Ceteri illi x
mundati erant sed non erant consecuti salutem eter-
nam propter fidei defectum. Unde maiorem lepram
habebant lepram infidelitatis et ingratitudinis
quam ea a qua mundati ~~erant~~ erant. Sed iste sa-
maritanus credendo salutem eternam erat adeptus.
Sed huic dicto videtur repugnare illud quod commu-
niter dicitur et in aliquibus glossis ponitur Augustinus Omnes
deus omnes quos sanauit in corpore sanauit in
anima. Dico ergo iste potuit quod isti leprosi sic fuerunt in
grati. Et deus quos sanauit in corpore etiam
sanauit in anima. si tamen in sanitas in anima fuit
tempore in sanitatis corporis ut patet de paralitico Joh.
v. In illis autem non fuit opus sanare peccatum
cum corporeo morbo ex quo vnus ab alio non mo-

Corpore omnes quos sanavit in corpore etiam sanavit in anima

curabat. Et quia non omnes leprosi erant christus propter
aliam naturalem causam potuit corporis sive anime
sanare. Vel et forte melius ipse utrumque sanat.
Et istis et omnibus quos sanavit in corpore
et in anima. Sed postquam sanati in corpore et iusti-
ficati in anima [illegible] contra et facti sunt ma-
li et ingrati. Sermo secundus

Surge et vade quia fides tua Luce xvii. Verba
ista ad literam exposita sunt ad emundationem
leprosorum. Spiritualiter accipi possunt qui dicta causa sunt
leprosi anime mundate a lepra spirituali. Quidam
homines enim post infectionem peccati originalis per
baptismum regenerati in ecclesia contra sunt et iterum
cum sunt in peccatis actualibus iacentes. Alii sunt
a bono opere torpentes. Alii sunt quieti contem-
plationi vacantes. Hos singulos alloquitur dominus
in verbis premissis dicens aliis secundum statum suum.
Surge et vade. Ubi duo iubentur. Primo in-
bet surge et promittit. Surge sed quia non
sufficit viatori surgere sed oportet eum ambu-
lare ideo iubet. Secundo procede et ambulare. Vi-
de igitur et vade. Primo igitur ista iubentur. Secundo
que et hec triplicat secundum triplicem statum. Surge
[illegible] captivos contra adversarios. Surge a torpore, i. pigritie
contra ad fideles. Et surge a quiete contra ad
contra ad fideles. Et primus competit illud quod dicit apostolus Ephe-
sios. Surge qui dormis in peccatis delectans. Et
vero surge a mortuis in contra dampnatione sed in
consurge et illuminabit te christus. Secundis convenit hoc
verbum quod ab angelo dictum est Petro vacanti Actuum xii.
Surge velociter ab angelo dictum est Petro vacanti Actuum xii.
cap. ab angelo petre matta et madnca. Tertiis convenit
Surge petre. illud verbum sponsi ad sponsum Cantica ii. Surge
illud verbum sponsi ad sponsam. Glosa in intempe-
propera amica mea ubi dicit Glosa in intempe-
stive contemplationis et labora in acquisitione
meliorum. Semper quo ubi Surge dicit contra Surge
domine quid hic audio dicte redde rationem dicti tui.

iubes surge / Nunquid iacuit qui in eminentia contemp
lacionis fuit / Non uere / Ergo non conuerso surgit / Non enim
monitiones tue impossibilia implicat / Absit
domine / non iacuit / super esse cum eminens eo fuit
altior quo inter solium sublimitatem sentitur qui
solus est altissimus / Sed surge iubetur comparacione
cuiusdam nescio cuius situs dicta dormiebat ut semp
tum proponet propter te in sponsante laboraret / propter
comparationem (in)multitudine contenendam Et iste triplex
status hominum innuitur in isto uno mandato / scilicet status
quidem peccatorum conuersorum innuitur in eo quod induit quia
induitus est / Recognouit enim se fuisse in peccatis
et nunc esse misericordie indigens / Et pertinet
ad penitentes / Status autem actiuorum et proficie
ntium innuitur in eo quod regressus est contra sollicitudines
in quo sollicitudo actionis ad quem attenditur / et per
tinet ad proficientes / Status uero contemplatiuorum
innuitur in eo quod uenit et nocte magna magni
ficans deum quod attestatur magne deuotionem et
cecidit ad pedes que omnia pertinent ad contemp
latiuos / Exemplum Maria magdalena / Sed sciendum
quod licet deus quibuslibet de quo statu iubeat surgere
tamen dicat Ricardus de sancto Victore sub licet in distinctione libri istud
Surge / multi tamen de quolibet statu negli
gunt surgere quod contingit ex tribus / videlicet
ex somni refectione plenum retrahente contra
ad primos / Ex temporalium occupatione mente ni
mium distrahente / contra ad secundos Et ex proprii
comodi preuaricatione mente non modicum detinente
contra ad tercios / Contra ad primum sciendum quod
fames multum retrahit hominem ne surgat a
peccatis · Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam
ut tum quod surgere non ualeat Et conqueritur propheta
Trenorum primo Dedit me dominus in manu de qua non
potui surgere / Sermones est quasi quedam manus
retrahens nos a bono et impellens ad malum In
hanc manum dedit nos dominus in pena peccati primi

B

?unt sicut in obediencia membrorum esset homini in pe-
nam sine sed transgressionis. Iste autem fomes
originatur que est in carne sed preduni dan-
ciam in animo, modo cum per sordida scintillacio-
nes inflamatur, modo sordida cogitatione animum
sordidatur ut dicit Richardus libro de contemplacione
quod totum ex fomitis infectione procedit. Et hec
duo scilicet titillacio carnis et cogitacio cordis fi-
gurantur in illis quasi cathenis Petri secundum Richardum
ubi supra. Cum manibus vinctis cathenis stringebatur
ut surgere non valebat donec ruptis cathenis
diceret sibi angelus surge velociter. Et hic
est ad hoc sciendum quod occupacio terrenorum val-
de deprimit mentem ad yma. Unde communis officium
ad resurgendum ad opera virtuosa. Tales vero sicut
ille claudus qui baiulabatur cottidie ad por-
tam speciosam qui per se surgere non valebat. Ap-
petitus cum terrenorum et corpus occupatus semper
mendicat quia semper plus et plus appetit
et numquam dicit sufficit. Et talis mendicus claudus
est et reputat ystria sed eius sanacio est talium oc-
cupacium proposito et tunc surgere potest. Unde
de isto claudo legitur quod cum ei Petrus dixisset
Surge et ambula et sequitur surgens et am-
bulavit cum eis in templum et exiliens sic stetit
bulavit cum eis in templum sciendum quod licet placet
applicat ad totum sciendum quod licet placet
quietis anime in contemplacione per aliquo tempore vult tamen
deus quod anima eciam per aliquo tempore det se ad labo-
rem accionis. Unde in Canticis cum paulo ante
adiuraverat filias Jerusalem ne suscitarent dilectam
aperiret per eam suscitatur dicens Surge propera amica
mea. Que suscitacio non est aliud quam ad la-
borem accionis instigacio. Sed sunt nonnulli qui a-
more suo et commodo quietis super carnali non
libenter surgunt ad laborem sicut patet in ista sponsa
Canticorum quinto. Que sponso requirenti ut surgeret et a-
periret ei excusando dicit Expoliavi me

tunica mea quomodo induar illa Cant. pedes meos
quomodo inquinabo illos Et quia sic se excusando
nolebat surgere ideo postea cum aperire vellet
dilectus declinaverat et transierat Et licet ista verba
habeantur ad literam mere exponendo secundum peccatoribus suis
plerumque tamen ad literam ita contingit quod aliqui praetextu
minus quietis ~~proprie~~ a bonis actionibus retrahunt utrumque
perdunt ut dicit Greg. 6 mor. Sepe inquit
cum humanis usibus occupari bene viuerent gla-
dio sue quietis confossi sunt / Et hoc de sermone primo
capitali super libros surge ~~Cum ut sermo~~ ~~secundus~~ 109 sub sermo 19
Vade / Certa non sufficit anime quod a sponso
iubeatur surge sed etiam ut vadat Ideo postquam
dixit Surge adiunxit vade / Sic etiam A
Cant. ubi dicit Surge (vade) propera amica mea / et
sic etiam ad iussionem sponsi anima ire et properare
debeat / Circa hoc sciendum quod animam ad patriam ten- ante quam fine sue
dente oportet ire novem itinera et sic circulum faciendo peregrinationis attingat
demum redeat in suum principium a quo processit
et dicuntur itinera circuitus quia a civitate in-
cipiunt et ad civitatem redeunt de quibus dicitur
Abacuk iii. Incurvati sunt colles mundi ab iti-
neribus eternitatis eius Et sunt hec itinera novem
que nos commemorabimus dicit anime vade / Primum iter
anime est in sui creatione Et quantum ad hoc dicit
anime vade post me / Secundum iter est in sua accu-
satione Et quantum ad hoc dicit vade coram me
Tertium iter in sui humiliatione Et quantum ad hoc dicit
Vade ante / Quartum iter est in sui abnegatione consideratione
Et quantum ad hoc dicit vade ~~extra~~ te / Quintum
iter est in sui abnegatione Et quantum ad hoc dicit
vade contra te / Sextum iter anime est in resp-
remuneratione Et quantum ad hoc dicit vade ante
Septimum iter est in Christi (sermone) Et quantum ad hoc dicit imitatione
vade prime / Octavum iter est in vita contemplatione
Et quantum ad hoc dicit vade ad me / Nonum iter

B

est insi cu deo unione / Et quantu ad hoc dicit
deus vade in me Et sic completo circuitu isto aia
redit i suum principiu Consulo igitur vade contra
me dicat dns ad aiam i sui creacoe / Ad cuius
evidenciam est sciendum q ala racionalis ab eterno
sm racom ydealem fuit iuncte divina aqua
intpe preacom pfluxit ad esse ppe sbstancie
Sicut aut deus capitulo omnia creavit vbo d.
fiat lux et facta e lux Sic adhuc cottidie
aiam creat vbo qn dicat ei vade contra me
ac si dicat Cum diu fuisti intra me i esse
ydeali vade nc contra ad esse nale ut accedat
illud Gen xxii q dixit dns ad abraham
vade in terram visionis Et bene quando iste ingo
posuit deus celas et celas creaturas que sub ce°
fuit dicitur terra visionis / Primo licet ydea aie
in deo realiter sit ipa divina essencia addit tn
quendam respectum ad contra illud esse creabile
unde esse creatu. Ad quod terminatur hmoi resp
pectus pt dici terra visionis / Alio quia non
sumq p'sic' mundo misi ad videndum et pecca ad
dedendum Unde veniens q pulare signatu e
in columba noe Gen viii° ubi legitur q noe
misit columbam contra archam p fenestram
ut videret si cessassent aque sup faciem terre
que cu non invenisset ubi quiesceret pes eius
reversa est ad eum i archam / Noe qui interptatur
quiescens deum patrem signat qui semp ab
eterno quievit i seipso archa in qua fuit omnia
quia aliud dimencam sicut mente prima
in qua omnia qua eterna sm racones suas ydea
les causales et vitales p contierunt a quibus
p9 modu in esse pfluxerunt fenestra i superior
parte arche sicut racionem illa ydealem actus p
fectorem sui qua aia eterna q spus i tellectua
les pfluxerunt in esse Ab hac fenestra columba

i. anima emissa intra dyssonis non inuenit ubi
quiesceret pes eius / Sz iterum redijt quia anima
carnalis in nulla re creata quietem donec comple
to termino suo ad exemplar suum unde origina
de liter ducta est redeat. Secundo vade cum coram ;
me pater gustavimus / Pp quia cum anima creata · L
et corpori unita fuit et homo ad annos discretio
nis venit oportet eum taliter in hoc mundo conversa
rectiori ri coram recte dominante contingit a suo prin-
cipio proculari Vnde q° contingit hominem dominac
dominus imponit sibi legem d. vade coram me /
Et hoc fecit quia dixit abrahe Gen xvij° Am
bula coram me et esto perfectus Exod libro di
xit dominus abrahe in persona omnium posterorum ut va
dant et ambulant coram eo. Ille autem coram deo
ambulat secundum Glosam Ezechielis secundum Bugslacius dicit vi
uit qui mandata servat qui in omnibus viis et ope
ribus suis semper habet affectum ad deum cogitans
se esse coram eo qui etiam secreta cordis videt /
Sic ambulans coram deo tenet utique sibi necessaria
rectitudine servitutem debitam Sicut servus laborans
aliquid coram domino suo / fidelius operatur domino presente
et vidente quam absente / unde thobias senior
docuit filium suum d. omnibus diebus vi-
te tue in mente habeto deum / Tales fuit illi pro quibus
oravit salomon iij Reg viij° Qui ambulant
coram te domine in toto corde suo / Sz heu multi
non sic vadunt coram deo qui ambulant secundum non
bonas sed per peccata sua ysa lvij° Sicut ille in
cuius persona dicitur Ecci ij° vadam et affluam
delicijs et fruar bonis Et Osee ij° dicebat ipsa
mulier fornicatoria vadam post amatores meos
Tales non vadunt coram deo sed retrorsum. tertio de duobus
quorum itineribus dicit Ciprianus in quadam
epistola dicit lata esse et spaciosa itinera vite letalis
tabis sive letalis illicit illecebre et mortifere

8

voluptates illicit dyabolus blanditur ut fallat.
arridet ut noceat. allicit ut occidat. / Tercio
vade ante propter humilitatem unde Gen xviii
recede ante obsecro dixit abraham ad loth
fratrem suum. Sic deus dicit ante quia sororem
suppellat in Cant. Vade ante ut scilicet homo re
putet se indignum conspectu divino et omnino
insufficientem et impotentem ad aliquid boni. Et
talis humiliacio necessaria est ante tendenti ad con
templacionem dei / humilitas enim est iter quo per
venitur ad alta dei ps Et illud iter quo oste
dam illi salutare dei. Et luce xiiii° Qui se
humiliat exaltabitur unde Ambrosius Qui summa
cupit dignitatis tenere fastigium humilitatis
yma petat. Agitur ergo cum homine in itinere contemplacionis
cum deo ambulante. si desiderat ad altiora sed contemp
lacionem divine humiliet seipsum reputando
se ad omnia indignum. Et iste est quidem recessus
ille deo salubris et deo acceptus Unde ipse in
Cant. iubet sponse ut avertat oculos suos
ab ipso dicens averte oculos tuos ante quia ipsi
me avolare fecerunt. Quod premas oculos tuos viribus in me intende
sed averte te ante tua infirmitate inspiciendo ac
humilia te coram me gratie subiciendo. Sic petrus
recessit a facie domini cum profundissima de
humilitate et in conspectu sue indignitatis procidens
ad genua ihesu dicens Exi a me domine quia homo
peccator ego sum. Ubi considerandum quod non dixit re
cede ego vado a te. nec recedo a te. sed ait Exi
ante. Sciebat enim petrus quod quotienscumque diutissime
puteum domini invenisset iuxta illud ps Quo
ibo a spiritu tuo a conspectu ergo petrus sua indig
nitatem recognovit dominum ut exiret ab eo. Causam
assignans Quia homo peccator ego sum. Sed nondum
quod quanto magis vadit a deo isto modo tanto magis
deus appropinquat sibi unde petrus ... humilia ...

dr Jonas ii ca. quod audita legacione sua in Niniven fugit a facie dni reputabat se indignum tanta legacione et propterea dns fecit mirabilia sua

sui factus est cultor xpo. Unde dns consolando
eum statim dixit Noli timere ex hoc iam eris
homines capiens. Secundo vade intra per ipsius e
consideracionis ut attendat quod dixit dns paralitico
sanato vade in domum tuam i. in domum videlicet cordis
tui et ibi considera te ipsum. sicut docet hugo li. suo
iii° de aia vade inquit ad cor tuum et subtiliter
discute te ipsum considera unde venis quo tendis
quo vivis quid agis. quid amittis. quantum cotti
die proficias vel quantum deficias. Et hec consideracio val
de utilis est homini cauito sive bene complexionato cu
pienti. Unde Crisost. super illud ps. Miserere mei
quoniam infirmus sum dicit. Magna inquit utilitas
est suo dei propriam infirmitatem cognoscere atque in
suis viribus diffidentem nullam fiduciam habere
Tunc enim ad esse incipit virtus divina quando
deficere incipit presumpcio humana. Et isto itinere proprie
consideracionis quod valet magis perficiatur illa profun
dissima humiliacio que in priori itinere per consideracionem
maiestatis divine fuit inchoata. In hoc autem
itinere tendit homo in diuinus in moritur. quasi sibi
horrorem accipit de se ipso. Unde Augustinus in suis
meditacionibus. Domine magne sunt angustie. Si me
inspicio non tollero me ipsum. Si me considero terret
me facies mea. Si me non considero fallet me
dampnacio mea. Si me video horror est in
intollerabilis. Et propter hanc contractionem homo fe
stinat quantocius post ire contra se. Tercio vade
contra te ipsum scilicet abnegacionis tui ipsius ut
attendat illud luc. xiii. Exi et vade hinc. Debet
autem homo ire contra se ipsum in contra propriam voluntatem
contra proprios sensus contra omnem humanam racionem
et contra omnem inordinatam passionem vel ut debet secundum
eternam legem ut possit dicere cum apostolo philip. 3o
Que retro sunt obliviscens ad ea que priora
sunt extendens me ipsum ut ... que retro sunt

agnibus homo exit intelligunt ea que subi
ciuntur legi humane et pora nos ea que lege
etiam regunt sm dictum in ydonea religione
hoc iter docuit dns luc ix xiiii° c° Si qs
vult venire post me / Sed heu quidam sunt
qui videntes suos defectus non tamen cauent
exire sed manent intus oblectando se in defectibus
suis obliti de termino suo ad suum terminum faciendo
Mt xxv° Exite obuiam ei / Sexto vade a te
per iter renunciationis omnium que apud te sunt
Mt xix Vade vende omnia que habes etc. luc
xiiii° c° Qui non renunciauerit omnibus que pos
sidet etc. Ea autem que possidet homo sunt
hec / primum est anima sua quantum ad vicia cor
poralem qua odire debet homo intensius tempor
dem quoad corpus primum tamen commodum et volup
tate homo dimittere debet quoad parentes con
sanguineos et amicos secundum seculum qui omnes sunt
relinquendi iuxta illud luc xiiii c° Qui non
relinquerit patrem et matrem etc. Quoad res tempora
les oportet relinquere iuxta illud allegatum
vade et vende etc. Et hec sunt que homo
possidet Et cum ista omnia homo propter deum
relinquit tunc vadit ipse et dicat illud
nichilque vadam spoliatus et nudus

*Septimo vade post me scilicet per iter imitacionis mee sub sermo 29*

Vade in domum tuam ... qua / Sub sermo 29 396
fidelis tua ut ipse totus homo vadendo
extra se ipsum per abnegacionem proprie voluntatis
sensus omnis affectionis vadendo et ipse pro
imitacionem sui ipsius et omnium sibi attinencium
omnia relinquit et nescit quo diuertat tunc
deus qui est ductor itineris ipsius dicat va
de post me scilicet per iter septimum ac si aperte diceret /
sequere vestigia mea tunc errare non poteris Sic
dixit Petro Jo xxi vade retro post me / Sic
etiam dixit aliis discipulis Venite post me etc.

A

Simile theolonio sequere me. Nota cum perfectio
vere religionis consistit in sequela Xpi. Unde
Aug. in de vita Xpiana. Xpianum inquit nomine illo
frustra sortiuntur qui Xpm minime imitantur.
Et Ciprianus de xii abusionibus. Xpianus inquit
nemo recte dicitur nisi qui Xpo in moribus co-
equatur. Unde illi adolescenti querenti de via
perfectionis Mt. xix ait dominus. Si vis perfectus esse va-
de et vende omnia que habes etc. et veni et seque-
re me. Qualiter autem debemus ire ad dominum et eum
sequi habetur supra in sermone Mt. dominice precedentis. In-
spectando vade ad me pertinet sed contemplationis. Ubi
nota quod ille qui vadit retro aliquem sequitur eius
vestigia sed non videt eum ad faciem. Ex quo col-
ligitur differentia inter activos et contemplativos. Quia
activi vadunt retro dominum vestigia eius con-
versationis imitando. Contemplativi vadunt ad
dominum faciem eius contemplando. Et hoc pulchre
signatum est in Moyse qui typum gerit utriusque vite
tam active quam contemplative. Sic cum peteret dominum
dicens Ostende mihi faciem tuam Exo xxxiii. Responsum
accepit. Posteriora mea videbis. Faciem autem meam videre
non poteris. Ubi per posteriora intelliguntur
ea que pertinent ad vitam activam. Per visionem
vero faciei contemplatio accipitur. Et licet prius vi-
sio faciei Moysi denegaretur. Alibi tamen legitur
quod loquebatur dominus Moysi facie ad faciem sicut
loqui solet amicus cum amico. Et quod cornuta erat
facies eius ex consortio sermonis dei. Et hic sunt
[illegible] contemplationis. Unde ei dictum est aliquando.
Ascende ad me ad montem. Non dicit illi ascende
retro post me. Est autem advertendum quod quamvis ut
plurimum sunt [illegible] et imperfecti ipsi discipuli quam-
diu dominus corporaliter fuit cum eis usque ad spiritus
sancti missionem. Ideo primam de contemplatione dominus eis
videtur nisi in transfiguratione ubi solum tres assump-
sit. Et inde est quod pluribus et plures dubit

B

C

Venite post me vel sequimini me / Et longinquo raro
aliquando dixisse videtur ad me / Una tamen vice vocans
ipse liberaliter invitavit Mt. xi. Venite post
ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego
Ipse bene laborantes in vita activa paratus est
reficere in vita contemplativa / Unde ad hoc fidu-
cialiter debet tendere quilibet homo sive fidelis
anima cui datum est in isto tempore et itinere ut
possit dicere illud Joh. xvi° Vado ad eum qui
misit me et nemo ex eis in mihi misit me
extra se peccatorem ad eum vado / Et ad hoc vocat
eam sponsus Cant. vi. Revertere revertere sunamitis
revertere revertere ut intueamur te / Per hanc
sunamitem que interpretatur captiva intelligitur fide-
lis anima que aliquando cupit captivus quod non recte
perambulat coram deo unde nunc autem est capta amore
divino / Et ideo eam sponsus revocat / Dicit
nunc quater revertere propter quatuor itinera que
perambulat antequam venit ad statum huius itineris
Primo quia aut fuit vadens a deo vadens fuit
iuxta se. extra se vadens ~~fuit~~ ad se vadens prope se
secundum opinionem / Et quia ista iiij°r itinera placabi-
liter transivit / Ideo sponsus amorose ad se revo-
cat eam. dicit quater revertere / adiungens ut
intueamur te / Dicatur nunc sponsus intuear
eam et intuear ab ea / Et pluralis locutio utitur
quia non sufficiat sibi ut solus eam intueatur
Sed ad hoc plures includit / Intueamur ergo te / Spon-
sa et filius et spiritus ~~spiritus~~ sanctus / tota militia ce-
lestis tue / pater eum intueatur te memoria
confortando / Ego filius intuear te intelligentia
illuminando / Spiritus sanctus tuam voluntatem in amore
accendendo / militia celestis tibi congratulando
in casu futuro timendo et commendando nullam
peccatorum contempnendo / Et hiis omnibus dicat
Orat. Et sermo de patre et filio et spiritu sancto /
Deliciosus inquit intuitus in memorie confortatur

Tu et pater meus filius nos igitur omnes in-tueamur te

Deo gratias comprehendendo intellectui tue virtutis credo, propterea intueatur te sibi dando, opera dei in te magnificando

apprime intelligentie illuminate quod filium volunt
expedite prosperum sequi. Armilicia celesti planum
est quod si gaudent super unum peccatore conversione quanto
magis congratulantur de tante perfectionis assecutio-
ne. Unde quod tunc dicat Origenes feliciter te dicam
o anima mea si per te [illegible] tuum si creatori tuo
gratias rependas pro eo quod es bene status. Si eadem
bonum tibi si quod est attribuendo contrarius te
similas tunc optime in falli. Intuere. Dicat idem (de proximo)
Origenes Anima et non in filia considerans profecto
nolent est non penitente respice. Hoc itaque re-
spectu quorum trahens ad imitandum operis lucem
admirandum instinctu regulans nemine contemp-
nendum manifestissime inuenit. Pono hac
in me pater spiritualis unionis. Et attende
quod anima in toto progressu sui itineris nullam quie-
tem inuenire potuit nec est in itinere contemp-
lationis, qua contemplatio hic modicum durat
et transit propter magnam dissimilitudinem animi
donec ibi redeat. Et in isto itinere quo anima vadens
eundem suum principium venit ad quietem. Sic enim
videmus in omnibus rebus creatis quod naturaliter
non quiescunt donec veniant in suum principium.
Exemplum in aqua que numquam quiescit quousque ad mare
deveniat. Et in sole qui numquam quiescit quousque
ad punctum sui motus conveniat. Multo magis
est in anima sola que quidem ad ymaginem dei facta
numquam potest quiescere donec veniat ad suum exemp-
lar. Unde Aug. primo Confess. Fecisti nos domine
ad te et inquietum est cor nostrum donec quiescat
in te. Ad istam autem requiem intrandum propheta ipsam
ammonet animam suam quia dominus benefecit tibi.
Audiens autem propheta ipsum dominum dicentem
me vade in requie hec sciens solum ibi esse re-
quiem et non alibi optabat [illegible] sua dicens
Hec requies mea in seculum seculi. Ceterum autem
ista requie intrare possit anima in suum princi-
pium a quo effluxit. Sciendum quod anima quidem

ab eterno ante sua creationem secundum esse ydeale sunt
in deo et unum cum deo reali conformitate set ad hoc
redire non potest quia pugnat cum creatione in esse ac
tualis creature per unitatem vero cum deo reali formalitate
appetit hic amplius vel unus sibi uniri non possibile
que unio est proprie amoris quo amans uniatur
amato Est enim amor secundum Dyon. qui transformat
amantem in amatum / Hinc est illud i Joh. 4° Deus
caritas est / Et iste modus quo vadit in deum et
manet in eo. Ad ostendendum perfectam unionem dicit
Et deus in eo quia cum esset perfecta anime cum deo
unio si ipsa esset in deo nisi et deus esset in ea
Hinc ipsa veritas ait Joh. 6° Qui manducat car
nem meam et cetera. Circa materiam pertractans Bernardus
super cantica lxxi sermone dicit sic Nolite mi
rari hoc et manducat nos et manducatur a nobis
quo illius arctius astringamur aliis prom
perfecte uniremur illi / Nam si manduco et non man
ducor videbitur ille in me esse set non dum in illo
ego Et si manducor et non manduco me in se
ille habere set non in me etiam esse videbitur nec
erit perfecta unio Set si manducet me ut he
at me in se et a me ipse vicissim manducetur
ut sit in me quibus integra sinacque sit connexio
tunc ego in eo et ipse in me erit Et ponit exem
plum filii non tamen paruma [?] filii in divinis Si fi
lius ita esset in patre ut non esset in ipso pat[er]
aut ita pater in filio esset ut ipse filius non
esset in patre imperfecta unio esset Hinc ideo
quia filius est in patre et ipse in filio ideo est
quo unus clauderet [?] / Set vere unum sunt pa[ter]
et filius / Et hoc aptando ad propositum de unione
anime cum deo / Sub dicit Sic inquit una an[...]
ad herere deo bonum est quo cum consistit sepe
perfecte unita mens et illud esse et se in illo
manentem perceperit / Non quia unum sic dicatur
cum deo sicut unum sunt pater et filius ita
li set formalitate spiritus qui adheret deo unus

spiritus est cum eo sit (ita) quod unum cum eo esse non possimus
sicut filius cum patre Ego in eo sum et pater
unum sumus sicut unus spiritus cum eo erimus secundum
proprietatem adherimus ita quod ista unitatum
diversitas unius ad unum dicit glossa dicit filius
ego in patre et pater in me est et unus spiritus
sumus Denique istam unionem anime cum deo non
facit confusio nature sed voluntatis consensio habet
Bernardus igitur ad hanc unionem deus vocat
eam dicendo Vade in me Et cum concordantia
accedit illud quod dixit marie magdalene
luce vii° vade in pace nunc enim est pax nisi
in deo qui est pax nostra qui fecit utraque unum
Ephesios ii° In qua pace homo vadit in vita ista per
glorie prelibationem Et ad quam nos perducat ihesus xpistus
marie filius Amen. Dominica xiiii post trinitatis Dnica xiiii

Nemo potest duobus dominis
servire. Aut enim unum odio habebit et alterum
diliget. aut unum sustinebit et alterum
contempnet. Non potestis deo servire et mamone
29a Solent homines mundani plus solliciti esse de a
rebus temporalibus et transitoriis bonis quam de
spiritualibus et eternis Et hoc sequendo animalia
bruta que sequuntur sensibilem appetitum sicut philosophus
Albertus dicit aquile aque aut lupus similiter
tamen contrarium debet esse in homine qui est creatura ra-
tionalis primum signum habet faciem erectam ad celum
ut plus attendit celestibus quam istis temporalibus
Et hoc docet salvator in presenti evangelio Et dividitur
in tres partes In quarum prima premittit unam naturam
propositionem cum sua probatione In secunda dissuadet
sollicitudinem temporalium ibi Ideo dico vobis In
tercia suadet sollicitudinem eternorum ibi Primum que-
rite regnum dei Tercium ad propositionem quam pre-
mittit hec est Nemo potest duobus dominis servire
Et quia deduxit talem rationem Nemo potest duobus
dominis servire scilicet deo et mamone qui sunt duo domini

Ergo nemo potest servire deo et mamone. Huius conclusionis
minorem dat intelligere, maiorem probat. Et ponit primo
dicens: Nemo potest duobus dominis servire. Ergo duos
dominos dicit qui contraria iubent. Deinde probat propo
sitionem propositam assumens quandam sufficientem divisi
onem cuius qualibet parte data sequitur propositum.
Aut enim aut unum odio habebit et alterum diliget
secundum glossam. Ille enim qui alteri servit aut servit ex amore
aut timore. Et quodcumque accipiatur verum est quod nemo
potest duobus dominis servire contraria precipientibus. Certe
si serviat ex amore necessario unum diliget et alium o
dit contrarium illi. Et hoc quantum ad primam partem di
visionis. Si autem ex timore serviet necessario dili
git secundum unum timet et sustinet quem scilicet novit pr
dominus offensum, alium necessario contempnet cum esse
non possit cum utrique serviet sicut inter contraria fit ut esse.
Et hoc quantum ad secundam partem divisionis. Et sub
aut unum sustinebit et alium contempnet. Deinde
ponit conclusionem principaliter intentam: Non potestis
deo servire et mamone. Hic sciendum quod divitie mamona
na secundum hebreos divicie appellantur ut dicit Augustinus
Et accipitur pro dyabolo qui est dominus diviciarum, non quod
ipse possit eas dare cui vult nisi deo permittente
sed quia hiis utitur ad decipiendum. Nota super illud
aut enim unum odio habebit et alium diliget. Secundum
Augustinum in libro de sermone domini in monte: Nemo dyabolum di
ligit, sed sic cupiditate implicatus patitur eum ut
si quis ancillam alienam concupiscit propter suam cupi
ditatem duram patitur servitutem. Et si non amat
illam, cuius ancillam diligit. Item non secundum eundem Augustinum
quod nullus potest odire deum, nullus enim contra se
dixisse deum potest, sed contra ipsos superbia eorum qui
te oderunt ascendit semper. Dicendum quod nulla creatura
odit deum affectu et sic effectu. Hec est dyabolus odit
deum inquantum deus est, sed inquantum punitus est. Sic
latro non odit iudicem inquantum iudex, sed inquantum
vindex. Nota quod et isti duo quibus sibi servire

non possumus simul deus et dyabolus contrarie celum et mundus
contrarie caro et spiritus. hiis enim simul ut pote contraria in-
herentibus nemo simul potest / Cetera delicta mandat
bona dyaboli contraria. Celum allicit ad superiora mun-
dus ad inferiora. spiritus monet ad temperanciam caro ad
petulanciam / Videndum quod valde laboriosum est ma-
nere simul in cumulare et tenaciter. Gregorius xv moralium
super illud Job xx Estuabit et omnis dolor in-
ruet super eum / Ubi dicit quis namque dolore ha-
bent avarus in prima sue concupiscencie fatigacione qui con-
cupita rapet. quo alia blandimenta alia ter-
ribilis consurgit / ut pro quia acquisitis rebus pervenit
ad desiderium suum alius eum dolor fatigat ut
cum sollicitudo timore custodiat quod cum labore ma-
gno meminit acquisita / hinc inde insidiatores
metuit et metuit ipsa nec que gesta sunt con-
servat magno opere ne donatum ipse defectum pro neg-
ligencia consinuat / Avarus itaque omnibus quia ti-
mor ipse pena est tanta infelix patitur quanta
ta pati timet post hoc quoque ad iehenna ducitur et ibi
cruciatibus mancipatur / Videndum et quod licet homo non
possit simul deo et divicijs tamen aliquis potest deo
simul cum divicijs. Et hoc in iiiior primo racione ca-
ritatis contemperando. Augustinus qui verum fide deo licet
non querit in hiis miserijs fieri dives. Non enim plus
est ei mundus quam deus / Secundo in acquisicione cum
laborando ne per usuras furtum vel rapinam commit-
tit et ut habeat unde elemosinas faciat. Ephe-
iiii° Qui furabatur iam non furetur magis autem
laboret operando quod bonum est ut habeat unde tribuat
necessitatem pacienti / Tercio eius conservando ut optime
distribuatur. Ecclesiastici tempus acquirendi et tempus per-
dendi / Quarto eius distribuendo Ecclesiastici xxix perde
pecuniam propter fratrem et amicum et ne abscondas
eam sub lapide in perditionem id est sub dulcia cordis
Unde dicit Glosa quod bonus dispensator non
est servus quia non deservit divicijs sed divicie

sa po

sibi deseruiunt etc.
Ideo dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid 398
manducetis aut corpori vestro quo induamini
Nonne anima plus est quam esca. Et corpus
plus quam vestimentum Respicite volatilia celi
quoniam non serunt non metunt neque in horrea con
gregant et pater vester celestis pascit illa
Nonne vos magis pluris estis illis Quis autem
vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam
cubitum unum et de vestimento quid solliciti estis
Considerate lilia agri quomodo crescunt quoniam non labo
rant neque nent Dico autem vobis quoniam nec Sa
lomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum
ex istis Si enim fenum agri quod hodie est et cras
in clibanum mittitur deus sic vestit quanto ma
gis vos minime fidei Nolite ergo solliciti esse di
centes quid manducabimus aut quid bibemus
aut quo operiemur hec enim omnia gentes inqui
runt Scit enim pater vester quia hijs omnibus indigetis
Secunda pars in qua dominus dissuadet sollicitudinem
superfluam bonorum et duo facit primo infert intentum
suum ex premissis quia enim supra dixit Non
potestis deo servire et mamone Ex hoc infert
Ideo dico vobis Ne solliciti sitis quasi dicat
N Si vultis deo servire oportet vos renunciare mamone
i. nimie divitiarum sollicitudine anime vestre
quid manducetis. Non quod anima intellectiva comme
dat sed quia quamdiu unita est corpori nutritur
ad corpore Unde secundum Augustinum hoc loco pro vita ani
ma ponitur. Neque corpori vestro quid induamini Est
alia sollicitudo quam prohibet circa vestimentum
Secundo notandum quod multiplex est sollicitudo Una
est enim prudencie spiritualis quam suadet Pro
verbiorum vi° Vade ad formicam o piger etc. Et Roma
norum xij° Cerni pest. i sollicitudine Alia est solli
citudo temporalis incitativa de qua dicitur Genesis iij° In su
dore vultus tui vesceris pane tuo Alia est super
fluitatis et cupiditatis et curiositatis que prohibetur

ex inordinato amore terrenorum et diffidencia eter-
norum. Luc. Sollicitudo desperationis est filia. Et
illud Ecclesiastici iiii. Nichil solliciti sitis. Gregorius xii
Exspectatio sollicitudinem prohibet. Prima est comeda-
bilis. Secunda tollerabilis. Tercia intollerabilis. Illa
enim verbum dei suffocat. Math. xiii. Sollicitudo huius
seculi suffocat verbum dei et mentem pertur-bat.
Luc. x. Martha Martha sollicita es et turbaris
erga plurima. Secunda cum dicat Nonne anima plus est
assignat racionem sui dicti. Et sex facit quantum ad
sex racionibus propositum manifestat. Prima racio est
que datur quia maius dabit etiam quod minus scilicet
victum et vestitum. Illius racionis ponit verba pre-   B
missa super qua racio fundatur. Nonne anima plus
est quam esca et corpus plus quam vestimentum. Dicit
non est dubium. Anima enim est ad ymaginem
et similitudinem dei facta et immortalis et bea-
titudinis capax. Esca vero corporalis modica est
et modici valoris respectu anime. Item corpus est
vestis anime. Vestimentum autem est corporis. Anime vestis
corpus exterius. Quia anima excellit corpus tantum ex-
cellit corpus vestimentum. Item corpus facit ad esse
post corporis vestimentum autem ad decorem esse. Item cor-
pus erit particeps glorie in resurrectione ubi tale vestimen-
tum non erit secundum Augustinum [illegible] vestis olim in mortalis et
et tunc supplebit. Racio Secunda: deus dedit animam et
corpus quare dabit victum et vestitum. [illegible] non
deus vellet conservare quod est ipsum non creasset. [illegible]
ipse constituit [illegible] anima et corpus vestimento
conservet [illegible] ipse utrumque tribuit. Glosa [illegible] non intan-
tum esca vel corpus vestimentum [illegible]
sit sollicitus minimus ne paret [illegible] creatum
est. Secunda racio sumitur a comparatione animalium ad   C
ad homines et [illegible] homo maioris [illegible]
aves [illegible] deus illa pascit sine corporis magna sol-
licitudine et labore quia non seminant neque metunt

metuit Ergo multo forcius pascit hominem de quo
habet specialiorem curam Vel hoc dicit rome ponit
utrumque utriusque posicionis Respicite i. attendi
te et considerate volatilia celi i. aves in aere vo
lantes Ita et aer celum in scriptura vocatur Quia
non serunt neque metunt Ipse hoc ut dicit Aug.
in li. de ope monachorum Quidam amatores ocii ar
guunt non esse convenientes dei servos laborare sed
etiam non debent ut ut ipse dicit in horreo congregare
tum ut subditur nec volatilia hoc faciunt Ergo ideo
dicitur quod hic dominus non prohibet omnem sollicitudinem
sed superfluam inordinatam et excessivam et omnia que
retrahunt ab eternis seu meditacionibus ut dicit Glo.
hoc enim ergo non prohibent prudenciam seu laborem
sed sollicitudinem ut tota fiducia nostra sit in deo Unde
hic ait Nolite querere vel laborare aut esse sol
liciti de cibo et potu vel in vestimento Et quid man
ducetis et bibetis et quo vestiamini Contra illos qui
spreto victu vel vestimento communi lauciora habent vel
asperiora cum quibus vitam ducunt alimenta vel ve
stimenta requirunt Unde Crisostomus dicit Nolite opa
ri immo operari manibus ut sustentem lauda
bile est et consilio apostoli Nec congregant in horrea
quod futura est indigencia Sed pater vester celestis
pascit ea Pascit pater familias servos malos
pascit sed in desperacione filiorum quanto magis filios qui
cariores sunt illius Unde per luc. xii sic habetur Con
siderate corvos etc. deus pascit illos per quos filii
diaboli intelliguntur Et non dubium si deus pascit
filios diaboli pascit et filios suos Unde ipse
dicit Dat iumentis escam ipsorum etc. Job xxxviii
Quis dat corvo escam Glo. quod pulli corvorum antequam
nigrescant a parentibus non nutriuntur sed rore celi
sed cum nigrescere incipiunt pascuntur carnibus cada
verum Et verisimile est quod deus hominibus necessaria
providebat et providet si non plurimis peccatorum ingra
ciant Nonne et vos magis pluris estis illis

supp[er]. preciu[m] est · i · plus valet q[uam] volatile / homo
s[ecundu]m Aug[ustinum] / Secu[n]da homo cu[m] sit vale mal[e] subli-
mius ordina[tus] · i[n] rer[um] natu[r]a q[ue]re s[ecundu]m Cris[ostomum] / Tercia
a[n]i[m]alia fecit deus p[ro]pter homine[m] no[n] p[ro]pter se ip[s]a q[ue]re
s[ecundu]m Ieo[nimu]m / Quarta homi[ni] ciuitates regnum ... aues
no[n] sunt hodie et cras no[n] erunt / Quinta si deus
absq[ue] eor[um] sollicitudine tribuit eis victu[m] q[uan]to
mag[is] homo absq[ue] i[n]ueniet / Qui s[ecundu]m Cris[ostomum] dedit
deus dedit et operandi scia[m] et spem fructi-
ficandi / Sz cu[m] deus pascit volatilia celi absq[ue]
labore suo q[ua]re no[n] ita homines pascat est di-
cendu[m] q[uia] volatilib[us] celi no[n] dedit artem et scia[m]
laborandi / hominib[us] aut[em] dedit scire et posse opa[ri]
Ideo qui labore suo victu[m] acquirit ideo vnicuiq[ue]
qui dedit ea et vnde acquirere et vlterius p[er]
opa eor[um] dat eis bona t[em]poralia mercede[m] / Si q[ui]
vero essent qui nec scirent nec possent operari
vel laborare illos deus sine eor[um] sollicitudine
pasce[re]t sicut volucres celi vt dicit Aug[ustinus] / Sexta
ratio est q[uo]d sen[tentia] n[ost]re sollicitudinis / Itaq[ue] cu[m]
n[ost]ra sollicitudo est tante vigoris vt
acquirere n[ost]ra Sz intendit talem ro[n]em possemus p[ro]
dit augmentu[m] dabit et et nutrimentu[m] / Racio
nutrimentu[m] est causa augmenti vt p[ate]t i[n] q[ua]m i[n]ma vege-
tatione / Sz deus corpa n[ost]ra auget g[loss]a et pascit
cibo et operit vestimentis dedit ergo cure ponit solu[m]
medium · d · Quinus aut[em] vestru[m] cogitans / p[er] similitudi-
ne cogitationis sue p[ro]p[ter] adiicia[t] · i · addere / adsta-
tura sua cubitu[m] vnu[m] q[uasi] d[icat] · Quinus est ille
qui sollicite cogitando p[otes]t se maiore[m] face[re] cu[m]
vita vno / Iste nullus g[loss]a quia nutrimentu[m] ordi-
natur ad augmentu[m] corporis / Si augmentu[m] no[n]
acquirimus eor[um] n[ost]ra sollicitudine nec nutrimentu[m] sine p[ro]
ta[n]tu[m] Ideo s[ecundu]m Aug[ustinum] / illi relinquenda est cura p[ro]-
fructum bonum etc. Math. vii. Iste vero est summus
et fidelis servus quod Christus debet aliis solvendo
sicut gulosi serviunt ventri Phil. iii. quorum
deus venter est. Et sicut avari serviunt quod deo
debent impendunt nummo. unde ydolatre
dicuntur iuxta illud Ephe. v. avaricia que est
ydolorum servitus. Et nota quod libenter debemus
servire deo quadruplici racione. Primo quia ipse
servivit nobis Luc. xxii°. Ego autem in medio
vestrum sum sicut qui ministrat. Secundo quia ipse
angelis mandavit ut nobis ministrent. ad Hebr.
i°. Omnes enim sunt administratorii spiritus etc. Et
in ps. Angelis suis deus mandavit de te. Tercio
quia ipse ministraturus erit nobis Luc. xii°. Et
transiens ministrabit illis. Quarto quia ipse servi-
entibus sibi regnum eternum largietur Math. xxv.
Venite benedicti patris mei percipite regnum
etc. Secundo ponitur magna hominis obligacio
Et cum cepisset racionem ponere. Incepit hic eius
racionem ponere non quasi ipse nesciat ut addiscat
sed ut dicere eius servo cum convincat Luc. xix°.
De ore tuo iudico te serve nequam. Oblatus est
ei unus singulariter propter delicti magnitudinem
quia dicitur unus quia ad portandum suum onus
solus relinquitur. sicut dicit apostolus Gal. v.
Unusquisque onus suum portabit. Qui debe-
bat ei decem milia talenta. Talentum est sum-
ma in ponderibus secundum ysi. li. ethy. Et continet
unum talentum c. xx. libras sicut talentum
maius Et secundum hoc decem milia talenta faciunt
mille milia librarum et ii c milia ad quecumque
summam in auro vel in argento vix. unquam prin-
cipia solvere debere haberet. Et ideo in debito istius
quantitas et iniquitas notatur peccatorum. Et attenditur
hic destimatus unus pro destimato. sicut ibi p.
philipp xxxi°. Preciatum super unum circumvenit

Unde aug(ustinus) de v(er)bis d(omi)ni quia lex d(omi)ni xpi i(n)
decem precept(is) (con)me(n)dat(ur). Ille debebat dece(m)
milia talentor(um) p(er) quod o(mn)ia pecc(at)a designa
tur que s(cilicet) fiu(n)t (contr)a legem decem p(re)cept(orum) //
3° Tercio tangit(ur) impotent(ia) satisfacio(n)is Cu(m) aut(em)
no(n) h(ab)e(re)t vnde redderet quia h(om)o de se p(er) pa(r)te(m)
n(on) p(otest) hoc debitu(m) (con)trahe(re) quia sub te erit appe
titus tuus et tu d(omi)naberis illius Gen(esis) iiij° [illegible]
Joh(annis) vj° Nemo p(otest) venire ad me nisi pater m(eu)s
traxit illu(m) Si ergo p(ro) vno tantu(m) pecc(at)o homo no(n)
sufficit satisfac(er)e q(ua)nto minus p(ro) decem milib(us)
talentor(um) peccator(um) Job ix° no(n) r(espo)ndebit ei vnu(m)
p(ro) mille // Quarto tangit(ur) iudicial(is) dampnacio
4° Iussit eum d(omi)n(u)s venu(n)dari Venu(n)dacio sp(irit)ualis
duplex est Vna i(n) servitute pecc(at)i de qua Rom(anorum)
vij Venu(n)dat(us) sum sub pecc(at)o Et tu(n)c sic s(ecundu)m [illegible]
attendendu(m) est Iussit i(d est) p(er)misit vnu(m) i(n) ma
dor(um) sp(iritu)um q(ui) venditus sum sed alia i(n) s(er)vitute
pene vt videlic(et) pena ducit(ur) et q(ua)ntu(m) ad o(mn)ia
i(n) q(ui)b(us) peccaverunt // Vbi nota q(uod) i(n) ho(m)i(n)e sp(iritu)s e(st)
vir - sensualitas mulier p(er) quor(um) (con)mixtione(m)
filij .i. op(er)a gen(er)ant(ur) o(mn)ia vero que sp(iritu)s h(abe)t
sunt vires a(n)i(m)e et corp(or)is Et eci(a)m exteriora que
o(mn)ia (con)mutant(ur) i(n) pena(m) Vnde aug(ustinus) s(upe)r hoc
signant(ur) peccatores qui cupiditate et p(ri)mis op(er)i
bus tamq(uam) p(ro)p(ter) vxore(m) et filijs penas solue(re) q(ui)
est p(re)ciu(m) eme(re) peccatu(m) p(eccatu)m cui venditu(m) est
supplicium Et hoc est quod dicit(ur) vxore(m) et
filios et o(mn)ia que h(ab)ebat vendi et reddi Et
cu(m) debitu(m) pecc(at)i redd(it)ur tu(m) pro p(re)ciu(m) pene (con)
solu(n)t(ur) // Quinto tangit(ur) humilis peccatoris suppli
5° cacio Cadens aut(em) s(er)vus ille i(d est) peccator p(er) p(ro)strac(ionem)
et humiliacione(m) sui quasi s(er)vus quo (con)tentu tolle(re)
merebat et [illegible] se (con)cepit Rogabat

de donacione pacionis pure condonacione delicti recapitulacio supplicis



cum dicens: Pacienciam habe in me. Unde s(ecundum) Re-
migium: Vox peccatoris confitentis postulantis tempus
benefaciendi et spacium corrigendi. Illius ut
supplicat paciencia, de quo Johel ii°: Convertimini
ad dominum deum vestrum etc. Promittit ergo ille pe-
nitens plenam satisfactionem dicens: Et omnia reddam tibi,
opera mea scilicet faciendo, tua paciencia exspectante,
tua gratia preveniente, tua pena adiuvante. Iuxta illud
Rom. v: Ubi habundavit delictum, super habundavit et gratia.
Secundo ponitur debitoris pia relaxacio, cum subditur:
Misertus autem dominus servi illius. Secus rigiditate videbatur
velle. Crisostomus dicit: quis per has lacrimas eum inflectit
ad considerandum regis pietatem ut ad petendam
veniam debet inclinari, quia vexacio dat in-
tellectum, Ysa. xxviii°. Et ubi petiit dilacionem
rex clementissimus donavit remissionem. Unde
sub dicit: Dimisit eum et liberum et quem venun-
dari et detineri et incarcerari iusserat. Et dimi-
sit ei omne debitum. Hic attende divine pie-
tatis largitatem. Ille rogavit dilacionem et
meruit remissionem, promiserat satisfactionem.
Et hoc solum reputavit ei dominus sufficere ad emen-
dacionem, ad quod solum valuit cordis humilitas
sine contricione. Ps.: Cor contritum et humiliatum deus
non despicies etc. Secunda pars eiusdem

2a pars

Egressus autem servus ille invenit unum
de conservis suis qui debebat ei centum
denarios et tenens suffocabat eum dicens:
Redde quod debes. Et procidens conservus ille
rogabat eum dicens: Pacienciam habe in me et
omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit et
misit eum in carcerem donec redderet debitum.
Secunda pars. Secundo ponitur humana crudeli-
tas exigentis debitum exigens, ubi tanguntur
tria. Primum est debitoris longe minor obligacio.
Egressus autem servus ille a debito, sed invenit A

primus unde dicit Aug. Egressus est enim a con
spectu domini et oblitus iuxta mentem liber
tate concessa abutens et humana maligni
tate seducens Invenit unum de conservis suis
Omnes enim conservi sumus quia unius domini servi
sumus et nos et angeli Apoc. xxii conservus
tuus sum et fratrum tuorum. Qui debebat ei
centum denarios Attende quam exiguum debitum
fuit illud in comparatione debiti precedentis et quan
no tum ad numerum et quantum ad pondus. Ad numerum quidem
quia centenarius est centesima pars decem milium
Ad pondus quia hic talentum hic denarius debi
tum est. Est autem talentum summum quod est pon
dus ponderum Et sic accipitur in scriptura divina ha
betur ysi. vij. ethym. quod continet centum viginti
libras sicut dictum est. libra vero continet xii un
cias Et quia secundum hebreos siclus et uncia idem r
sunt siclus autem viginti obulos ut dicitur
leze. xlv. Obulus vero dicitur dimidius scru
pulus vel medius et minimus. Secundum hoc debitum
huius conservi non fuit una libra, debitum autem
illius servi nequam fuerat decem milia talen
mille milia ta et cc milia librarum. Ecce quam incomparabilius
fuit debitum illi dimissum quam quod conservo suo ra
tum tenebatur retorsit In quo datur nobis intelligi
quam incomparabiliter fuit maius delictum quo homo
obligatur deo quam quo homo homini maius dico et
numerositate et pondere et gravitate Et que
ras quid hoc sit quod homo numerosius et gravius
peccat in deum quam in proximum Videtur quod
homo ad ymaginem dei factus est et sanguine
precioso Christi redemptus et in caritate perpetua
ideo dilectus ideo quidquid homo homini contri
verit deus assumit sibi iuxta illud quod uni
de minimis meis fecistis mihi fecistis Math. xxv. Unde
peccando in proximum homo peccat in deum ita
quod nemo peccat in proximum quin peccat in deum

Et ergo hinc est quod incomparabiliter maior
est in nostris debitis quo deo obligamur qua
quo homini. Eiusdem et creatorem nostrum offendimus
qua similem nobis hominem. Secundo tangitur
eius debita violenta exactio. Et tenens eum
Ille tenet debitorem qui offensum tenet in me-
moria cum ira et odio fruat in corde. Suffo-
cabat eum. Suffocare est strangulare vel
stringere gulam et quia gutture loquimur
ille suffocat proximum cum verba compassionis
non audit. Et isto sensu suffocat perdurat
ancediam (?). Sed alio sensu suffocare est idem
quod extinguere ignem et sic qui compitime
diam vel suffocant extinguunt suffocat gut-
tura stringit. Redde quod debes. Hic impro-
rigens et ignominiose increpans. Tertio
ponitur huius conservi supplicatio. Et procidens con-
servus ille. Ecce humilitas exhibita homini quam
tamen angelus non tulit Iohanne ante pedes eius
procidenti sed ait vide ne feceris conservus enim tuus
sum et fratrum tuorum. Item ponitur remissionis supplicatio
rogabat eum dicens patientiam habe in me et omnia
reddam tibi. Attende quod eadem verba protulit con-
servus supplicando quibus adhuc remissionem
invenerat malus conservus. Sed ut dicit Augustinus
hec verba ingratus servus veniens non est consequutus
saluatus est. Quarto ponitur punitio. Et servus 3o
mali servi in patientia. Ille autem noluit sine pa-
tientiam quia noluit dilationem prestare. Augustinus
vero talem in domini conspectu qualem ille inve-
nit dominum. Petiit iste dilationem et meruit 4o
remissionem. Iste qui veniam petebat sensit
penam suffocationis. Quinto ponitur alienatio.
Sed abiit a familiaritate et amicitia proximi
alienatus. Item ponitur proximi dampnacio.

Et misit eum in carcerem donec redderet debi
tum. Sic tamen infirmus est creditoris peccan
tem in nos proximo remittimus et tamen tan-
tum racione eius culpe indulgemus. Contra eum
in nobis est dicitur ne paciamur dampnacionem
eternam etc. Tercia pars huius
3a ps Videntes autem conservi eius que fiebant
contristati sunt valde. Venerunt et narra
verunt domino suo omnia que facta fuerant.
Tunc vocavit eum dominus suus et ait
illi: Serve nequam omne debitum dimisi tibi
quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te
misereri conservi tui sicut et ego tui misertus
sum. Et iratus dominus eius tradidit eum tor-
toribus quo adusque redderet universum debitum.
Sic et pater meus celestis faciet vobis, si
non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordi
a bus vestris. Tercia pars aliquid ponitur ipsa
veritas ingratitudinis punicionis. Et tangitur
hic: Primo ponitur conservorum contristacio. Vi-
nō dentes autem conservi eius. Conservi nostri sunt
angeli similitudine creacionis quia in ra-
cionali creatura. Item similitudine subiec-
cionis quia eiusdem domini servi sunt, scilicet de. Item
similitudine ministracionis: Ministrant enim
et ipsi deo pro salute nostra Hebreorum primo: Omnes
sunt administratorii spiritus etc. Propter quod huius
vero dixit Johannes Apocalipsis xxii: Conservus
tuus sum et fratrum tuorum. Contristati sunt
valde de ingratitudine servi et de affectu
conservi illius, de illius culpa et ipsius pena.
nō Et non quod angeli tristantur de malis nostris
ut patet hic. Et Judicum ii: Ascendit angelus
de Galgalis ad locum flencium. Et Ysaie xxxiii.

angeli pacis amare flebunt. Item letantur de nostra
penitencia Luce xv. Gaudium est angelis dei super
Item ferunt animas ad gloriam Luce xvi. Factum
est autem ut moreretur mendicus et deportatus
est ab angelis in sinum abrahe. Item denunciant
nostras culpas sicut patet hic. Item nostras iusti
cias Thobie xii. Cum orabas cum lacrimis et
sepeliebas mortuos etc. ego obtuli oracionem
tuam coram domino. Item nostras iusticias Job xxxiii°.
Si fuerit pro eo angelus orans. si fuerit pro eo an
gelus loquens. Venit. Veniunt angeli pacis
ad dominum a quo nunquam recedunt. quia veniunt in
maiestate eius. Veniunt predicatores et fide
les cum oracionibus fideli currunt ad con
templacionem dei. Et narravit domino suo omnia
que facta fuerant. Non narravit tamquam ignoranti
ranti, sed ab eterno cuncta sciens. Sed que ab eis
cognoscuntur narrare dicuntur. Deo sibi cognita
etiam dicuntur. scire cognoscunt. Narrare etiam di
cuntur. quia postulant dei iusticiam bona re
tribuendo pro malis. et divinam iram subveniendo
deo oppressis. Sic narrabat domino angelus Ra
phael Thobie et Anne afflictionem. Vel consimiliter
sunt curatores nostri vel predicatores etc. qui
videntes aliquam remissionem peccatorum obtinere
et nolle misereri consimiliter contristantur. de eius
predicacione. Veniunt et narrant domino non corpore. sed
corde dolores cordis deo deferendo et quasi di
cendo cum his afflicti sumus et humiliati sumus ni
mis etc. Secundo ponitur sui unique admoni
cio vocacio. Tunc vocavit illum dominus ut dicit
Remigius. Ista vocacio modo fit intus in consciencia
Justicie aut fiet in morte et dampnacionis iudi
cio. Et ait illi hinc rep. etc. quia asperre im
pium aggreditur cui exprobrat similem condicione
et veniam meruit sed fecit sicut et non filius nec amicus 20

remiserat. Et dicit nequam i. sine equitate qui
ad eius accepit iniuriam. et conservo suo intulit in
iuriam. Quod hoc cum patet secundum Remigium magnum esse
peccatum ingratitudinis. Iste cum primo debitor erat
decem milium talentorum non eum neque appel
lavit, non sibi insultavit nullum contra eum
vicium iaculavit. At ubi incurrit vicium ingra
titudinis. ait: Serve nequam. Et nunc peior est
effectus quam primo. Unde secundum Gregorium sicut boni
contumeliis meliores efficiuntur. ita semper
reprobi de beneficio efficiuntur peiores. Omne de
bitum. tam innocuum quam ponderosum. dimisi
tibi nulla interveniente satisfactione aliqua. sed
ad hoc solum: quia rogasti me. Rogasti quidem
dilacionem sed quod amplius meruisti remissionem
Nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui sicut
ego. Intellige que sunt proximi tui conservi
Sicut et ego misertus sum tui. Oportuisset quidem
ut tali provocatus beneficio et totum debitum re
laxares rogatus. Sed tu et quod minus fa
cere noluisti. quia dilacionem concedere recusasti.
et quod peius est. penis afflixisti. Tercio po
3º C nitur pessimi servi dampnacio. Et attende
quod dominus conservum nullum dedit. nisi erat
cum quo agebat in iudicio contrarietatis locum non
esse. Unde secundum Remigium datur intelligi quod in
die iudicii post hanc vitam omne argu
mentum contrariacionis cessabit. Sed diceres Si
non adest contricio saltem veniam petere debuit
Et dicendum quod de penis suis nemo petit ve
niam adeo salubriter nisi gratia dei preveniente
que cor aptans compungit. Cum vero iste gratia
dei indignus esset eo quod gratiam non fecit
ad proximum. quapropter obmutescens dampnacioni

ad iudicatus est / dicit enim Et iratus dominus eius
i. quemadmodum iratus se habens penam infligendo
Et attende quod hoc librum iracius non fuit po
situm quando iussit eum etc. vendi. quia scilicet illud ille
erat ire sed magis amoris ad concordiam. nunc autem
quod hic dicitur est sententia supplicii et pene. Et tra
didit eum tortoribus i. angelis penarum seu
demonibus in hos tortores patimur in penis quos pas
si sumus suasores in culpa ut dicitur. Quoadusque
redderet universum debitum. Unde hic quod dicitur
Quoadusque non designat durationem temporis. sed propor
tionem pene ad culpam. Nam bene competenter illorum
pene sunt mali pro sua nequicia dampnati. Et
sicut dicit lex Deuteronomii xxv. Iuxta mensuram
delicti erit plagarum modus. Et nota quod ly quo
usque accipitur sicut ly donec in evangelio ubi dicitur
capitulo primo quod Ioseph non cognovit eam donec pe
perit; non quod umquam post partum Ioseph cognoverit
Mariam. Ita hic dicitur Quoadusque redderet
universum. non quod umquam reddere possit quia eternaliter
dampnatus. Sed forte dubitaret hic aliquis quia
videtur iniustum quod unus pro peccato actuali temporali eternaliter
puniatur. Ad hoc enim respondetur quod hec obiectio locum
haberet ubi iudex tantum facta et non corda pensa
ret. Facta quidem iniquorum finem habent in declinando
eo quod vita eorum finitur. Sed quia semper volun
tates eorum desiderium sunt sine fine viverent ut
possint sine fine peccare. Et quia numquam volue
runt esse sine peccato dignum est ut numquam sint
sine supplicio. Notandum etiam circa hoc quod dicitur Quo
adusque redderet universum debitum. duobus modis
exponitur. Uno modo ut littera sonat ut universum debi
tum sit dimissum ac ideo repetatur propter delictum
sequens. Et sic argumentatur est pro opinione illa
que dicit quod peccata dimissa postmodum redeant per
ingratitudinem recidivantis. hoc omnia ...

tenet. Et prout videtur hic textus et etiam Glo-
sa que dicit: Si non dimiseritis ex corde quod
quis vos deliquerit. Et hoc peccatum primum nobis di-
missum a nobis exigit. Alioquin exponit
sicut peccatum remissum non referatur ad debitum ipsum
scilicet debitum decem milium talentorum quod iam erat
dimissum, sed ad peccatum sequens aut debilitatem
quod commisit in conservum suum et ad peccatum ingra-
titudinis quod commisit in deum. Et secundum hanc
expositionem est alia opinio que magis amplectitur
ob magis pluribus aliis opinionibus in hac materia
quod peccata dimissa per primum non redeunt ipse
scilicet in sequentia peccata aggravatur ratione annexe ingra-
titudinis. Et de illo modo redeundi oportet intelligi
quod hic dicitur tam in textu quam in Glossa. Et
secundum hoc etiam exponende sunt dictiones alie patrum
vel auctores que pro alia parte adducuntur, sicut
illud Gregorii in moralibus: Si quis in nobis de-
linquit et ex corde non dimittit. Et illud inter
iterum exigitur quod nos iam per primam dimissum
fuisse gaudebamus. Et nota non est sic intelli-
gendum quod culpa iam dimissa, ac per hoc in dubius
dei iam annihilata resuscitetur. Sed in eius sub
igitur ratione ingratitudinis peccatum peccatum sequens
aggravatur. Tertio ponit huius parabole conclusio-
nem: Sic et pater meus celestis faciet vobis. Et nota
tradet vos tortoribus tripandos. Si non remi-
seritis unusquisque fratri suo. Non solum ore sed et
de cordibus vestris. Ita sunt quidam ut dicit Psalmus
cum proximo loquuntur pacem cum proximo suo mala aut-
em in cordibus. Sed quia deus non solum ad labia
sed magis attendit et respicit in iudicando, ideo ex
corde mandat dimittendum. Sciendum autem
quod hec parabola inducta fuit ad interroga-
tionem Petri dicentis: Domine quotiens in me peccabit fra-

vicens et dimittam ei usque septies Et audit
dominus ait dico tibi septies sed septuagies septies
Ad cuius dicti confirmacionem ut dicit parabolam hanc
iniqua oudit quam periculosum sit non condonare
fratri suo peccanti Sed quid si aliquis te
leserit dimittere iniuriam fratri non roganti Et
videtur quod non propter hoc quod hic dicit Omne debi
tum dimisi tibi quoniam rogasti me sed antequam
rogaret non ei dimisit sed exegit debitum Ita
quod conservus debitor quia rogabat ipsum et quia
ille non fuit misertus roganti peccavit ut hic
patet Ergo frater si non rogasset In contrarium videtur
quod etiam non rogatus quilibet debeat dimittere iniuri
am propter oracionem dominicam quam dicimus Dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus Ad quod
intendendum secundum intencionem auctoris quod possit homo in
iuriam etiam non rogatus dimittere ex corde et
secundum operacionem animi paratus esse ad dimittendum
veniam dare et sto quamquam fuit rogatus Et hoc
sufficit ad puritatem oracionis dominice Sed oportet
tamen apud illum iniuriantem reconciliacionem esse
et hoc ex debito vitatur sed si fiat complet debi
tum perfectionis ut dicit Crisostomus quod talis debet querere
reconciliacionem duplicem et gloriam comparat
unam quia iniuriam passus est alteram quia por
rogavit Et hoc habes supra xxxiiii. c.

236 Redde quod debes Mt. xviii | Sermo de eodem | Sermo de eodem
Licet hec verba parabolice dicta sint verba ser
vi debitum a suo servo exacte extorquen
te convenienter tamen accipi possunt ut dicenda a
summo iudice ad quemlibet hominem in morte vel
in iudicio extremo non ab ipso iudicialiter ex
igente Adhuc tamen accipi possunt ut dicantur
a quolibet predicatore vel eciam confessore a diebus
sui debiti fideliter exhortante dicendo
cuilibet Redde quod debes In quibus quidem verbis

a

duo notantur primum est obligatio debitoris secundum
est separatio creditoris. Prima notatur ibi quod dicitur
Et vos debetis. Secundum ibi quod ponitur reddite. ut
sit ordo verborum. Et vos debetis reddere. Redditio
enim presupponit debitum. Primo igitur videndum
est cuius et quibus debeamus. Circa quod est primum
sciendum quod quedam debemus deo. quedam nobis ipsis
intra nos. quedam vero proximis iuxta nos extra
nos. quedam etiam dyabolo infra nos. Debemus ergo
deo ut generaliter loquendo quinque. scilicet obedientiam in preceptis

Obediencia 1

reverentiam in sacris. religionem in obsequiis.
compensationem debemus gratiis. et satisfactionem de offen
sis. Primo ergo debemus deo obedientiam in preceptis
Levitici xx Custodite precepta mea et facite
ea. Et istud est debitum naturale. In cuius quidem de-
cens plena solutione nunquam nos esse tutos presumere
valeamus iuxta illud Luce xvii° Cum
feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite
quia servi inutiles sumus. Et nos debemus
ut faciunt creature homo precepta dei im
pleat semper videat sibi super esse quod timeat
ut dicit Bernardus. Secundo debemus deo re

Reverencia 2

verentiam in sacris ut videlicet persone et sa
cramenta sua continencia in serviantur et vos fa
ciant indigne conficientes. Et indigne tra
ctantes et sacramenta irreverenter pertractan
tes unde Levitici xxi eam habet maculam non
accedat ad altare. Unde est illud i. Cor. xi
Quicumque manducaverit indigne reus
Tertio deo debemus religionem in obsequiis

Religio 3

divinis. Levitici xxiii Affligetis animas
animas vestras deo religione specialiter. Reli
gio enim importat divinum obsequium cuius
actus sunt adoratio oratio et votum. Quarto

ireo talia que soli deo debent(ur)· que b(ea)tus aug(ustinus)
rememorans sup(er) orationem dicit Tibi inquit
d(omi)ne deo meo debemus religionis cultu(m)/ Etia(m)
tibi soli debet(ur) adoratio· oblatio· sacrificium·
tibi oro devotio, iubilatio, tibi laus hon(or) et
gl(ori)a tibi salus vita virtus et b(e)n(e)dictio / Tercio
debemus deo pensionem de bonis nob(is) concessis no(n)
eni(m) deus dedit nobis bona illa que h(abe)mus
p(ro)p(ter) n(ost)ra merita / vel s(ecundu)m modu(m) loquendi p(ro)p(ter) pulcros
crines capillos s(ed) p(ro)pt(er) sua(m) bonitate(m) et s(ecundu)m s(uam)
m(isericordi)a(m)/ Ergo si de p(ri)ncipibus et d(omi)nis qui ho(m)i(ni)bus
suis concedunt aliqua bona in feodum ut de ip(s)is
faciant aliqua servicia vel etia(m) pensionem eis sol
vant / Igit(ur) bona que h(abe)mus a deo nob(is) data
no(n) reputemus ut n(ost)ra s(ed) ta(m)q(uam) ad usum co(n)
cessa vel ut eor(um) ammi(ni)stratores sumus et dispe(n)
satores potius q(uam) d(omi)ni/ Su(n)t aut(em) t(ri)a g(e)n(er)a
bona que a deo accipimus in t(ri)plici g(e)n(er)e/ Na(m)
quedam su(n)t bona n(atur)e/ quedam bona fortune
et quedam bona gr(ati)e/ bona n(atur)e quedam p(er)ti
nent ad a(n)i(m)am et quedam ad corp(us)/ Bona aut(em)
q(ue) p(er)tinent ad p(ar)tem rationalem sunt memoria i(n)tellec
tus et voluntas/ que su(n)t p(ar)tes ymaginis
de quib(us) pensionem debem(us) deo/ ut de memoria red
damus ei p(ri)micias o(mn)ium recordacionu(m) n(ost)rar(um)
de intellectu co(n)versionem o(mn)ium n(ost)rar(um) cogitationu(m)
cognitionu(m)/ De voluntate reddamus consensum
amoris et o(mn)ium affectionu(m) n(ost)ror(um)/ Et hec su(n)t
p(ri)micie fructuu(m) que deo debemus de p(ar)te
rationali/ De quib(us) p(otes)t exponi illud quod dicitur
Lev(itici) ii^o/ offeratis p(ri)micias frumenti vini
et olei in domo d(omi)ni/ Hec domus d(omi)ni est mens
rationalis de qua Ps(almista) domum tuam d(omi)ne dec(et)
sanctitudo· In hac domo debemus deo offerre p(ri)micias
frumenti i(d est)· p(ri)mum fructu(m) memorie que multa

Pensio

//

B

Natur(e)
Anime

qua recolligit profectione sensus ps Exaudi me
firmamentum sanctat deum // Item debemus deo offer-
re primicias vini id est summum fructum intelligencie
Cant 8 Guttur tuum vinum optimum // Item
debemus ei primicias olei id est summum fructum vo-
luntatis scilicet diligendo deum super omnia et super
omnia sicut oleum supernatat Cant 1o oleum
effusum nomen tuum // Bona autem anime quantum
ad potencias sensitivas sunt vis cogitativa irasci-
bilis concupiscibilis sensus interiores et exteriores /
de quibus omnibus primicias offerre debemus ut
virtus cogitativa cum omnia cogitat cogitacio sua
in domino ut dicitur in ps / Vis irascibilis non timeat
aggredi quecumque esse difficilia pro amore dei
Vis concupiscibilis sit prima ad omnia que sunt
ad honorem dei / Sensus interiores et exteriores
quibus primicias suas contineat se a vanitatibus et
officium nocivis et servat salutaribus et utilibus primo
in divino cultu / Os et lingwa et labia et
cetera instrumenta loquendi primiciva verba deo
offerant / ut prima verba cum homo evigilaverit
sit oracio vel laus divina / Ad hoc representandum
primum verbum quod inchoatur in officio matutinarum
summe in principio est. Domine labia mea aperies
Et qui sic tota anima quantum ad vires totum in
tiones qua oblaciones debitas sanctificat devo-
dedit tunc impleri poterit potuit mandatum
dilectionis / Bona autem corporis sunt sanitas in-
corporis tegritas iuventus vigor decor formositas
nobilitas vite diuturnitas // Bona vero for-
fortune tune sunt divicie potestates familiarita-
tes honores familiaris amici consanguinei fa-
ma et gloria et similia / de quibus omnibus debita
devocione tenemur ut eis principaliter ad laudem et

yliam de Vrtam. Et sicut vo dispensauit
diuina i donum reseruauit ut sic anima plenima
honore dei resplendeat i imagine diuine magni
ficencie ut vere fluat Eccl. 1o Sed heu quidam
de premissis bonis adeo accepta debita negli(genter)
soluunt sed ea ponunt in abusum contra sicut
dicit Greg. i omel. anima namque que aduersi
tate accepimus ad vsum conuertimus culpe volup
tati quippe humane pat ad vsum uertimus
vanitatis conuertitur etc. Salute corporis redigimus
i vsum vicium Nobilitatis habundancia non
ad necessitatem carimus sed ad superfluitatem volupt(atis)
De bonis autem eciam gracie debemus deo offerre et
reddere pensionem Bonorum autem gracie quedam
sunt acquisita sicut scientia prudencia forti
tudo et temperancia et cetere uirtutes nobiles mo
rales que quamuis sunt humano studio acqui
sita nequaquam tamen absque gracia dei acquiruntur
Secundum illud Cor. iiii apostoli quid habes quod non accepisti
Quedam adeo i funduntur ut fides spes
caritas et gracie gratis date quas enumerat ap(ostolus)
1 Cor xii° Vnicuique datur manifestacio spiritus
ad vtilitatem etc. De quibus omnibus gracias
debemus deo facere. Ad hoc hortatur nos ap(ostolus)
2a Cor vi° hortamur vos ne in vacuum dei
graciam recipiatis Vbi glo. graciam dei in va
cuum recipit qui non proficit dote i bonis
operibus. Et tales per vicium ingratitudinis
incurrunt perire eterna ut dicit Bernardus
Ingratitudo est inimica anime exinaniens
meritorum uirtutum dispersio et beneficiorum perdicio
De culpa debemus deo de satisfactionem de offensis
Et hoc est debitum penale quod contraximus respi
ciendo peccatis nostris. Ad cuius solucionem vinculo co
nati debemus quia qui non soluit i puniri

gre

Ingratitudo

7 Satisfactio

ponetur in carcere donec solvat novissimum
quadrantem. Nullum enim umquam peccatum dimisit in-
punitum sed hoc vel homo vel ipse deus puniat
quia ut dicit Aug. in .l. omelia de penitentia peccata
sive parva sive magna sint inpunita esse
non possunt vel ab homine puniente vel a deo iu-
dicante. Unde Greg. ix moral. c. xxxiii
super isto verbo Job ix Sciens quod non parceres de-
linquenti obicit se iniquus. Si non parcere de-
linquenti quisque umquam abstulit morte carpitur
ad absolutionem nemo mundi reparatur. Et addit
Si enim penitenti iniquitates deus parcit et delin-
quenti non parcit quia ad delicta plangimus ne-
quaquam iam delinquentes sumus. Et subdit De-
linquenti enim deus nequaquam parcit quia delictum
sine ultione non deserit. Sed quia forte diceret
aliquis quia peccata david deus non absque
vindicta non pepercit cum tamen ad simplex verbum
penitentie Peccavi mox ... recepit deus trans-
tulit peccatum tuum. Ad quod ... respondit Gre-
gorius de david dicens quod postquam sibi dictum fuit hoc
verbum deus transtulit peccatum tuum adhuc tamen
multis postea cruciatibus afflictus et fugiens
reatum culpe quam perpetraverat exsolvit ut
patet ii Reg. Ex quibus omnibus concludit quod deus
delicta nostra sive per nos sive per semetipsum
punit et tunc relaxat. Aut enim ipse homo
penitens punit aut in hoc ipse deus cum homine
vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur
quia nullatenus sine vindicta relaxatur.
Sed abstulit sive deus iniquitatum maculas
sed temporali afflictione tergit quas in eis in ipse
tamen non vult vide primo ex peccatum origina-
le constitutum per baptismum sit abolitum quo
ad culpam reatus manet tamen fomes quod

12a

vos soluimus per mortem prime hec Gregorius

Redde quod debebes Alius sermo de eod

Reddere que debeamus deo sequitur videre que debeamus nobisipsis Et plura debemus nobis quedam propter corpus et quedam propter animam Propter corpus debemus nobis tria scilicet refectionem in necessitate refrenationem in voluptate et exercitationem in operositate Que tria intelliguntur in hiis tribus que scriptura applicat Ecclesiastici xxxiij Cibaria et virga et onus asino panis et disciplina et opus servo Et utraque hec tria bene conveniunt et sunt quasi eadem in nostro proposito Nam in nostro proposito idem sit asinus et servus Caro enim quia est aliud quam anima asina anime Et idem caro quia est aliud quam servus spiritus Cum omnino subiecta esse debet Servit spiritui et asino nostro scilicet carni debemus cibaria sive panem ad sustentationem ne deficiat Romanorum viij debitores sumus non carni ut secundum carnem vivamus sed scilicet ut eam reficiamus et necessaria ei ministremus ut dicit Glosa interlinealis debemus et virgam sive disciplinam ad correctionem ne lasciviet Ecclesiastici xxxiij Servo malivolo tortura et compedes Debemus et nihilominus eidem servo et asino onus sive opus ad exercitationem ne insolescat Ecclesiastici ibidem Mitte eum in operationem ne vacet multam enim maliciam docuit ociositas Ubi notandum quod exercitatio quam debemus corpori nostro est duplex Una est passiva que est in sustinendo de qua est illud psalmus Constituti sumus in exercitationem meam et hoc significat onus asini Alia est exercitatio activa que est in operando de qua i Thy iiij Corporalis exercitatio ad modicum utilis est scilicet sine pietate sed cum pietate multum Et hoc significat opus servi debemus

a

igitur ex parte anime nostre et corporis omnes exa-
ctiones passive et sustinendo quod est debitum
nature passibilitatis quo debito primi parentes
obligaverunt totum mundum in qua includuntur
ista scilicet fames sitis frigus estus labor in-
firmitas et mors que est maxima inter
debita. Unde qui moritur dicitur solvere de-
bitum nature. Ro. 8. Corpus mortuum est prop-
ter peccatum id est necessitati mortis addictum. Gaudere
ergo debet quia talia sustinet quia debita
sua solvit. Debemus igitur pro corpore nostro
opus occupationis active que est in operando
vel vacare a bono opere quia ociositas dampnat vi-
tam. Unde Augustinus in sermone ad fratres heremitas dicit:
sit. Ea fratres mei dilectissimi omnem ocio-
sitatem expellite per aliquid boni faciendum et
quod dicit orare vel legere vel manibus opera-
ri non enim differunt cogitationes quia dum
David exercitavit se in milicia non insultat
sibi luxuria sed postquam in ociosus in domo re-
mansit laboravit adulterio et homicidium
commisit. Salomon cum occupatus fuit in edi-
ficatione templi non sensit luxuriam sed
recedens ab opere mox persensit insultus lu-
xurie et femina instigante idola adoravit.
hec ibi. Propter tercio autem nobis ipsis debemus
honorem. Eccl. x. Fili in mansuetudine serva animam
tuam et da ei honorem secundum meritum et digni-
tatem eius. Est enim nobilis creatura homo
in corpore mundi et in cunctis corporis positio ecclesiastica
ma. xxx. compone autem tunc placitus deo
de tua nobilitate autem considerabis Bernardus
in li. medi. dicit: Anima insignita dei yma-
gine decorata similitudine desponsata
fide dotata spiritu redempta Christi sanguine

739

369

deputata cum angelis · capax beatitudinis · hec bonitate · rerum particeps · quid tibi cum carne hec ille. Et ideo cum magna diligencia custodienda est hec puritas ne maculetur quia si a mutilata et deformata fuerit quomodo nunc reformare tamen / et ad hoc requiruntur tria. Primum est quod memoria integre inducetur de beneficiis. Secundum quod intelligencia elevetur ad dei contemplationem. Tercium quod voluntas sive amor dulciter amplexetur dei beneficia et beneplacita. Et hec tria pulcre figurata sunt Hester vi°. Ubi cum rex quereret ab Aman quo honore quis deberet quem rex honorare vellet. Respondit sic honorabitur quem rex honorare voluerit, debet indui vestibus regiis et imponi super equum qui de sella regis est et dyadema regium super caput eius poni. Et vere quia deus tamquam rex voluit honorare animam racionalem sua propria ymagine. dignum est ut ille homo animam suam honoret. honorare autem eam sic primo inducetur vestibus regiis per quos intelliguntur habitus intellectuales quibus decoratur intelligencia ut similiter elevetur super se ad veras diuinas contemplaciones in puritate de quibus vestibus dicitur Job xl° Speciosis induere vestibus. Secundo debet poni super equum de sella regia per quem intelligitur memoria que de sedes dei est quia anima iusti sedes est sapiencie. Et hec per memoriam in quo ingerit hec de beneficiis diuina providencia precordia cum gaudio recreatur anima qua per omnia desiderabilia mundi. Unde ipse: Memor fui dei et delectatus sum sicut in omnibus diuiciis. Tercio debet dyademate coronari per quod intelligitur amor voluntatis et talis qua coronatur anima Cant iii° videte regem Salomonem in dyademate

quo coronavit eum mater sua. Mater anime
est divina fecunditas qua pater eum in verbo
dixit sic etiam dixit in qua secunda generatione fi
lium dixit et etiam eundem verbo et ymagine
sua ydealiter informando ac per hoc caritate spe
cialiter ipsam coronando. Jer. xxxi In caritate perpetua
dilexi te ideo attraxi te miserans. Tertio etiam filiam
quam rex honoravit taliter ut dictum est hono
rare vellet nunquam utique peccaret. Unde dicit
Bernardus Si nobilitatem tuam vana mea cogno
sceres peccatum ab homine caveres. Sequitur modo quid
debeamus proximis nostris etiam nos. Et quamvis debe
mus eis solam dilectionem iuxta illud Rom.
xiii Nemini quid quam debeatis nisi ut invicem diliga
tis. Ubi Glosa. Certum in quo solvitur ut semper
debeatur. Solam tamen dilectionem debeamus que tamen
non est sola quia multa includit que debemus
impendere proximis videlicet auxilium consilium
exemplum et opera caritatis. Sciendum tamen quod non omnibus
proximis eadem debeamus seu debemus sed cuilibet
secundum suam conditionem. Unde Bernardus in sermone
... Debemus tribus que sua sunt scilicet superi
ori equali et inferiori. Reddere reverentiam et obe
dientiam prelato quorum altera cordis altera corporis est
tribuere. Equali consilium quo ignorantia erudi
atur et auxilium quo infirmitas adiuvatur.
Tribuere subiecto custodiam ut possit vitare
peccatum et disciplinam ut quod melius amet
tamen maneat in spiritum. Debemus insuper
omnibus fidem et veritatem. Distinguntur etiam
de superioribus. Nam quidam sunt prelati ec
clesiastici et spirituales. Alii sunt principes et
domini seculares quibus omnibus obediendum
est. Et hec omnia includuntur in dilectione pro
ximi iuxta illud Rom. xiii Qui diligit

proximi legem implevit. Postremo dicendum est quod debemus dyabolo qui infra nos est
ipse et satellites eius scilicet peccata et vicia. Et quod
debemus ei tria scilicet inimiciciam resistenciam pug
nam. Primo inimiciciam quia ipse est inimicus dei
odiens deum et omnes amicos eius querens
modos omnes quibus nos perdat. Ideo et nos
sibi inimicari debemus. Unde Gregorius super illud vo
perfecto odio oderam illos. Id est inimicos tuos dei
perfecto odio odisse debemus. Et qui facti sunt
delicati et quos faciunt nisi pro me isti cum dyabolo
cum nullus debet habere pacem et amiciciam nisi
erueret sibi oculum dextrum sicut legitur
i Reg. xi. Naas qui interpretatur serpens et signat
dyabolum serpentem antiquum qui omnibus habere vo
lentibus ipse confederari eruit oculos dextros id est
intellectum fidei secundum Glossam hic. Crisostomus
ferocissimum inimicum habere debemus. Ecclesia ut dicit
Augustinus super psalmum. Si tamen posset vocare dyabolus
quando vellet aliquis inferius non remaneret.
Secundo debemus ei resistenciam. Ecclesia cum ipse
tamquam leo rugiens circuit querens quem devo
ret ut dicitur i Petri v. Ideo nos ei resistere debemus
fortes in fide. Jacobi iiii. Resistite dyabolo et fu
giet a vobis. Ecclesia ut dicit Crisostomus super Matheum. Dicit
in principio fortis et inflexibilis est impetus
dyaboli quem si quis forti animo resistat in primo in
venit levem in posterum. Quanto enim plus
percussus fuerit tanto plus refrigescit et de
ficit. Unde Bernardus in sermone. Demonum
est mala suggerere nostrum est non consentire.
Quociens eis resistimus tociens eos superamus
angelos glorificamus et deum honoramus.
Tercio debemus ei pugnam unde Paulus debemus

ei respondere sciret nos debemus ei pugnam in-
ferre et impugnare aut eum per bona opera que
sunt sibi in tota specie contraria et maxime per
caritatem contra ipsam. Ut dicit Hugo in exposicione
regule quia ipse dyabolus nichil tantum timet
quantum caritatem vel unitatem. Si enim caritate congruimur
et vehementer compaciemur contra hoc tenemur
in tantum quod ipse in celo conservare contempsit. Ad istam
pugnam hortatur nos apostolus etiam cantus
Estote fortes in bello etc. Ecce debitum in quo
omnes pariter sumus obligati. Sed videamus si ea
eterna bonum persolvere valeamus et nobis hoc
concedat ihesus christus. Amen. Alius sermo de eodem

Alius sermo

Redde quod debes. Supra in obligacione
debitoris in isto verbo quod debes reddere.
Sciendum quod sicut quod nos exigimur debita
ita animabus triplici iudicio. Primum iudicium
est in mente. Secundum in morte. Tercium in novis-
simo die. De primo iudicio loquitur apostolus I
Cor 11°. Si nos metipsos iudicaremus scilicet iudicio
mentis non utique iudicaremur iudicio scilicet condem-
pnacionis. De hoc iudicio dicit Aug. in li. de penitencia
Ascendat homo adversum se tribunal mentis
sue: si timet illud quod oportet nos omnes manifestari ante tri-
bunal christi ut illic recipiat unusquisque pro-
ut in corpore gessit sive bonum sive malum. Fiat
Ei sit se ante faciem suam ire. Set mox ei pe-
na hoc fiet. Unde minatur hoc deus peccatoribus
dicens: Arguam te et statuam contra faciem tuam
atque ita constituto in corde tuo iudicio assit accusatrix
cogitacio, testis consciencia, carnifex timor.
Inde quidam sanguis animi confitentis per lacrimas proflu-
at, vocatur et in fine ante oculos tuos in iudicio
futuri iudicii et toto corde dicat: quoniam iniquitatem

mea ego cognosco et patri meo et gracia me c
semper hec aug(ustinu)s. Ad hoc iudicium pro supreme
iudicii vel confessor invitat quelibet fidelem hor
tans eum d(icens). Redde quod debes q(uasi) d(iceret) redde hic primo
ne exigetur. Alter terminus debiti persolvendi in
iudicio agitur. cum istud nemo evitare nos co
stituamus ut in manus confessoris perdamus coram deo
qui facit nos et dicamus dimitte nobis debi
ta nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
Unde Job xiiii Iudicabit coram deo quod conspecta
eius sunt quo ibi dicat Greg(orius) xxv moral(ium)
c(apitulo) lii Coram deo iudicatur qui corde suum
conspicit et actus suos sub eius presencia sollicita
inquisitione districte qui cum adhuc venit eius
iudicium devenit iam homo coram illo sibi ab ipso in
dicatur. Unde psalmista d(icit). Tu parvi inquit circues
tuas iustificaciones. Debet enim unusquisque mentis
tempora sua apud deum et cunctos dux fratres con
se sollicita inquisitione debet tractare perpendere
Vel que ad eo bona percepit vel que ma
la bonis illius pure iudicii remedio reddit
Et taliter quisque tanto securus inde iusticiam
expectat quanto cotidie culpa sua suspectam
intra se examinat. Hec Gre(gorius). De pro iudicio
quod fit in morte omnibus hominibus est illud
Luc(e) xvi° Ubi dicitur quod mortuus est mendicus
et portatus est ab angelis in sinum. Mortuus
est dives et sepultus est in inferno. Et sic ipse
sensit iudicium in morte sua qui recepit
premium divitis de bonis suis divitiis conflictum
malis que gessit. De tercio iudicio quod erit uni
versale d(icit) M(atthe)i xxv Cum venit filius ho
minis in maiestate sua. Sed hic dicitur. Unum
eum quilibet in morte iudicare et accipit iudicium

suam de bonis et malis suis ut dictum est et
deus non iudicabit bis in idipsum Naum 1° Sed quare sit rep-
tabitur aliud iudicium in novissimo die. Ad quod
dicendum quod licet vita hominis per mortem finiatur
sibi tamen remaneat tamen status aliquis dependens ex
futuris et hoc pluribus modis. Primo quantum ad ef-
fectum suorum operum sicut ex dampnatione Arrii heretici et
aliorum seductorum pullulat infidelitas usque in
finem mundi. Et econtra ex alia parte usque ad fi-
nem perficiat fides ex predicatione apostolorum docto-
rum et predicatorum. Similiter de bonis et de mal-
exemplis et factis quarum omnium effectus et
sequela remanent post mortem dependens ex
futuris que iudicari non possunt antequam fiant.
Alio modo quia post mortem vivit in memoriis homi-
num et posteritate filiorum et nepotum iuxta illud
Eccli. 30° Mortuus est pater eius et quasi non
mortuus quia similem sibi post se reliquid. Tercio
modo quantum ad corpus cuius glorificatio vel condemp-
natio differtur usque ad finem mundi ut tamen tamen
morientes mali recipiunt penam boni vero
premia tamen in anima secundum statum meriti recipiunt in
corpore et anima omnia ista subduntur. Examinacioni
divini iudicii. Et ideo de hiis omnibus perfectum
et manifestum iudicium non potest quia dum huius
temporis cursus durat. Et propter hoc oportet esse
finale iudicium in novissimo die in quo perfecte
illud quod ad unumquemque hominem pertinet quantumcumque
perfecte et manifeste diiudicetur. Et vero quod
iudicium istud tremendum et horribile ostenditur
parte quia supra erit iudex iratus et terrens
subtus patens infernus intus consciencia remordens
extra mundus ardens a dextris peccata accusan-
cia a sinistris demonia occurrentia. Circa illos
boni angeli in furia pellentes ibi omnes
sancti suam iudicem approbabunt et omnes mali eum

bonis operum dampnatorum cognoscentes quia
ut dicit Orig. volens deus revelare omnium
mentes atque hominibus omnia ab omni tempore ge
sta singula quecumque in effabili quadam virtute
similiter in mente revelabit. Igitur quia tam horren
dum est illud iudicium quia nulla indulgentia re
patur nulla facultas debita reddendi nec aliquod
tempus excusationis pretendendi nec dilacionis peten
di locus dabitur. Recurramus ad confessionem mente
et reddicionem debiti amore ipsius adeo corrigamus
ut sic debitorum et delictorum remissionem consequi me
reamur. Quod nobis etc.

Alius sermo de eodem

Tractatus de virtutibus et viciis. Alius sermo

Redde quod debes. Tercia complementum virtu
religiones consistit in reddendo unicuique
debitum dicente apostolo Rom. xiii. Reddite
omnibus debita et subdit Nemini quicquam debe
atis nisi ut in vicem diligatis qui enim diligit
proximum suum legem implevit. Sic igitur
si unicuique debitum suum reddamus omnem ius
ticiam implemus. Sed iusticia includit in se
omne bonum et excludit omne malum secundum Aug.
in confessionibus. Per ergo quod iusticia atten
ditur in reddendo unicuique quod suum est et per
omnes virtus impletur et omne vicium cavetur.
Ad sciendum autem sufficienter quod unicuique debemus
oportet nos nosse omnes virtutes de quibus ante
perfecte sua que iubent reddamus. Oportet etiam
vicia tam in genere quam in specie nosse ut aliqui
in debitum inferamus. At pro hoc debita pene
contrahimus. Et nam propter hoc [illegible] the
[illegible] tam theo
logorum quam philosophorum moralibus scriptis de virtuti
bus et viciis tractatulum breve in scribere quo
distinguit lucidius quid sit cuique reddendum
aut quid de viciis sit cavendum ne penam de
biti contrahamus presertim quia in sermonibus sepe

occurrit materia de virtutibus et vicijs aliquibus
propter pertractanda que illis in locis non prout
singula explicari / ex qua etiam consideracione noti
cia talium studiosis predicatoribus est summope
oportuna / Quantum inter omnes virtutes supremum
locum obtinent virtutes theologicales scilicet fides
spes et caritas quas pagani deo debent quia
deum tamquam ultimum finem respiciunt pro obiecto quarum
sufficiencia sic patet / Cum enim homo ordinetur
ad finem per intellectum et voluntatem ad ordinandum
ipsum in finem supernaturalem oportet quod quantum ad utrumque
sibi aliquid supernaturaliter addatur / quantum ad intel
lectum adduntur homini quedam ~~homini~~ supernaturalia principia
que divino lumine capiuntur / Et hec sunt crede
bilia de quibus est fides / In voluntate vero
homo ordinatur ad finem istum in finem supernaturalem
dupliciter / aut quantum ad motum intencionis
finem scilicet in ipsum tendentem sicut in illud quod est
possibile consequi / Et hoc pertinet ad spem
aut quantum ad unionem quandam spiritualem per quam
quodammodo transformatur in finem et hoc fit per carita
tem / Dicuntur autem iste virtutes theologice tum
quia habent deum pro obiecto a theos grece quod est deus
tum quia a solo deo nobis infunduntur / Tum
tum quia sola divina revelacione in sacra scriptura
traduntur / Harum autem principaliter est fi
des an[illegible] na ultimum finem oportet nos
prius esse in intellectu quam in voluntate cum vo
luntas non feratur in aliquid nisi quod est in intel
lectu apprehensum / Sed per spem et caritatem ultimus
finis est in voluntate / per fidem vero in intellectu
Primo fides simpliciter est prior / Et hoc verum in
telligas ordine generacionis / illa quam alia
litur aliquo modo dicitur prior fide hoc esset per
accidens velud removens prohibens / Sequitur

a fide incipiamus etc. Sequitur de fide capitulum

Fides multipliciter accipitur. Quandoque enim fides
dicitur sponsio ut dicitur i. thy. v.° primam
fidem irritam fecerunt. Quandoque vero accipitur
pro generali securitate que etiam hosti servanda
est ut dicit Aug. in epistola ad bonifacium. Et ponitur
xxiij. q. i. Noli. Quandoque pro legalitate seu fide-
litate dolo contraria prout vocatur verum fidelem qui
in debetur. Quandoque pro simplicitate bona seu
innocentia ut dicitur emptor bone fide homo
est q. d. non est duplex et non est maliciosus. Quandoque
pro equitate ut ff. de obligationibus actionum sicut
ibi dicitur quod quedam sunt actiones bone
fidei quedam stricti iuris. Quandoque pro conscientia
Rom. xiiij. omne quod non est ex fide peccatum est.
Quandoque pro credulitate fidei quod dicit Greg. fi-
des non habet meritum cui humana ratio prebet experi-
mentum. Quandoque pro castitate thori fidei quod dicit
ysidorus in li. ethy. quod coniuges appellantur a prima
desponsacionis fide. Quandoque pro sacro baptismi
fidei quod dicit Aug. in epistola ad Bonifacium Quandoque
[illegible] regulatoris infusi fidei factum. Quandoque
pro credito ut collectione articulorum scilicet articulorum.
Et sic loquitur athanasius in simbolo hec est
fides katholica. Et sic accipitur in tytulo decre-
talium ubi dicitur de summa trinitate et fide
katholica. Quandoque sumitur pro actu fidei. Et secundum
hoc dicit Aug. fides est credere quod non vi-
demus. Quandoque pro fide informi ut in Cor. xiij.
Si habuero fidem ita ut montes transferam.
Ultimo sumitur proprie in suo supplaliter(?) secundum
Et hec est fides vera puta caritate informata.
Et sic de ea loquitur hic et describitur sic
ab Aug. fides est qua creduntur
que non videntur. Diffinitur autem sic ab

apl[ost]o hebre. xj. ffides est sp[er]andar[um] substancia re-
rum argumentu[m] no[n] appare[n]ciu[m]. Sunt aut[em]
fidei xiiij. articuli. Q[ua]ru[m] septe[m] p[er]tine[n]t
ad diuinitate[m] et septem alij ad huma[n]ita-
te[m]. P[ri]m[us] articulus est vnitas d[eita]tis.
Sec[un]d[u]s est t[ri]nitas p[er]sonar[um]. Et hic disting[ui]-
t[ur] in tres. Sic q[uod] tres sunt p[er]sone et
sic fiu[n]t iiij.or articulos. Q[ui]ntus est cre-
acionis que est opus diuinitatis q[ua]ntu[m]
ad opus nat[ure]. Sextus s[an]ctificacionis que
est opus d[eita]tis q[ua]ntu[m] ad opus gr[aci]e.
Istinctia aut[em] ad hunc articulu[m] co[m]plicant[ur]
in symbolo aplor[um] vbi dicit[ur]. Sanctam eccl[esi]am
katholica[m] scor[um] co[m]munio[n]em remissio[n]em peccator[um].
Vel sic Credo q[uod] sp[iritu]s s[anctu]s remittit pecca-
ta hijs qui sunt de s[an]c[t]a eccl[es]ia catho[li]ca p[er] co[m]munio[n]em
scor[um]. i. sacramentor[um] vel i[n] ma[gi]st[r]is p[er] co[m]munio[n]em
scor[um]. i. illor[um] quib[us] co[m]miseru[n]t p[otes]tate[m] sol-
uendi et ligandi. Septimus articulus
est glorificacionis que est opus d[eita]tis q[ua]n-
tu[m] ad esse glorie. Et co[m]plicat[ur] i[n] symbolo
vbi dicit[ur]. Carnis resurreccio[n]em et vitam et[er]-
nam. Octauus est x[ris]ti co[n]cepcio. Nonus est
natiuitatis x[ris]ti. Decimus est passionis mortis
et sepulture x[ris]ti. Vndecimus est descensio-
nis x[ris]ti ad inferos. Duodecimus e[st] resurrec-
tionis. Decimustercius est ascensionis. Qua-
tuordecimus est aduentus i[n] iudiciu[m]. Vbi et
in symbolo aplor[um] singuli articuli p[re]notati
co[m]plicent[ur] patz ibi. Sciendum q[uod] p[re]dictor[um]
articulor[um] quidam plura credibilia co[m]pre-
hendunt. Causa vero est quia vna et alia
sunt eadem difficultate ad assenciendum.
Credendum est q[uod] isti articuli co[m]parant[ur] ad suos auc-
tores. Sic reducuntur ad xij. aplos via

Primum secundum et quartum secundum ordinem supradictum
dicatur posuisse Petrus ibi Credo in deum pa-
trem omnipotentem creatorem celi et ter-
re // Johannes ibi Et in ihesum christum filium eius
unicum dominum nostrum // Tercium scilicet de persona spiritus
sancti posuit Jacobus alphei Credo in spiritum
Sextum sanctum // Octavum Symon Sanctam ecclesiam catholi-
cam et Judas remissionem peccatorum // Septimum
Mathias Carnis resurrectionem et vitam eternam
Octavum et nonum Jacobus Qui conceptus est de
spiritu sancto natus ex maria virgine // Decimum An-
dreas ibi passus sub poncio pilato crucifixus
mortuus et sepultus Undecimum Philippus Inde
venturus est iudicare vivos et mortuos //
Duodecimum Thomas Tercia die resurrexit a
mortuis // Decimumtercium Bartholomeus ibi
ascendit ad celos sedet ad dexteram dei
patris omnipotentis // Decimumquartum Matheus
Inde venturus est iudicare vivos et mortuos
Alii autem distinguunt duodecim articulos secundum alios
sed de hoc non est magna vis // Explicat fide-
liter articulis pertinencia alia ad fidem pertinencia
que sunt tria ad plus // Primum est veritas prima
que est fidei obiectum et hoc secundum formalem
racionem obiecti // Non enim propter fidem assentimus ali-
cui nisi propter primam veritatem revelantem // Aliud duo sunt
timor et cordis puritas que sunt fidei effectus
Timor quidam est servilis quo quis timet
a deo puniri quidam filialis quo quis timet
a deo separari per fidem enim apprehendimus penas que
sunt post iudicium dei infernales // Item per fidem
estimacionem habemus de deo quod ipse est summum bonum
a quo separari est pessimum Primum enim quo in
deum tendit est fides // Credentem enim ad deum
oportet credere ad hebreos xi° Et hoc est quod dicitur

Act. xv° Fide purificans corda eorum. Secunda

Secunda virtus theologica est spes. Spes
autem in sacra scriptura accipitur multis modis.
Quandoque enim pro re gratie quam speramus ad Titum ii°
Expectantes beatam spem. Quandoque pro certitudine
future glorie ut ad Rom. v° Probatio vero spem
Glossa id est certitudine future glorie. Quandoque pro virtu-
te ut i. Cor. xiii° Nunc autem manet fides spes
et caritas. Quandoque pro motu virtutis. Et sic descri-
bit eam magister sententiarum li. iii d. xxvi. Spes
est certa expectatio future beatitudinis prove-
niens ex meritis precedentibus. Et secundum hoc descri-
bit eam d. Spes est appetitus summi boni cum
fiducia obtinendi. Sed prout est virtus sic descri-
bit. Spes est virtus qua spiritualia et eterna bona
sperantur id est cum fiducia expectantur. Et sic
accipitur hic. Huius virtutis convenientes actus
signat aliquem spes simpliciter. Obiectum de-
finitum eius est beatitudo eterna quam perfice et prin-
cipaliter a Deo sperare debemus. Tercia virtus

Tercia virtus theologica est Caritas. Est
autem caritas dilectio qua diligitur Deus
propter se et proximus propter Deum vel in Deo. Et
notandum quod licet hec iii nomina amor dilectio
caritas et amicicia videntur quodammodo idem
significare differunt tamen quia amicicia est quidam
habitus secundum philosophum viii° ethicorum. Amor autem et
dilectio significant per modum actus vel passionis.
Sed caritas utroque modo significat. Differunt etiam ista significa-
tione. Amor enim significat seu dicit incli-
nacionem quandam appetitus sive illa inclinacio
sit naturalis sive animalis sive qualiscumque
unde amor est communis ad ea. Sed dilectio ad-
dit super amorem electionem ut ipsum nomen in-
dicat. Caritas autem addit super amorem spirituale

complacencia et pressione quandam amoris inquantum id
quod amatur magnam partem conservatur ut ipsum nomine
sonat. Conmittitur tamen caritas non ut sicut actu
sed ut actus materialiter infusus habet autem caritas
multos effectus quorum maior pertinet ad amorem
in omni et sunt sicut passiones qui sunt unio. Unde
ut dicit Augustinus 8° de trinitate: amor est vis
quedam duo alia copulans vel copulare appe
tens amantem videlicet et illud quod amatur. Et Dyonisius
4° capitulo de divinis nominibus: amor est vis uniti
va unitiva et concretiva adhesiva [illegible] ut sic amans sit in
amato et econverso. Unde dicitur in canonica Johannis: Deus
caritas est et qui manet in caritate in deo manet
et deus in eo. Effectus autem consequentes interiores ca
ritatis sunt hii gaudium pax etc. Cum enim caritas
dei sit amor dei, deus autem sit sua bonitas
ex hoc ipso quod amatur est in amante. Et maxime
cum ipsi bono amato inest ipsum bonum sic amatum
et in ipso conservatur. Et est sciendum quod gaudium non
est virtus aliqua a caritate distincta sed est quedam
actus vel effectus ipsius. Propter hoc etiam numeratur inter fruc
tus. Et hoc idem est de pace. De racione namque pacis
est unio. Unionem autem efficit caritas ut visum
est. Est autem pax concordancia in bono mentium
ordinata tranquillitas. Misericordia. Est autem misericordia com
passio super miseria aliena inquantum scilicet aliquis
miseriam alienam apprehendit ut suam. Quod fit
per unionem amoris. Et sequitur huiusmodi compassio que
est quidam motus animi si sit racione regulata.
Est virtus specialis quia propter racionem boni quod
est obiectum caritatis respicit specialem racionem scilicet
miseriam illius cuius miseretur. Effectus vero ex
teriores sunt qui sequuntur: beneficencia que secundum

rem quem boni est actus caritatis. Alia iactu
dilectionis sequitur beneficencia per quam aliquis
vult bonum alicui voluntas enim est effectiva
eorum que vult scilicet si facultas assit. Et ideo ex
quo benefacit alicui ex actu dilectionis sequitur
Et aut bonum quod quis facit accipiatur sub
aliqua racione boni specialis sic beneficencia accipit racionem
alicuius specialis virtutis ut elemosina vel ele-
mosinarum largicio est per se beneficiare et est
actus eius et per consequens caritatis et diffinitur sic
Elemosina est opus quo datur aliquid indigenti
ex compassione propter deum. Et habet multos effectus
scilicet septem corporales et septem spirituales. Elemo-
sine corporales que vocantur communiter sunt opera
et continentur in hoc versu. Visito cibo poto redimo
tego colligo tumulo. Septima sit satis prima. Et in
eorum declaracione non insisto. Elemosine vero spiritu-
ales sunt docere ignorantem consulere dubitanti
solari tristem corrigere peccantem remittere offen-
denti portare onera et graviores et pro omnibus
orare. Vel consule castiga solare remitte fer
ora. Ista et sub una dictione scilicet consule intelligitur
tamen consilium quam doctrina. De virtutibus humanis

Post virtutes theologicas consequenter ad humanas
Virtutum autem humanarum quedam sunt intellectu-
ales quedam morales et intellectuales.
Intellectuales virtutes dicuntur ille que in intellectu
tu speculativo consistunt et sunt quinque. sapiencia sciencia
intellectus prudencia consilium et ars. Sapiencia est
habitus quo cognoscimus altissimas causas
Sciencia est habitus cognicionis quo scilicet cognoscimus
res humanas Intellectus est habitus principiorum
Consilium est inquisicio racionis quod consilium est de eligendo

De virtutibus humanis etc.

ff

Prudencia est vera racio agibilium / ars est vera
racio factibilium / Differunt autem agibilia et facti
bilia sicut agere et facere / Nam agere est actus per
manens in ipso agente sicut videre velle et cetera
ac actus sciendi qui sunt de suis potenciis per se
tum / Facere vero dicit actum transeuntem in exteriorem
materiam ut secare laborare et huiusmodi / Sed de hiis
virtutibus intellectualibus tractare non est presentis
negocii nisi quatenus aliqua earum gracia aliquorum
non communis aliquibus tamen dicitur / Tercia inquitur est
virtutes procedunt ex iudicio racionis / sed in quantum sic
procedunt ex instinctu spiritus sancti ut supra patet patet
Virtutes morales non simpliciter morales dicuntur ille que sunt
in appetitu, sive ille appetitus sit intellectualis
sive sensitivus · et ille secundum Aristotelem sunt undecim ·
Iusticia · fortitudo / mansuetudo / magnanimitas /
magnificencia / temperancia / liberalitas / philotimia
vel honoris amativa / veritas affabilitas / et eutra
pelia / dicuntur morales a more / Mos autem est
habitus quo sine premeditacione frequentamur operari
Sed tamen mos dupliciter accipitur / uno modo est consuetudo
unde dicimus mos est talis patrie / alio modo est idem
quod inclinacio naturalis vel quasi naturalis ad aliquid
operandum / sicut dicimus quod mos bonis est eorum pe
cus, et canis latrare eo quod ad istos actus naturaliter
inclinatur / Et hoc secundo modo virtutes morales dicuntur a more
Et eciam dicitur amicicia in adinvicem assuefacto
ius vel ab eo quod est mos, quia mos et propter
eca est operacio virtutum autem medie inter intel
lectuales et morales sunt ille que consistunt in in
tellectu ut prudencia et alie virtutes sibi annexe
de quibus infra patebit / Prudencia enim
secundum quemcumque media est inter virtutes intellectuales

et morales animarum tamen potest cum moralibus quia
licet secundum essentiam suam sit virtus intellectualis quilibet
tamen cum virtutibus moralibus secundum materiam suam
que sunt agibilia puta actus humani in quibus
etiam se habent finis sicut sicut principia in speculabili-
bus ut dicitur vi° ethicorum. Unde ad prudentiam
requiritur quod homo bene sit dispositus circa finem
quod quidem est circa finem propter appetitum rectum appe-
titus autem sit rectus per virtutem moralem. Ideo dicitur
ethicorum vi° quod impossibile est prudentem non esse
virum bonum. Ex quo patet prudentiam quod ad virtutes
morales pertinet. Immo ipsa est ductiva omnium virtutum
moralium et in ipsa omnes virtutes morales sibi invicem
connectuntur. Sic igitur computando prudentiam inter virtu-
tes morales [illegible] sunt duodecim quarum una
est in intellectu scilicet prudentia, una in appetitu [illegible]
quarum quatuor quidem sunt in irascibili scilicet forti-
tudo mansuetudo magnanimitas et magnificentia.
Reliquae autem sex sunt in concupiscibili. Inter autem has
virtutes morales sunt quatuor que dicuntur cardina-
les. tum propter earum principalitatem et eminenciam qua excel-
lunt respectu aliarum virtutum moralium. Cardines autem
cum dicantur proprie celi vel terre vel maris. Celi quidem
quia Iob xxii° dicitur et circa cardines celi per-
ambulat. Terre [illegible] i Reg ii°. Domini enim sunt cardines
terre. Maris unde Iob xxxviii°. Cardines commovet maris
[illegible]. Sic et hee quatuor virtutes sunt prime ali-
arum. Dicuntur propter subtilitatem et [illegible]. Sicut enim
cardinem hostium innititur. Sic tota conversatio bona
circa has virtutes versatur. quatuor principaliter dicuntur
etiam propter stabilitatem et permanentiam. licet enim hostium
moveatur in cardine cardo tamen stabilis manet. Sic

licet ea circa que huiusmodi virtutes versantur sint mutabilia
si ea quibus utendum est usque circa variabilia ut
actus humani ipse tamen virtutes stabiles sunt. Cum
ipsi perpetualitate et sufficiencia circa omnes alie
virtutes morales ad has aliquomodo reducantur ut suf
ficientissime subiectis ut sequitur collocantur. Et G
sic pene omnes virtutes morales sunt circa passiones
Ideo ad maiorem evidenciam dictorum et dicendorum
est sciendum quod omnes passiones sunt undecim quarum
sex sunt in concupiscibili et quinque in irascibili. In con
cupiscibili quidem sunt tres coniugaciones scilicet amor coniugaciones
et odium desiderium et fuga sive abhominacio. Gau
dium et tristicia sive delectacio et dolor. In irasci
bili vero sunt coniugaciones scilicet spes et desperacio
et timor et audacia. Ire nulla passio opponitur
Generaliter autem circa singulas has predictas passio
nes sunt singule virtutes morales videlicet
experta consciencia connexa satis videri potest ex
consequenter ostendendo quamvis non omnibus virtutibus sint in forma
assignate ipse principales sunt duodecim virtutes
quedam alie bone disposiciones ponuntur ab Ari
stotile et ab aliis philosophis que non sunt proprie virtutes
ideo est sciendum quod bonarum disposicionum de quibus
tractatum sunt prius. Quedam sunt virtutes ut ille
duodecim iam enumerate. Quedam non sunt sed
annexa virtutibus ut bene consiliari et bene
iudicare. Que consiliativa ancillantur prudencie. Que
dam autem non solum complete virtutes sed sunt dispo
siciones et preparaciones ad virtutem ut continencia
et perseverancia que ut dicis loquitur philosophus non sunt
complete virtutes. Quedam non sunt bone disposiciones
que sunt super virtutes aliqui sunt virtutes divine
vel virtus divina que dicitur virtus heroica et.

qua philosophus destruat 7° ethicorum. Ita sicut quidam
sunt sicut bestie et supra mali ut alio modo ho-
minum. Sic quidam homines sunt divini et supra homines ultra
modum humanum. propter quod tales superintuosi dici pos-
sunt. Et dicitur hec virtus divina et supra hominem
secundum philosophum. non quod sit supra statum humanum. sed quia est
supra illud quod communiter in omnibus reperitur. Et ad hoc
ut insit homini oportet quod cum magisterio et longo co-
natu vite ad mortificacionem irracionabilium pas-
sionum. ita quod racio in suis actibus libere et ab-
sque impedimento aliquo operetur. quod paucis con-
venit secundum philosophum et secundum quosdam. Virtus non est dis-
tincta virtus realis et propria ab aliis virtutibus
sed solum est quidam perfectissime habendi alias virtu-
tes et excellenter operandi secundum eas. Unde secundum
Eustracium est hec virtus quedam summitas et ex-
cellencia aliarum virtutum. Et secundum Ambrosium ipsa est
quidam modus essendi virtuosus. Agitur quia
quidam modus omnium aliarum virtutum moralium est
prudencia omnium aliarum virtutum moralium est
directiva ut dictum est. Ideo ab ipsa sumamus ex-
ordium. ¶ Prudencia dicitur multipliciter quia
nomina carnis cum sint per apparenti prudencia
cum non sit. Romanorum 8°. Prudencia carnis mors est.
Ubi Glossa. Prudenciam carnis qui habet cu-
studiosus sunt studiosus implet que carnis
sunt. Et hec reponitur inter vicia. Secundo cum sumitur
large ut comprehendat omnes alias virtutes co-
gnitivas. Et sic videtur Tullius sumere cum dicit
Prudencia est rerum divinarum humanarum que co-
gnicio cum racione bene vivendi. Tercio modo sumitur
stricte pro virtute perficiente intellectum practicum
Et sic accipitur hic. Et sic potest videre ponitur car-
dinalis. Et describitur aliter sic. Prudencia est
rerum appetendarum fugiendarum que scientia et fugere [illegible]

vj° Ethycorum. Est recta racio agibilium. Partes
prudencie quasi integrales que ad eius
perfectum actum concurrunt sunt octo que sequuntur.
Memoria. Ad prudenciam enim concurrit ut plurimum
memoria preteritorum. quia ex multis memoriis
contingit experimentum. quod multum confert ad pru-
dencie generacionem. Intelligencia intellectus vel
intelligencia. Cum enim prudencia ut dictum est
sit recta racio agibilium. oportet quod totus processus
prudencie ab intellectu derivetur. Et accipitur
hic intellectus non potencia intellectiva. sed prout
estimat rectam estimacionem circa aliqua principia
accipitur ut per se nota. Docilitas ad quam pertinet
ut aliquis sit bene discipline susceptivus. Cum
enim prudencia consistat circa particularia operabilia in
quibus infinite diversitates non possunt omnia ab
uno homine sufficienter considerari. Unde homo
indiget ab aliis erudiri. Sed in quodam autem doci-
litatis est virtus dirigens hominem circa adipiscen-
do quam in docendo. Eustachia que est bona
coniectuacio ad quam pertinet ut homo se bene habeat
in inveniendo per se medium sicut in docilitate in acqui-
rendo ab aliis. Solercia est pars eustachie et est
facilis et prompta coniectuacio circa invencionem medii
ut dicitur I° posteriorum. Sollicitudo est quasi excitacio
sollercie ingenium scilicet aliquis ex quadam solercia
animi velox est ad prosequendum ea que sunt agen-
da. Unde sollicitus dicitur quasi solercius secundum ysidorum x
libro ethymologiarum. Vigilancia est idem quod sollicitudo
scilicet ad docere videtur ex elusione corporis in percipien-
do. Racio. Ad prudenciam enim pertinet quod homo
sit bene consiliativus ad quod exigitur quod bene sit
racionativus. Unde racio sumitur hic pro quadam
promptitudine raciocinandi. Providencia importat

respectum quedam aliquo distant alter ea que
in publici oriuntur ordinanda sunt et pertinet
ad prudenciam rectore scilicet ordinare aliqua in
finem. Unde dicta est prudencia quasi procul videns
do. Cautus sive circumspectus est quasi circa se videns can
tela ad hanc virtutem pertinet circumstancias ne
gocii attendere et perdiligere consideracionem inter
duo vicia medium tenere. puta sit liberalitate f ali
mere ut fugiendo avariciam prodigalitatem incur
rat. Cautus est virtus ad quam pertinet discer
nere a virtutibus vicia virtutum speciem preferencia quia
ut dicit ysidorus vicia sub pretextu virtutis decipi
unt. puta sub pretextu iusticie crudelitas,
sub pretextu mansuetudinis remissio. Unde ad
hanc virtutem pertinet talia discernere et impe
dimenta vitare et preterire. Partes autem subiective
prudencie sive species sunt hee que sequuntur.
Monastica que est sui ipsius regitiva per quam
videlicet aliquis regit seipsum. Regnativa que
eciam dicitur legis positiva est per quam quis regit
civitatem vel regnum sub qua omnia alia recta
regimina comprehenduntur. Politica est per quam
aliquis regit seipsum in obediendo principatibus
yconomica est per quam aliquis regit domum
quantum ad gubernacionem familie et domesticarum re
rum. Partes vero potencie prudencie poten
ciales sive virtutes ei annexe sunt hee. Eu
bulia que est virtus bene consiliativa. Et dicitur
ab eu quod est bonum et bolus quod est consilium
quasi bona consiliacio. Et distinguitur a pruden
cia quia ad prudenciam pertinet bene consili
ari imperative vel preceptive, ad eubuliam elici
tive et ordinate. Eubulia ad prudenciam
sicut consiliari ad precipere tamquam principalibus

Synesis est virtus bene iudicativa hoc est virtute
aliquis bene diiudicat sensatum. Differt autem hec
virtus ab eubulia quia multi sunt bene consilia
tivi qui non bene sunt sensitivi sive sensa
ti quasi recte iudicantes. Gnomi est virtus
bene iudicativa secundum altiores regulas quam
sunt regule communes secundum quas iudicat synesis
puta quod homo bene iudicat in illis casibus
in quibus ~~aut~~ lex posita deficit aut de quibus
lex posita non fuit ut de non reddendo deposito
furioso et huiusmodi. Unde Gnomi quandam perspica
citatem iudicii importat. / De virtutibus

Redde quod debes. Omnium hoc thema vir
tutes complectatur specialiter tamen et antonomastice
iusticie ascribitur ad quam pertinet unicuique
quod suum est reddere. De iusticia tractare vo
lentes optime convenit proponere idem verbum Redde
quod debes. Hoc enim faciendo iusticia impletur.
Ad cuius evidenciam est sciendum quod iusticia mul
tipliciter accipitur. Uno modo enim sumitur valde lar
ge quasi pro bonitate sicut Hebr. x. Dilexi
iusticiam. Glosa i. omne bonum. Et secundum hoc dicit
Augustinus duas esse partes iusticie scilicet declinare
a malo et facere bonum. Et sic iusticia
distinguitur contra peccatum apostolus ad Rom. Cum
enim vos fuisse servos peccati nunc non servos iu
sticie. Secundo modo enim sumitur pro inflictione pene
sicut dicimus iudicem fecisse iusticiam malefactori.
Et sic videtur oppositum esse pietati et misericordie.
Et sic intelligitur illud Bern[?] nullum nomen
dei est quod non sonet nisi[?] iusticiam sicut pie
tatem. Tercio modo enim sumitur pro virtute reddente u
nicuique quod suum est. Et sic continet sub se pie
tatem et alias virtutes que hic subtus collocatur.

a

Et sic est virtus cardinalis et omnes habet ordi-
nationes iuste complectitur. Iusticia theomatis per
que potest dici iusticia iuris divini dicam hec
iusticia facit hominem declinare a malis et fa-
cere bonum. Quantum ad primam acceptionem iste facit
hominem reddere unicuique quod suum est. Et unde at-
sit illud quod unicuique debetur sufficienter patet
ex dictis et dicendis. Iusticia autem ut est car-
dinalis et distributiva. Tullius i. rethorice sue
sic. Iusticia est habitus animi qui utilitate
communi conservata suam cuique tribuit dignitatem. Descri-
bitur etiam secundum imperitos et etiam secundum Tullium sic.
Iusticia est constans et perpetua voluntas ius suum
unicuique tribuens. Secundum Aristotilem autem sic descri-
bitur v° ethicorum sic diffinitur. Iusticia est habitus
a quo homines operativi sunt et electivi et operativum eius
quod est equale in distributionibus commutationibus
vel commutationibus. Ad hanc autem ultimam diffi-
nicionem si bene attendatur omnes omnes alie redu-
ci possunt. Dividitur autem iusticia a philosopho in principio
v. ethicorum primo sicut in legalem et particularem. Iu-
sticia legalis est virtus generalis perficiens ho-
minem in ordine ad alterum quantumcumque ut habet
ordinem ad bonum commune politicum. Est enim quedam
habitus generaliter inclinans hominem ad agendum
omnia quorum usus referibilis ad bonum commune.
Dicitur autem esse virtus generalis eo quod importat
actus omnium virtutum referendo eos ad bonum commune
nec determinat sibi aliquam materiam specialem
sed materia et actibus omnium singularium virtutum utitur
pro materia. Patet quod ista dicitur esse omnis virtus
tria quia finis eius est bonum totius civitatis.
Et dicitur legalis vel quia lege statuta secundum quod
ordinat ad finem legis qui est commune bonum. Per

iusticiam enim legalem aliquis vult bonum cuiuscumque
virtutis est per consequens ita quod omnia refert in bonum
commune quod est finis et intencio legis humane. sicut
iusticia iuris divini conferta superiori intencioni
omnia refert in deum qui est finis et intencio iuris
legis Romanorum x° finis legis Christus ad iusticiam omni
credenti Glosa non utique humanam sed divinam
Iusticia vero particularis est habitus secundum quem homo
perficitur ad convenienter agendum operaciones que sunt ad
alterum non quemcumque sed ut est persona singularis
et secundum determinata habitudine qua habet ad agentem
et terminatiam actionis. alias iusticia legalis dividitur
contra epykeiam. Epykeia est virtus iusticie le
galis in particularibus actibus directiva. ad ipsam
enim pertinet interpretari verba legis in casu quo verba le
gis servare vergerent contra bonum commune quod lex intendit
observata tamen semper intencione legislatoris
Dicitur autem epykeia secundum Albertum ab epi quod est supra et
keya quod est iusticia quasi supra iusticiam. Et epye-
kes quasi supra iustos. secundum lincolniensem non sunt
iusti quia sunt verbis legis complicati. Vel aliter
dicitur ab epi quod est supra et ycos quod est obediens
eo quod aliquis per eam contravenians legi obedit
quia verba legis sonent. Et ideo epykeya est habitus
inclinativus ad operandum indicata. Et ideo est in
appetitu et coniungitur iusticie. Iusticie obiectum
est ius sive iustum hoc enim ideo quod iuriste appel
lant ius philosophus appellat iustum. Est autem ius
secundum tullium ars boni et equi. dividit autem philosophus
quinto ethicorum ius sive iustum in ius naturale et
ius legale. que divisio est eadem cum illa qua
iuriste dividunt. Nomina sunt ius in ius naturale
et ius positivum. Ius naturale secundum philosophum est illud in

B

quod natura inclinat puta inquid sicut in quinque prin-
cipia iuris practice intellectus naturalis inclinat. Et
tale aput omnes eandem vim habet obligandi. Et
hoc modo describitur a Tullio in rethorica sua sic
ius naturale est non quod opinio genuit sed quedam innata
quedam vis rebus inseruit. Ius autem legale est id
quod lege determinatum est et quod totam virtutem obligandi
habet ex ipso statuto legis. Et secundum rescriptum quando
est in divinis utrum sit vel aliter fieri. Secundum iuristas autem
ius naturale est quod natura omnia animalia docuit et quod
consequitur naturalem inclinationem hominis ut convenit
cum aliis animalibus sicut est maris et femine coniunc-
tio, liberorum procreatio et educatio et consimilia. Sed ius le-
gale quod ipsi appellant est ius positivum. Secundum eos
est ius scriptum, precipiens honestum, prohibens contra-
rium. Quod quidem ius positivum ipsi sub distinguunt
in ius gentium et ius civile. Ius gentium est illud
quod ex principiis iuris naturalis immediate derivatur
et quo omnes gentes utuntur sicut pacta et [illegible]
nulli iniuriandi et cetera huiusmodi. Hoc autem ius philosophus
comprehendit sub iure naturali sed iuriste reponunt sub
iure positivo. Ratio quia quidam philosophus radice procedit
quia ius naturale dicitur ad quod natura inclinat
in homine autem sit duplex natura. Una que est in
quantum animal. Alia est que est sibi propria in quantum homo
est. Iuriste accipiunt ius naturale prima homo convenit
cum aliis animalibus. Philosophus cum natura hominis
propria prout scilicet homo. Prout naturaliter discernit ho-
nestum eligendum et turpe fugiendum. Ius autem civi-
le quod idem est quod politicum, aliter sumitur a iuri-
stis, aliter a philosopho. Iuriste enim nominant civile ex
causa dicentes illud esse ius civile quod
aliqua civitas sibi statuit ex ratione aliqua p

utilitatem communis. Unde secundum eos ius civile est quod
quisque populus vel civitas sibi proprium communi divi-
narum causa constituit. Philosophus autem nominat ius
politicum sive civile ab ipsa civitate et usu quo-
bus cives utuntur et conveniunt. Unde quia cives
conveniunt utuntur tam iure naturali quod natura omnibus
rebus indidit quam iure quod est lege vel etiam
consuetudine introductum, ideo philosophus rationabiliter
sub iure politico etiam ius naturale reponit distin-
guendo ius politicum in ius naturale et ius legale
ut dictum est. Iuriste distinguunt ius civile in plura
particularia iura, puta ius militare et ius publicum,
ius quiritum et plura alia de quibus inpresenciarum dicere.
Iudicium est quidam actus iusticie. Nam iudicium
nichil aliud est nisi quedam diffinitio vel de-
terminatio eius quod iustum est. Severitas est pars iusticie
legalis iniquitatem penalem infligens secundum taxationem
legis. Et quantum ad hoc pertinet hic ad iusticiam
de hac tractatur hec infra de prudencia. Partes quasi
integrales iusticie sunt facere bonum et declinare
a malo. Et licet hec sunt due partes iusticie large
sumpte ut dictum est supra in principio huius capituli,
sunt tamen in philosophia respectu iusticie stricte sump-
tum sunt hic de ea loquimur. Equalitas enim in-
sticie omnium constituitur faciendo bonum et reddendo
unicuique quod sibi debetur. Constituta autem conserva-
tur in declinando a malo et nullum malum proximo
inferendo. Partes subiective sive species iusticie sunt
distributiva et commutativa. Iusticia distributiva
est directiva in distributionibus communium bonorum
ad singulas personas secundum proporcionalitatem. Iusticia
commutativa est directiva in commutationibus que con-
sistunt inter duas personas privatas adinvicem.

huius actus sunt emptio · vendicio · restitucio ·
transfusio / Partes autem iusticie que potenciales sunt
hee religio pietas observancia · gratitudo vin
dicatio virtus amicicia liberalitas · que omnes con
veniunt iusticie sub racione qua cuilibet debitum
redditur · deo per pietatem parentibus et patrie · per grati
tudinem benefactoribus et sic de aliis que omnia sunt
species iusticie vel partes secundum tullium de quibus omnibus
et singulis secundum ordinem est videndum / Et primo de
religione / Religio est actus ad quam pertinet cul
tum deo exhibere secundum tullium quia ipse dicit
in rethorica / et non religio quidem nature quam divi
nam vocant cultum cerimoniam affert / unde ad
hanc virtutem pertinet latria / Et nota quod latria
triplicatur scilicet / Primo sumitur pro illis que deo ex
hibentur ad reverenciam et recognicionem domini sui sicut
sunt sacrificia genuflexiones / Alio modo pro ipsa ex
hibicione / Tercio pro habitu quo redditur homo ad huius ex
hibicionem prompte et faciliter elicitur / Primo modo latria
est materia virtutis scilicet religionis / Secundo modo est
actus · Tercio modo est virtus ipsa que eciam dicitur
religio / Unde sciendum quod eciam hec virtus que
eciam dicitur religio quatuor modis nuncupatur
dicitur enim pietas quantum ad affectum devocionis
dicitur theosebia quantum ad divinus cultus vel
eusebia i. bonus cultus quantum ad studium atten
cionis / Illud enim dicitur homo colere cui studio
se intendit / sicut aurum vel argentum vel ali
quid aliud / Dicitur enim latria et servitus quantum
ad opera que deo exhibentur in recognicione
dominii / Dicitur enim religio secundum ysidorum li. ethymologiarum
a religendo ea que sunt divini cultus hoc dicitur
cum semper in corde revolvenda / Vel per dicitur religio

a religando eo quod ad omnia nos religat. Sanctitas
est idem secundum essentiam quod religio. sed differt ab ea
ratione. quia religio dicitur secundum quod exhibet
deo debitum famulatum in hiis que pertinent specia-
liter ad cultum divinum sicut in sacrificiis et ob-
lacionibus et huiusmodi. Sanctitas autem dicitur secundum quod
homo non solum hec sed et aliarum virtutum opera
refert in deum. Vel secundum quod homo se disponit
per bona opera ad cultum divinum. Dicitur autem
sanctus latine grece agyos i. sine terra. Vel dicitur
sanctus i. firmus. Unde ~~sanctitas~~ sanctitas i. firmitas
vel sanctus quasi sanguine tinctus. Religionis
autem actus principales sunt hii qui sequuntur quorum
primi duo sunt interiores alii vero exteriores. De-
vocio est quedam prompta voluntas faciendi ea
que ad divinum cultum pertinent. Et dicitur de-
vocio a devovendo. Unde dicuntur devoti qui se ipsos deo
quodammodo devovent ut sibi totaliter subsint.
Devocionis autem causa est meditacio vel con-
templacio intrinseca sed homo per contemplacionem con-
cipit quod se tradat divino obsequio, quod fit
ex consideracione divine bonitatis. Effectus vero de-
vocionis est spiritualis leticia et quantum delectacio ex con-
sideracione divine bonitatis procedit. Oracio etiam
est actus religionis. per quam enim homo deo re-
verenciam exhibet quantum scilicet ei subiciat se oran-
do. Ad oracionem enim tria requiruntur. Primum est
ut orans accedat ad deum. et hoc ipse importat
nomen orantis. Est enim oracio ascensus mentis
in deum. Secundo requiritur peticio. que si proponat
determinate dicitur ipsa postulacio. Si vero indeter-
minate vocatur quando petit adiuvari. Tercio
supplicacio. Si vero solum narret. sicut ut ibi

Grece que amat insinuat vocatur insinuacio
Tercio requiritur racio impetrandi quod petit quia
ex parte dei est sua bonitas propter quam petimus
exaudiri ut ait ipse propter temetipsum inclina aurem
tuam Daniel ix. Et tunc dicitur obsecracio que
est sacra contestacio sicut cum dicimus per nativitatem
tuam etc. Racio autem impetrandi ex parte petentis
est graciarum accio quia de acceptis beneficiis gracias
agentes meremur accipere potiora pro dictorum aut similium
concurrit vel collecta de sancta trinitate Omnia que ibi dicuntur
Omnipotens sempiterne deus pertinet ad ascensionem
mentis in deum Sed quod dicitur eterni deo ysaiam nobis
famulis etc. pertinet ad graciarum accionem et nos nobis dicitur
operari quesumus pertinet ad postulacionem Sed quod concluditur
in fine per dominum nostrum pertinet ad obsecracionem Ob
lacio est actus religionis et fit in signum debite
subiectionis et honoris secundum similitudinem eorum qui
dominis suis aliquid offerunt in recognicionem dominii
Sacrificium est quedam pars omnis oblacionis Et
dicitur ipse sacrificium quod circa rem deo oblatam
aliquid fit sicut quod animalia occidebantur quod panis
mus frangitur et comeditur et similia Et hoc ipsum
nomen sonat Ex hoc enim dicitur sacrificium quod
homo facit aliquid sacrum Oblacio vero racione dicitur
quod deo aliquid offertur licet etc. si nichil circa ipsum
fiet Sicut dicuntur offerri denarii vel panes
in altari circa quos nichil fit Unde omne sacrificium
est oblacio sed non econverso Sacrificium etc. plures habet
partes holocaustum vitulam etc. de quibus non est
curandum quia lex nova talia non habet in usu
Primicie eciam sunt quedam oblaciones quia deo
offeruntur non tamen sunt sacrificia quia nichil circa
eas fit Offeruntur autem primicie in recognicionem
divini beneficii quasi aliquis profiteatur se ab eo

sacrificatus proprie | Decime non sunt sacrificia nec
oblaciones quia non deo immediate sed aliis ministris
exhibentur. | Impreductia est autem decimarum solucio
propter quod ex iure naturali ingenitum sed naturalis racio dictat
quod hiis qui ad salutem ipsi divino cultu ministrant
totius populi necessaria victus ministrat | Sed quantum ad
determinacionem certe partis puta decime vel septime non
decime est iure naturali sed ex quadam convenientia et ex
crevit ex institucione divina secundum quod condicionem illius po
puli cui lex dabatur et tamen hic dicitur ex institu
cione ecclesie | Votum etiam est quidam actus religio
nis | Est enim votum promissio facta et sic diffinitur
a quibusdam. Votum est conceptio boni propositi cum ani
mi deliberacione formata promissione deliberacione
consequente | Iuramentum est actus religionis quo
divinum testimonium invocatur cuius veritas infallibilis
Unde Jacobus dicit quod qui iurat aut veneratur aut
diligit eum cui iurat | Iuramentum autem tres habet
comites vel comites scilicet iudicium ut discrete quis
iuret. veritas ut verum iuret. iusticia ut licitum
sit quod quis iuret. Iudicio caret iuramentum
incautum veritate iuramentum mendax sed iusticia iu
ramentum iniquum vel illicitum | Adiuratio est actus
religionis quo quis per divinum nomen vel angeli
vel sacrorum invocacionem ad aliquid faciendum
inducit. Et si hoc fit solum per modum induccionis vel de
precacionis licitum est et est actus religionis
Si autem per modum compulsionis et cum auctoritate im
posicione licitum est nisi adiurans habeat pote
statem super eum quem adiurat | Laus divina est etiam
actus religionis qui fit ore non quidem ut deum
gracias sibi per hoc exprimamus ut corda nostra excitemus sed
ut laudantes affectus magis magisque excitata deus de
laudetur omnibus Peccatus est scilicet virtus annexa

Iuramentum quid sit

iustitie ad quam pertinet exhibere cultum reverentiam
parentibus et patrie Nam post deum homo maxime
est debitor parentibus et patrie In cultu parentum
includitur cultus omnium consanguinitate coniunctorum Similiter
in patrie comprehenditur et cultus civium et omnium
patrie amicorum ad quos omnia pietas se extendit
ut dicit Tullius in sua rethorica Et non differunt inter
ista nomina officium cultus reverentia honor laus
gloria res officium quidem importat obsequium
sive servicium et alia ad humanam necessitatem et co-
modum pertinentia hoc enim sonat hoc nomen dicitur
enim officium quasi officium per hominem et venit ambo
officiis officias quidem est quod nocere nocens Cul-
tus enim importat quandam diligentiam et attentio-
nem intentionem circa aliquos diversos actus quibus homo
ad aliud ordinatur puta circa servicium et honorem
et circa talia quia ut supra dictum est illud aliquis
colere dicitur cui attente et diligenter intendit
sicut agrum et similia Unde ut dicit Augustinus x de
civitate dei illas personas colere dicimus quas
honoritate vel recordatione vel presentia frequentamus
Nam secundum Hugonem agrum colere idem est quod arare
Civitatem colere est idem quod inhabitare Formam colere
idem est quod ornare Deum colere idem est quod
venerari Parentes colere idem est quod amare Versus
vos nos forma superos colit atque parentes Hoc
arat habitat ornat hic honorat amat Reveren-
tia vero est habitus quo quis reputat ea que sunt
in alio magna que ante hunc pertineat Et secundum hoc
reverentia dicitur quidam motus interiorem qui est
fugiendo vel resiliendo ab altitudine alicuius
considerans ipsam paritatem et notatur ille motus timor
reverentie Et hunc motum timoris videtur consequi
elongatio vel fuga qua homines persone elon-
gant se ab hiis qui sunt in dignitate positi ne
gaudentes eos immergere Alio tamen modo reverentia
dicit honorem quem aliquis exhibet alteri gratia

dignitate ad omnes eius quia ei subiectus sit
et paratus voluntatem eius sequi. Ceterum autem ap-
pendit modum timoris reverentie simul et honoris
et sic reverentia est cum timore honorem impendere.
Honor autem addit super reverentiam exhibitionem
per signa exteriora. Est enim honor secundum philosophum in
ethicorum exhibitio reverentie in testimonium virtutis et hic
intelligunt signa exteriora ut est assurgere venien-
ti, inclinare, sedenti consentire, assistere sedenti vel
huiusmodi alia. Autem preterea est finis honoris inquantum scilicet
ad hoc aliquid ut ab aliis reverentiam habeat. Laus
vero differt ab honore dupliciter. Primo quia laus con-
sistit in solis signis verborum, honor autem in quibus-
dam exterioribus et secundum hoc laus in honore in-
cluditur. Alio modo quia secundum philosophum in primo ethicorum laus de-
betur alicui propter bonitatem quam secundum se habet in or-
dine ad alterum. Unde que ad actum convenientem fi-
unt. Honor autem debetur alicui propter bonitatem
quam secundum se habet unde secundum ipsum debetur honor propter
actus virtutis qui ordinantur ad felicitatem
honor vero debetur et divinis. Gloria autem est
effectus honoris et laudis quia ex hoc quod testifi-
catur de bonitate alicuius clarescit eius noti-
cia plurimorum. Unde dicitur gloria est clara secundum ys.
et secundum Ambrosium gloria est clara cum laude noti-
cia. Observantia est tertia virtus iustitie annexa
ad quam pertinet exhibere cultum et honorem perso-
nis in dignitate constitutis sicut prelatis et dominis
et magistris. Unde dicit Tullius in sua rethorica
observantia est per quam homines aliqua dignitate
antecedentes quodam cultu et honore dignantur.
Partes sive species observantie sunt due scilicet dulia et
~~obedientia~~ obedientia. Dulia est virtus qua ex-

exhibetur honor et reverentia senioribus et aliis.
Dulia duplicatur. Uno modo quantum ad hoc quod exhibet re-
verentiam cuicumque homini bone cuiuscumque excelle-
ncie. Et sic sub se continet pietatem et observanciam
et condistinguitur latrie. Et potissima eius spe-
cies est yperdulia maxima cum reverencia ex-
hibetur homini ex affinitate qua habet ad deum
quod pertinet ad yperduliam. Alio modo dulia accipitur
stricte et proprie. Et sic est virtus qua famulus ad
reverenciam domini. Unde Grece dulia latine
est servitus. Obediencia est virtus qua quis de-
bitum reddit superiori preceptis eius obtemperando. Est
enim obediencia voluntas faciendi preceptum vel
mandatum superioris prout debitum est ordine
iuris naturalis et divini inquantum semper in subdi-
tis movetur a superioribus. Unde obiectum eius
preceptum est sive tacitum sive expressum. Gra-
cie gratitudo est virtus ad quam pertinet bene-
factoribus recompensare. Et describitur sic a tullio
Gratia est in qua amiciciarum et officiorum alterius
memoria et remunerandi voluntas continetur.
Vindicacio est virtus ad quam pertinet illatas
iniurias ulcisci. Unde secundum tullium in sua rethorica
Vindicacio est per quam vis aut iniuria aut omnino
quidquid obscurum est et ignominiosum defendendo
aut ulciscendo propulsatur. Ita tamen quod hoc fiat
intencione alicuius boni puta ad emendacionem
peccantis vel ad eius cohibicionem et aliorum quietem
seu ad iusticie conservacionem et dei honorem. Et aliis
debitis circumstanciis. Et sic enim est virtus de
qua hic loquimur. Si autem intencio vindicantis
feratur principaliter in malum illius de quo vindic-
tam sumit et ibi quiescat. Et sic est illicita

ff

et peccatum licet autem virtus vicia est maxime ha
bentem potestatem secularem ¶ Veritas est virtus qua
exterior homines sive verba sive facta debite
ordinatur ad aliquid sicut signum ad significa
tum Et non accipitur hic veritas proprie secundum quod veritate
aliquid dicitur verum quod accipitur cum dicitur
veritas est adequacio rei et intellectus Et sic
enim non est virtus sed obiectum vel finis virtutis
Sed accipitur hic veritas qua aliquis verum dicit
secundum quod per eam aliquis dicitur esse verax Talis
enim veritas sive veracitas est virtus de qua hic
loquimur ¶ Est autem sciendum quod triplex est veritas
scilicet veritas significati sive rei veritas signi et veri
tas utentis signo Ad veritatem rei pertinet illud
philosophi 2o metha[physice] unumquodque sicut se habet
ad esse sic se habet ad veritatem Et Augustinus in li[bro] Sol
liloquiorum verum est illud quod est ad veritatem si
gni pertinere videtur illa descripcio philosophi veritas est
adequacio rei et intellectus sive adequacio
significati ad signum Veritas vero signi prout perti
net ad hominem utentem signo est ista que est
presens intencionis Et describitur a Tullio in principio
rethorice sue sic Veritas est per quam immutata
ea que sunt ut aut fuerunt ut futura sunt dicuntur
Et philosophus iiijo ethicorum dicit quod verax est qui sermo
ne et vita verum dicit eo quod talis est scilicet
cum ¶ Amicicia que et affabilitas dicitur est
virtus qua homo convenienter ordinatur ad ali
os homines in communi conversacione tam in verbis quam
in factis ut scilicet ad unumquemque se habeat sicut decet
Liberalitas est virtus ad quam pertinet convenienter
uti pecunia seu quibuscumque rebus possessis
que quidem usus consistit precipue in dando //

Et secundo in expendendo ut dicit philosophus iiii°
ethicorum. Quod liberalis est simplicitatem habere in
dacione et esse communissimum quod etiam nomen
indicat. Quod cum aliquis aliquid committit quo
dominus illius a sua custodia et domo liberat et
cum suum habentis affectu liberum esse ondit
quod tunc liberalitas in multitudine dantorum
secundum dantis substanciam vel affectum ut dicitur iiii°
ethicorum. Et diffinitur sic liberalitas a tullio
liberalitas est virtus benefactorum beneficiencia
B notant. Fortitudo in scriptura multipliciter
accipitur. Primo cum accipitur pro fortitudine
corporali ut fortitudo sampsonis. Judicum pro
fortitudine humani. Et hec quadrupliciter. Uno
generaliter. Et secundum hoc fortitudo potest reperiri in
omni virtute. Nam omnis virtus fortitudinem
habet respectu vicii sibi oppositi ut continencia
contra luxuriam. Unde proverbiorum ultimo. Accinxit for
titudine lumbos suos. Secundo longe non
ita generaliter sicut prius. Et hec modo fortitudo
attenditur circa difficilia in passionibus sive
operacionibus sive in laboribus. Sic accipitur proverbiorum
ultimo mulierem fortem quis inveniet etc.
Glosa interlinealis. Fortem constanter qui amore
eternorum prospera et adversa contempnit. Contemp
sit tunc prospera quia spes est fiducia. Tercio
strictius sumitur pro fortitudine que atten
ditur circa ea que sunt difficilia in passionibus
operacionibus sed tamen circa operaciones passiones que
corpori infliguntur et non extendit se ad dampna
rerum. Et sic sumit philosophus iiii° ethicorum. Et
describitur a tullio sic. Fortitudo est consideratum
periculorum susceptio et malorum perpessio. Et secundum

Andronicus Fortitudo est virtus invasibilis non
facile obstupescibilis a timoribus qui sunt in
morte. Non enim fortitudo est circa quecumque pe-
ricula mortis et horum maxime que in bello
sunt secundum philosophum in 3° ethicorum. Et sicut ipse ibidem
dicit, scilicet solum circa timores et audacias quorum
restrictiva timorum et moderativa audaciarum ad
racionem cum prebet remotione impedimenta quibus
voluntas trahitur ad sequelam rationis. Cuius princi-
palis actus est sustinere. Secundarius autem actus
est aggredi. Martirium est quidem actus for-
titudinis maxime perfectionis pertinens ad illum ac-
tum qui est sustinere. Est autem de ratione martirii
fidei stare in veritate et iusticia contra persequen-
tium impetus. Notandum autem quod sunt assignare
plures partes subiectiue sine species. Cetera circa ma-
terium valde specialem assignatur. Ceteras sunt inte-
grales ut sunt hec que sequuntur. Magna
nimitas est virtus circa magnos honores consistens
modum scilicet rationis circa eos ponens. Tendit enim ma
gnanimus ad ea que sunt magno honore digna.
Ita tamen quod non excellenti se admiranda que
sit dignus nec etiam nimis appreciatur quantum
honorem et tamen non refugit timore pusillanimore.
Unde adiungitur hec virtus fortitudini in quantum
confirmat animum in magnis honoribus sperandis et
adipiscendis. Circa mediocres autem honores
est quedam alia virtus que innominata est non
minatur enim ab omnibus scilicet que sunt philotimia id est a
mor honoris et aphilotimia id est sine amore honoris
laudatur quandoque qui amat honorem, quandoque autem
qui non curat de honore. Inter scilicet utrumque mo-
derate sicut potest. Affabilitas sive locutio

no dicit virtute / hec est quedam condicio vel pars
integralis virtutis et pertinet ad magnanimitu-
dinem. Importat enim securitatem quoddam robur
spei provenientes ex quadam consideracione que facit
vehementer operari debere non desperando. Unde fi-
ducia est quasi spes roborata ex aliqua firma
opinione. Securitas eciam est pars vel quasi pars
vel condicio adiutativa pertinens. Importat enim
perfectam quietem animi a perturbacione timoris et
pertinet immediate ad fortitudinem / et ex con-
sequenti ad magnanimitatem in quantum scilicet repellit
desperacionem. Magnificencia est virtus circa magnos
sumptus expensas / unde sic diffinitur a Tulio in re-
thorica sua. Magnificencia est rerum magnarum
et excelsarum cum animi ampla et splen-
dida proposicione cogitacio atque administracio vel
executorum execucionum. Differt autem magni-
ficencia a liberalitate / Tum quia liberalitas
licet esse circa dona et circa sumptus et expen-
sas principaliter tamen circa dona / magnifica
tia / circa et solum habet esse circa sumptus et ex-
pensas si magnificus eciam dat dona vel
encenia ut dicitur iiii° ethicorum / hoc non est
sub racione doni sed potius sub racione sumptus.
Ad magnanimitatem aut hec virtus fortitudini quia
tendit in arduum contra huius difficultatem
propter dispendium rerum. Paciencia est virtus que
conservat bonum racionis contra tristiciam ne scilicet racio
tristicie succumbat ut dicit Augustinus in li-
bro de paciencia. Homines quia mala equo animo tol-
lerant id est sine perturbacione tristicie ne eos
deserant / bona deserant per que ad meliora
perveniant. Et diffinitur a Tulio paciencia
voluntaria ac diuturna tam rerum arduarum difficilium
est honestatis et utilitatis

voluntaria et diuturna perpessio. Longanimitas differt
a paciencia quia ipse respicit perpessionem mali contrista
tis. Dicitur etiam longanimitas ex eo quod aliquis habet
animum tendendi in aliquod bonum quod a longinquo
distat comprehenditur tamen sub paciencia inquantum habet
ipsum quod est differre bonum speratum natum est
causare tristiciam iuxta illud prov. xiii° Spes
que differtur affligit animam. Et secundum hoc super-
titulus diffinit pacienciam. Ubi hoc dicit diffi-
cilium quod pertinet ad gravitatem mali quod ipse
respicit paciencia. Set non addit diuturna quod pertinet
ad longanimitatem secundum quod convenit cum paciencia. Per-
severancia est virtus ad quam pertinet firmiter persistere
in bono contra difficultatem que provenit ex ipsa
diuturnitate actus. Constancia autem facit firmiter
persistere contra difficultatem que provenit ex quibus-
dam exterioribus impedimentis. Temperancia
est accipitur dupliciter. Uno modo pro temperancia generali
ad quam pertinet moderatio operis virtutis cuiuslibet
illo modo quo loquitur oracius. Est modus in rebus
sunt certi denique fines ultra quos citraque nequit
consistere rectum vel verum ut sic videtur sumere Bernar-
dus in li. de consideratione. Temperancia inquid non
est solum iusticie sed et fortitudini et pruden-
cie medium imponere. Secundo modo temperancia dicitur
virtus animi impetus ~~non~~ non rectos cohibens
Et sic sumitur a Tullio in rethorica. Tercio modo dicitur
virtus animi regens circa sensum. Et sic accipitur
in Glosa super Mt. xv°. Temperancia est refre-
natio cupiditatis ab hiis que temporaliter delectant.
Et Aug. [illegible]. Temperancia est in cohercendo de-
lectationibus primariis et propriis illis que sunt
circa tactum. Partes quasi integrales temperancie sunt
due scilicet verecundia et honestas. Verecundia ipse

uo est virtus qua repugnat quis potestati lucri
accipiendo ponens eo quod bonum et laudabile
in humanis actibus sit ut dicit virtus cum sit quedam
laudabilis passio / Est autem verecundia
secundum Damascenum li. ii. c. Timor de turpi perpetratione
Erubescencia autem est quasi idem quod verecundia
sed in hoc differt quia verecundia est timor de turpi
iam facto sed erubescencia est timor de turpi
committendo Unde propter erubescenciam aliquis di
mittit actum turpem et viciosum Unde dicit
Augustinus contra Nestorium Quem verecundatur occultat se de
his que agit propter timorem infamacionis et vi
tuperii Quem nec erubescat timet magis in
famacionem Unde erubescencia est timor de homo
deo naturae vel famacionis Honestas est quedam
spiritualis decor vel pulcritudo Unde Augustinus in li.
lxxxiii q. Honestatem voco intelligibilem pul
critudinem quam spiritualem nos proprie dicimus Et dicitur
honestas quasi honoris status. honor autem ne
debetur nisi virtuti Unde in idem refertur virtu
te et actu omni temperancia pro quanto repulit illud
quod est hominum turpissimum et in decentissimum
brutales scilicet concupiscencias Que subiective temperancie
sunt hec que sequuntur Abstinencia est virtus pro
hibitiva et moderativa ciborum et potuum Jeiunium
est actus abstinencie pro quanto propriè est ordina
tum Sobrietas est virtus circa potus mensuram
inquantum scilicet potatio impedit racionem Unde nomen
sobrietatis sumitur a mensura / dicitur enim sobrius
quasi briam id est mensuram servans Castitas est virtus
refrenans delectaciones venereas Iuxta quod hoc cas
titatis nomen sumitur quia scilicet racionem concupiscencia casti
gatur / Pudicicia uo est virtus a castitate

pudicicia

distincta et ordinatur ad ipsam sicut complementum
castitatis constantie. Pudicitia cum ipsa atten-
ditur circa secreta et propinqua circa exteriora signa
venereorum sicut sunt aspectus impudici verba
oscula et tactus. Castitas autem magis ipsam respicit
venerem commixtionis commixtionem. Et magis tamen
unum ponitur pro alio. Dicta est autem pudicitia
a pudore quia homines maxime de actibus
venereis verecundantur. Virginitas est pars castitatis
et hoc habet se ad ipsam sicut magnificentia
ad liberalitatem. Est autem virginitas secundum Augustinum i
li. de virginitate et concupiscentia in carne corruptibili
incorruptionis perpetua meditatio. Ubi est adver-
tendum tria esse in virginitate consideranda scilicet in-
tegritas illius corporis et membri immutabi-
litas ab experimento illius delectationis que con-
sistit in seminis resolutione. Et propositum perpetue
abstinendi a tali delectatione et cum magis velle
experiri. Primum habet se accidentaliter ad virgini-
tatem. Secundum autem est materiale in virginitate
sed tertium est formale et complementum. Sumptum
est nomen virginitatis a virore qui quandam in
unitate admixtionis importat. Ita ad virgini-
tatem requiritur admixtionis immunitas et cetera.
Partes potentiales sunt temperantie hee que se-
quuntur. Continentia secundum quosdam dicitur per quam
aliquis ab omni delectatione venerea abstinet. Alio
modo secundum alios continentia dicitur per quam aliquis
abstineat a vilibus et quo modo dicit Gala.
v. propter continentiam quis abstineat et abstineat
aliquando et secundum alios continentia dicitur per quam
aliquis resistit concupiscentiis pravis que in eo vehe-
menter consurgunt. Et hoc dicit Andronicus quod
continentia est habitus invictus a delectatione et cetera.

cum ino accipit philosophus 4° ethicorum. Cum enim
nomine comprehendit continenciam cum ex suo nomine
quandam refrenacionem importat inquantum scilicet re-
net se aliquis ne passiones sequatur. Unde di-
citur est virtus secundum philosophum secundum modum. Sed cum aliquid de ra-
cione virtutis inquantum scilicet racio firmata est contra
passiones ne ab eis deducatur. Differt autem
perfecta racione virtutis inquantum consistit vehe-
mentes passiones [illegible] large tamen pre-
dicta virtus accipiendo nomine virtutis pro aliquo lau-
dabilium operum. Clemencia est virtus dimi-
nutiva penarum. Unde Seneca in li. 2° de cle-
mencia ipsam diffiniens sic inquit. Clem-
encia est lenitas superioris adversus inferiorem in consti-
tuendis penis. Et tullius in 2° rethorice. Cle-
mencia virtus est per quam animus concita-
tus in odium alicuius benignitate retinetur. Et
comparatur clemencia ad virtutem que dicitur severitas
sicut epikeia ad iusticiam legalem. Severi-
tas est per quam aliquis stat inflexibilis circa in-
flictionem penarum quando hoc recta racio requirit
Et est pars iusticie legalis quantum ad inflictionem
pene secundum legem distribuitur autem sic secundum legem
Severitas est virtus debito supplicio cohercens
iniuriam. Mansuetudo est virtus moderativa ire
secundum philosophum 4° ethicorum. Et differt a clemencia quia
mansuetudo ipse respicit ipsum vindicte appe-
titum sed clemencia respicit ipsas penas que ex-
terius adhibentur ad vindictam. Est autem man-
suetudo modesti animi tranquillitas quem nulla
incurrencium rerum tribulacione agitatur. Mo-
destia est virtus moderativa eorum que mediocrem
habent difficultatem difficilium enim moderativa
est temperancia. Diffinitur autem a tullio modestia sic.

Modestia est virtus per quam pudor honestas ca-
rum et stabilem auctorem et consistit in dictis et
factis. Species modestie sunt humilitas studi-
ositas et alie que sequuntur. Humilitas est virtus
que refrenat vel reprimit et temperat animum ne immo-
derate tendat in excelsa. Sicut enim mansue-
tudo reprimit motum ire sic humilitas motum ra-
Studiositas est virtus qua intencio hominis ad re-
rum cognitionem vehementer applicatur seu afficitur
secundum moderamen rationis. Eutrapelia est virtus
ludalis et habet esse circa ut scilicet homo bene se habeat
circa ludos secundum modum rationis. Et continetur hec virtus
sub modestia inquantum per eam homo refrenatur in
libri immoderancia ludorum. Et dicitur eutrapelia
a bona versione quia sibi sit bene convertit aliqua
dicta vel facta in solacium. Ponit etiam Andro-
nicus quasdam alias virtutes que sub modestia
continentur. Duas habet que ordinat hominem in
exterioribus motibus corporis. Earum unam ap-
pellat ornatum aliam bonam ordinacionem. Sed
ornatus secundum eum est virtus que respicit conveni-
enciam persone in motu et habitudine. Bona
ordinacio est virtus secundum eundem que respicit con-
venienciam hominis circa exteriores personales et di-
versa negocia que consistunt et pertinent ad affa-
bilitatem. Et continetur sub modestia inquantum pot-
entibus modum rationis. Alias tres ponit que
ordinat circa exteriorem ornatum que est in ve-
stibus et aliis huiusmodi. Earum primam appellat
humilitatem. Humilitas autem prout hic sumitur est
virtus que excludit intentionem glorie in exterio-
rem apparatum. Unde dicit Andronicus humili-
tas est habitus non superhabundans in sumptibus et
preparacionibus. Aliam appellat per se sufficienciam.
Per se sufficiencia est virtus que excludit

intencionem delitiarum. Unde dicit Seneca Andronico
Persufficiencia est habitus contentus quibus
oportet et determinatus eorum que bene invenit
etiam appellat simplicitatem. Est autem simplicitas
prout hic sumitur virtus que concludit superflua
sollicitudine talium. Unde dicit Andronicus
Simplicitas est habitus contentus hiis que con-
tingunt etc. Sequitur de viciis

Reddere quod debes. Terminatis virtutibus tunc
secundum condicionem suam reddere debemus. Sequitur
considerare singula vicia ex quibus debita
id est peccata contrahimus pro quibus penam sustinemus
et debemus supremo iudici tunc michi dicenti
redde quod debes id est lue penam pro quolibet peccato
tuo debitam. Sunt autem vij peccata mortalia que
capitalia dicuntur quia ex eis omnia alia ori-
ginantur. Et horum sufficiencia sic potest accipi. Quia
peccatum est ex eo quod appetitus movetur inordinate vel
ad prosecucionem boni vel ad fugam ma-
li. Si ad prosecucionem boni cum bonum sit triplex scilicet
honorabile utile et delectabile ut habetur in ethicorum.
Aut ergo inordinate appetimus bonum honorabile
et sic est inanis gloria. Aut bonum utile sic
est avaricia. Aut bonum delectabile hoc potest esse
dupliciter quia illud delectabile est aut est ad
conservacionem individui et sic est alimentum
et illud inordinate appetitum pertinet ad gulam. Aut est ad
conservacionem speciei et sic est coitus qui appetitur
per luxuriam. Si autem appetitus inordinate mo-
vetur ad fugam mali. Talis fuga aut est
respectu mali seu incommodi proprii et sic est ac-
cidia pigricia vel inordinate fugimus malum et in-
commodi laboris que hic debemus ad [illegible]
[illegible] aut talis fuga est respectu mali alterius

puta respectu mali quod a nobis imminet vel vi-
cino Et hoc potest esse duplex Et prima vel mali
iam illati Et sic est ira vel mali pro alieno
bono estimati iniquitas scilicet alienum bonum quod-
dam nostrum malum estimamus Et sic est invidia
Sed inter omnia vicia vel peccata superbia primatum
tenet Unde inicium omnis peccati superbia
Et ipsa fuit principium omnium peccatorum Propter eam enim
ceciderunt angelus in celo et homo in paradyso
Tum quia ex ea nascuntur alia vicia mediate
vel immediate quod sic apparet Superbia enim
quia vult omnes homines precellere dolet si aliquis
ei equatur Et sic ex ea nascitur invidia Invi-
dus vero quia de fraternali intristatur et cum invidet
odio ex ea nascitur ira Sed cum non potest se vindi-
care tristatur Et sic ex ea nascitur accidia Acci-
dia vero consolacionem querens querit avariciam Avari-
cia autem quia in temporalibus habundat potest magis
exercere gulam Gula vero propter ventris repletio-
nem de facili inflammat in libidinem Et hoc de origi-
natione viciorum in genere sive in generali Superbia
autem accipitur dupliciter Uno modo quod significat inordinatum
appetitum proprie excellencie etc. Et est speciale peccatum
Alio modo prout importat quendam accidentalem contemptum
dei scilicet ad huius effectum qui est non subdi eius
precepto Et sic est generale peccatum eo quod reperitur in
omni peccato Et ideo sicut alie virtutes sine caritate
nichil sunt sic sine superbia alia vicia non
sunt Et sic accipitur cum in generali confessione dicitur
Confiteor me graviter peccasse per superbiam contra
legem dei mei Superbie autem quatuor sunt species
quas assignat Gregorius xxiii moralium Prima
species est estimare bonum quod habet a se ipso habere
Secunda est accepisse suis meritis Tercia iactare

se habere quod non habet / Quarta despectis ceteris
singularis se velle videri / Superbie duodecim
sunt gradus secundum Bernardum scilicet curiositas mentis
levitas inepta leticia iactancia singularitas
arrogancia presumpcio peccatorum defensio simula
ta confessio rebellio libertas peccandi consue
tudo / Et accipiuntur hii gradus oppositi ad xii
gradus humilitatis positos in regula sancti Bene
dicti / Partes potenciales superbie sunt presump
cio et ambicio / Presumpcio est inordinatus appe
titus glorie et honoris excedens facultatem
sue virtutis Et quatuor habet species / Prima est quando
aliquis presumit quod alii non presumunt / Secunda
quando quis presumit de quo de quo presumendum non est
Tercia quando quis presumit aliquid ante tempus / Quar
ta quando quis presumit ultra quod est ultra vires
Ambicio est inordinatus appetitus honoris
Et habet tres species Prima est appetitus domi
nii / Secunda appetitus magisterii / Tercia appeti
tus simpliciter excessus quo videlicet quis ex
cedit alium in aliquo bono ita tamen quod non habet superio
ritatem ad eum / Superbia autem est regina
et mater omnium peccatorum et viciorum nascuntur sep
tem vicia capitalia secundum Gregorium Primum est in
anis gloria que dicitur a superbia quia licet utro
bique sit appetitus proprie excellencie tamen superbus
intendit apparere sibi melius / Sed vane
gloriosus appetit melior aliorum apparere plurimum de
corum / Et secundum hoc inanis gloria addit ultra
superbiam manifestacionem appetitus excellencie
Et habet inanis gloria duas species et septem
filias / Prima autem species assignatur quia illa
bona que apte nata sunt ordinari ad finem

alicuius vicii capitalis dicitur. Ideo oriri et progenie
dicuntur filie eius. Et propter hunc filie tamen trahunt
illam materiam ipsius vicii capitalis et ideo eius
predicationem recipiunt. Prima species inanis glorie est fic-
tio qua videlicet quis gloriatur de falso. Alia spe-
cies est vanitas qua quis intencionem suam ultima-
te figit in gloria et laude humana. Et propter hoc fiunt
omnia opera bene et male, bona male. Prima autem
filia inanis glorie est inobediencia qua quia vane glo-
riosus in nullo vult videri inferior contempnit si fa-
cit mandatum. Secunda est contentio qua quis vult vin-
cere ad clamorem et et propter hoc apparere. Tercia est
iactancia qua quis extollit cumulat bona sua ut
laudabilis appareat. Quarta est ypocrisis que
querit omnibus et intencionibus apparere. Quinta est per-
tinacia que factum suum malum vel dictum defendat
ne errasse videatur. Sexta est discordia que
contra omne dictum assentit contrarium propter vanam gloriam.
Septima est novitatum presumptio qua quis nova vel
dicit vel invenit ut laudetur. Ad predicta eciam vicia
pertinet omnis simulacio vel fictio sive in verbis sive
in factis que fiunt ad finem vane apparencie
et ostentacionis sicut sunt mendacium yronia ad-
ulacio etc. Secundum vicium capitale est invidia
que ut dicit Gregorius xxxi moralium Prima superbie
soboles est inanis gloria que dum oppressam
mentem corrumpit mox invidiam gignit.
Quia dum vani nominis potenciam appetit ne quis
hanc habeat aut adipisci valeat tabescit. Et
diffinitur invidia ab Augustino sic: invidia est tri-
sticia commodi felicitatis aliene. Et sicut dicit
Damascenus li. ii. c. xiiii In invidia est tristicia de alie-
nis bonis. Dicitur enim invidia quasi non viden-
do quia non potest videre bona aliorum. Secundum displicencia

que est invidia per vocem precisionis interiore. Iuxta illud Seneca. Et inde quod invide fugiunt in-
gestio vix oculis videmus. Et licet quidam spe-
cies invidie non sequuntur possimus tamen sub
invidia locare tamquam species scilicet zelum et emula-
cionem. Zelus secundum philosophum 2° rethorice est quo quis
tristatur de bono alterius inquantum ille cui ac-
cidit bonum est eo indignus quod pertinet ad bo-
nos mores non quod eo quod alius habet illud
sed ex illo quod illud bonum sibi deficit quod ille habet.
Et sic ille zelus si est circa bona divina et vir-
tuosa laudabilis est. Si autem circa bona tempora-
lia potest medius esse peccatum. Nemesis est qua quis
tristatur de bono alterius inquantum inquantum ille
cui accidit bonum est eo indignus quod pertinet
ad bonos mores secundum philosophum ibidem. Potest tamen ali-
quando non esse sine peccato quando quis tristatur de bo-
no alterius non propter aliquod bonum quod sibi
possit evenire sed ille caret illo bono vel
propter aliquod malum quod ipse passus in
illo habuit tale bonum. Sed solum propter hoc quod ipse
procedit cum tali bono et habet excellenciam super
comparacionem quam ipse. Et hoc est invidia proprie dicta.
Et semper est peccatum ut dicit Aristoteles ibidem. Filie
autem invidie secundum Gregorium sunt quinque. Prima est
odium quod est velle malum et non bonum.
Secunda est exultacio in adversitate proximi. Tercia est
afflictio in prosperis proximi. Quarta susurracio que
est detractio latens. Et ideo susurrare est inter
amicos inimicicias seminare. Et ideo differt inter
susurronem et detractorem. Quia susurro inter
amicos discordiam seminat. Detractor aliorum
bona negat vel minuit. Quinta est detractio

hec autem sit in aperto intendit quod melior illo
appareat unde detrahit de opposito ponet ac
tempore personarum. derisio maledictio. ingratitudo
scandalum. Octavum vicium capitale est ira que
sequitur invidiam communiter ut dicit Gregorius in
xxxi moralium. Invidia iram generat quia quanto in
tuo livoris vulnere animus sauciatur tanto etiam
mansuetudo et tranquillitas amittitur. Et quia
quasi dolens membrum tangitur ideo citius opposite
actionis manus quasi gravius pressa sentitur.
Ira autem accipitur multipliciter. Uno modo accipitur
ipsa ira absolute scilicet sine comparacione ad
racionem prout secundum Damascenum et [illegible] est accensio
sanguinis circa cor propter appetitum et desiderium
vindicte quia potest esse materia tam virtutis quam
vicii. Alio modo accipitur pro zelo recti iudicii prout
importat simpliciter motum voluntatis quo
quis non ex passione sed ex iudicio racionis penam
infligit et isto modo nec est vicium immo potius
eius defectus esset vicium communiter sicut dicit
Crisostomus super Matheum. Qui enim cum causa non irascitur vi-
cia germinat negligenciam nutrit et non solum
malos sed etiam bonos invitat ad malum. Et ideo
dicitur in psalmo irascimini et nolite peccare. Alio modo
accipitur prout est sine ordine racionis propter
vindictam desideratam et inmoderate scilicet quia iniusta
puta appetendo puniri eum qui non meruit
vel plus quam meruit et sine debito ordine
iudicii et aliorum que ad hoc requiruntur vel
vel publicum sed solum ex livore animi. Et talis
motus animi est viciosus. Et dicitur ira per
vicium. Alio modo ut accipiatur propter modum puta
si vindicta quamvis sit iusta et debite intenta
tamen motus hic excedit debitum motum videlicet

q habz magna i ordinacom intus in corde et
extus in corpore. Et sic ergo ira est peccatum
Et utroque modo ira est viciu capitale. Habet etiam
ira tres species secundum philosophum iiiio ethicorum. Quidam
iracundorum quidam sunt acuti scilicet qui nimis cito
irascuntur et pro qualibet levi causa. Alii sunt ama
ri scilicet qui diu iram retinent. Tercii sunt difficiles
sive graves qui non dimittunt iram quousque
puniant. Easdem species ponit Gregorius xxxiii moralium
et Damascenus li. ii. Sunt igitur sunt irascentis species
fellea mania et furor. Fellea ira quam habent hii
quos philosophus acutos appellat. Mania vero ira
dicitur amaritudo et quam habent amari. Furor vero
quam habent difficiles. Tres sunt gradus ire quos
dominus ponit in ev. Ira in corde de qua dominus ait
dominus qui irascatur fratri suo. Ira in signo de qua dicit
et qui vero dixerit fratri suo racha quod est inter
iectio irascentis. Ira in effectu unde qui autem
dixerit fatue ubi secundum ordinem culpe adripiscatur
ordo sentencie. Filie autem ire sunt quinque. Prima
est indignacio per quam intelligitur contemptus. Nomen
enim est nisi per quam intelligitur dixit fatue. Secunda est
tumefactio. Secunda autem dixit fatue. Tercia est
vel ope proximo inferuntur ex ira. Secunda est timor
mentis. Tercia est timor qui in cogitacionibus
in genuistit eius mentem vindictas noxias co
gitando. Tercia est contumelia que est volun
tas sic vindicandi per opprobrium malorum
Quarta est clamor que est voluntas sic vin
dicandi in exaltando vocem per vituperium aliquis
ad nimis pro ... Quinta est indignacio que
est voluntas sic vindicandi pro opprobrio de vel
sibi illato. Species potenciales ire sunt que
sequuntur odium quia dicit Aug. quod ira crescit
in odium nec obstat quod odium ponitur inter filias
invidie quia nichil prohibet sed in diversos tunc

aliquid oriri quod desit causa Unde oritur odium
ex invidia inquantum proximi bonum proximi redditur
contristabile et per consequens odibile Secundo horum oritur
inquantum prorimitate ire provenit ad hoc quod
homo malum proximi absolute desiderat non
solum ratione vindicte Et sic odium causatur
ex invidia formaliter secundum rationem obiecti Ex ira
autem dispositive Contencio que est impugnacio
veritatis cum confidencia clamoris secundum Ambrosium Et
est filia inanis glorie ut supra dictum est Ad
iram et pertinere possunt Rixa rixa scisma bellum
dicta dicto sedicio bellum lis vel litigium
secundum illud homo iracundus intendit litem prouerbiorum
xxix Et consistat litigium ipse in rubica secundum
persium iiij ethicorum Et differt a contencione
quia contencio magis ipse pertinet ad contradic-
cionem discordie litigium autem ad contencionem que
fit in contencione perpetrata homicidium et huius-
modi ira aut comprehenduntur omnia vicia
Vitium vicium capitale est secundum Gregorium Accidia que
oritur ex ira quia turbata mens que se in or-
dinate gerit ex merore subsequens compa-
tit Est enim accidia secundum Damascenum tristicia ag-
gravans que ita deprimit animum ut nichil ei
agere libeat Et diffinitur a Hugone in libro de
sacramentis sic Accidia est tristicia et amaritu-
do animi immoderata qua iocunditas spiritualis
extinguitur et quodam desperacionis precipicio
mens in semetipsa subruitur Habet autem in-
vicem due nomina Vocatur autem tristicia
ratione aversionis a spirituali bono ad quod tenetur
propter estimatum grave Secundo vocatur accidia ratione
conversionis ad creaturam scilicet ad quietem debitam
que estimatur levis et deviatur a penitencie

quia peccatum omne opus bonum et spirituale est
homini insipidum. Filie accidie secundum Gregorium sunt
sex. Prima vocatur malicia que est secundum Augustinum
machinandi mala alieni. Cum enim quis in
voluntas rat alteri tunc nascitur et peccata tristatur. Secunda
est desperatio quia diffidentia misericordie divine est
diffidentie prioris vero in quo iam tristatur sine con-
tristicia. Tertia est pusillanimitas que nascitur ex
diffidentia proveniente ex consideratione proprie fra-
gilitatis vel arduitate operis. Quarta est rancor
que est in bonitatem odium. Quinta est torpor circa
precepta, id est sensualitas propter quam homo non potest in-
duci ad executionem mandatorum dei. Sexta
evagatio mentis circa illicita quia homo absorp-
tus tristicia non habens unde eum quo delectet-
ur evagatur ad omnia quevis delectatione. Opere
autem Brev hunc assignatur diffusimode adiunse
secundum comprehendendo omnia pertinentia ad illud vitium
propter illud filias sive sunt species sive dicte sive
effectus sunt hec. Tedium boni. tepiditas. ma-
licia. mollicia. sompnolencia. ociositas. dila-
cio. tarditas. negligencia. imperseverantia. remis-
sio. dissolucio. ignavia. indevocio. tedium vite
tib homines diminare vel vel spiritualium murmur
vite gravi dolium importunitas mentis inquietu-
do corporis instabilitas. verbositas. curiositas
evagatio animi emissio. Septimum vitium ca-
pitale est avaricia que secundum Gregorium videtur super-
venit ex accidia quia qui consolacionem boni
leticie amisit unde consolari debent foris
querit. Est autem avaricia secundum Tullium immoderatus
amor habendi. unde dicitur avaricia quasi eris avi-
ditas. Vel dicitur secundum 4 ethicorum. Avarus quasi eris

vel auri auiditas siue cupiditas. Est eciam auaricia dicta phylargia i. amor argenti. Auaricia secundum philosophum iiii° ethicorum quam ipse appellat illiberalitatem consistit in duobus scilicet in defectu dacionis et superhabundancia accepcionis et non omnibus integra advenit sed hii quidem in accepcione superhabundant, hii vero in dacione deficiunt. Ponit autem aristoteles tres species auaricie secundum defectum in dando scilicet tenaces parcos et cimbices que sic distinguuntur. Tenaces dicuntur qui omnia tenent sibi et non dant. Parci dicuntur qui valde parum dant. Cimbices qui paruis dantibus cum magna faciunt vnde et cimini venditores dicuntur quia parua multa esse appareant. Secundum superhabundanciam autem in accepcione ponit aristoteles quinque species scilicet deiectas pastores vsurarios aleatores liacolices et mortuorum spoliatores. Filie auaricie secundum Gregorium libro super sunt septem. Prima est prodicio que est idem decepcio que fit in absconsa decepti. Secunda est fraus que est decepcio facta et hoc in presencia illius qui decipitur. Tercia est fallacia que fit per verba decipiencia in occulto. Quarta est periurium quod sepe fit et incidit in empcione et vendicione. Quinta est inquietudo que est appetitus lucri. Sexta est violencia que fit nocendo alterum palam propter mala que volat vel impaciatur. Septima est contra misericordiam obduracio cordis quam philosophus appellat in humilitate. Partes potenciales auaricie sunt vicia annexa vel reducibilia ad premissas species. Et filie sunt hec que sequuntur. Iniusticia furtum quod est occulta accepcio rei aliene secundum philosophum v° ethicorum. Que duo comprehenduntur sub latrocinio. Imprudencia

Supple pro aliquo scilicet
humana carnis ut

astucia qua aliquis ad finem aliquem consequendum
dum vtitur vijs simulatis et apparentibus
et hec circa bona temporalia et accipitur in malo
secundum philosophum vj° ethicorum / Dolus eciam importat
quandam execucionem astucie et ipse accipitur in
malo vbique aut in bono sicut et astucia
Sollicitudo autem temporalium superflua et inmodera-
ta prudencia carnis ut ultimum finem sue
vite que et dicitur prudencia mundi secundum il-
lud luce xvj° filij huius seculi prudenciores fi-
lijs lucis et hoc in generacione sua i. in delecta-
cione sensualium Romanorum viij° prudencia carnis
inimica deo est / Symonia que est studio-
sa voluntas emendi vel vendendi aliquod spiri-
tuale vel spirituali annexum / Mendacium et fictio in
vendendo et emendo pertinet ad peccata / Sex-
tum vicium capitale est gula que est ven-
tris ingluvies secundum Gregorium ubi supra et oritur
ex avaricia / Nam cum bona temporalia congregant
intendunt vt gule et concupiscencijs carnalibus
consistant / Diffinitur autem gula secundum Augustinum sic /
Gula est inmoderata cibi aviditas / Vel sic /
Gula est voracis edacitatis nature finibus non
contenta / Cuius tres sunt species scilicet castrimargia
comessacio et ebrietas / Castrimargia dicitur
secundum philosophum iij° ethicorum qui cibo vel potu replet
ventrem ultra indigenciam. Et dicitur castrimar-
gia a castre quod est venter et margos quod
est insania et inde castrimargi qui insanientes
replent ventrem / Comessacio est inordinata
concupiscencia appetitus sicut et dicitur comme-
dendo [illegible] secundum [illegible] ethicorum / Ebrietas
est inordinata concupiscencia appetitus [illegible] /

Et dicitur abbas quod est [illegible] et binos mensis quod
hominem extra mensuram et modum ponens.
Alias quinque species gule assignat Gregorius x
xxx moralium et ponuntur in versu [illegible]
b. c. b. Prima est cum quis horam comedendi
prevenit vel hoc propter impacientiam expectandi et temporis
debiti. Secunda cum quis querit cibaria delicata
et preciosa. Tercia cum quis mensuram excedit
scilicet nimis comedendo. Quarta quando quis nimis
ardenter comedit et festine non est bonus ciborum
sed concupiscencia in cibo est. Quinta quando quis nimis
studiose cibaria sua preparat. Filie autem gule
secundum Gregorium ubi supra sunt quinque. Prima est inepta
leticia que est lascivia cantus sive gestus
corporis et ordinata lascivia mentis declinans.
Secunda est scurrilitas. Gula enim movet ad[...]
la scurrilia. Tercia est immundicia que solet pro-
venire ex gula ut est vomitus eructaciones
fetide et quecunque alius inordinate effluxionis
superfluitates sive per os sive per alia membra vel
genitalia que omnia ad immundiciam pertinent. Quar-
ta est multiloquium scilicet detractio vituperacio et
alia plura. Quinta est hebetudo sensus circa in-
telligenciam que importat quandam debilitatem
mentis circa consideracionem spiritualium bonorum. Ad hec
+ pertinet intemperancia. Septimum vicium est luxu- H
ria que de ventris ingluvie nascitur secundum Gregorium.
Cuius septem sunt species quarum quinque ponuntur
in decretis xxxvi q. i. lex illa. Prima est for-
nicacio ut ibidem dicitur licet videatur esse genus
cuiuslibet coitus qui fit extra uxorem legitimam
tamen specialiter convenit usui viduarum vel concubinarum

vel meretricum // Secunda species est stuprum quod est
illicita defloratio consensu virginis accedente in
licite // Tercia est adulterium quod est alieni thori
violatio // Quarta est incestus qui est consang
neitatis vel affinium abusus // Quinta est raptus
qui quecunque mulier violenter opprimitur licet
doctores restringunt ad virgines // Due sequentes
species affectoribus adduntur // Sexta est vicium
contra naturam per quod intelligitur omnis voluntaria
seminis effusio contra vias debitas ordinatas
ad generationem // Septima species est violatio moni
alium vel personarum deo dedicatarum que aliquo
vocabulo sacrilegium appellatur // Filie luxurie
secundum Gregorium ubi supra sunt octo // Prima est cecitas
mentis et racio secundum Aug. // Nam opere luxurie tota
racio absorbetur Unde opponitur dono intel
lectus sicut hebetudo sensus mensa deum et in
templo regula // Secunda est scilicet inconsideratio mortis
et inferni // Tercia est inconstancia scilicet ad vagi
tandum nunc illud nunc aliud // Quarta est pre
cipitatio qua quis passionem incurrit malum scilicet
malo peccatum et se exponendo periculo mortis
propter luxuriam complendam // Quinta est amor
sui scilicet quo quis desiderat longam vitam et hoc
ut compleat voluntatem suam // Sexta est
odium dei quod fit quia deus abstrahit et
punit eos qui sequuntur carnales delicias
ad quas luxuria inclinat // Septima est af
scilicet appetitus thori — fectus presentis seculi ~~que est diffidencia glorie~~
~~et beatitudinis consequende~~ scilicet appetitus honoris
corporis sive sui // Octava est desperatio
futuri seculi que est diffidencia glorie et

venie consequende. Et hec filia est luxurie in
simate. Ad luxuriam enim pertinet stultitia
iuxta illud prov. vi°. Statim eam sequitur. scilicet
meretricem ignorans quod ad victimam stultus tra
hatur. Ex premissis igitur liquet evidenter quid quis
de omnibus cuique reddere debeat. Et quid deo quid
sibi ipsi secundum animam. quid sibi secundum corpus. quid
proximo cuilibet secundum statum et conditionem suam quid
superioribus. quid inferioribus. quid equalibus
quid prelatis, quid subditis quid sacerdotibus
quid curatis et aliis personis ecclesiasticis. quid
regibus et principibus, quid subiectis. nobili
bus. quid plebeis vel rusticis. quid dominis suis
quid servis quid religiosis, quid secularibus
quid doctoribus. quid discipulis. quid parentibus
quid divitibus quid infirmis quid sanis et a
liis quod inferius patet de singulis. Item quid an
gelis et sanctis in celo. quid dyabolo et similibus
suis in inferno et universaliter omnibus crea
turis tam in mundo propter hominem factis vel
ad eius usus dispositis abutuntur. Ad horum
omnium distinctam cognitionem studeamus quid unicuique
reddendum, quid vero cavendum ne penam debitam
contrahat et contractam quomodo reddat. Ad hoc ipsum
virtutum et viciorum notitia conducat. etc.

Sequitur dominica vicesima secunda

Abeuntes pharisei consilium inierunt ut caperent
eum in sermone. Et mittunt ei disci
pulos suos cum herodianis dicen
tes magister scimus quia verax es et viam dei
in veritate doces et non est tibi cura de aliquo
et non respicis personas hominum etc. Volens

dnica xxii

ypocrite et dolosi simulata laudatione aures
hominum demulcet et per hoc applausu adulacio
nis animos hominum attemptatorum sibi alliciunt et
sub dolo civitate cantant sicut fecerunt in dei
temptantes dominum capere in sermone ut patet in presenti
ewangelio quod dividitur in tres partes / singularum
prima ewangelista ponit dolosam contra xpistum machi
nacionem / secundo ponit eorundem temptatoriam que
sacionem ibi dic ergo nobis / In tercia ponit prudente
tem xpisti responsionem ibi cognita autem ihesus
Circa primum tria facit / primo ponitur deliberato
1o rum consilij abierunt aliud est ire et aliud abi
re Nam ire dicit accessum ad eum abire autem
dicit recessum et elongacionem aliud designant
aut dictus dicit ewangelista quod abierunt quia
aberrant gracia civitate et adeo primo etiam apparuerunt
ipsis abierunt Joh. vi Abierunt retrorsum et
ceciderunt in terram / pharizei quondam dicuntur divisi
et ideo abierunt ab unitate pacis et concordia
consilium inierunt / Isti pharizei pluries contra xpistum
consilium inierunt / primo ut xpistum cesari possint
accusare ut hic / secundo ut eius nomine extingu
erent Joh. xi Collegerunt pontifices et pha
rizei consilium / tercio ut eum morti traderent
capitulo xxvij Et statim mane fecerunt consilium faci
ebant et ut caperent ihesum in sermone ut an
duxit eum aliquid dicente vone ans posset
cum capere in verbis ut dicit matheum eu (?)
B 2o sindi ponit cezare / secundo ponitur palliacio
dolosi nunccij Et mittunt ei discipulos suos
no acceperunt pharizei personas ad xpistum ut dicit
quorum ipsi duo primo quia aperte caute in
imici xpisti et sibi noti prius cogitabat . quod
cora eis caveret sibi de verbis / secundo quia

apud omnem populum notum erat phariseos per quem vero
ipse quod zelum eius eo ipsum fuisset eos discipulos
suos ad eum miserunt. Tum quia incogniti facilius
eum deciperent. Tum ut reprehensi[illegible] minus erubescerent. Sed ut dicit Cris. magister super eis etate minores erat malitia autem pares. Nam et pulli serpentum statura breviores veneno tamen sunt tales.
Cum herodianis. Cris. dicit herodianos milites esse herodis vel ministros quos ideo miserunt ut si responderet Christus cesari non dari tributa statim amici regis comprehenderent. Jeronimus vero dicit nō
herodianos esse illos quibus videbatur cesari solvenda esse tributa. quos pharisei derisorie vocabant herodianos eo quod de voluntate et parte essent herodis. Et nota quod illud ungentum factum fuit nō
feria feria ante passionem. Et de herode legitur quod ipse tunc erat in urbe propter sollempnitatem paschalem. Et ideo milites herodis missi sunt ad discipulorum
ut consultationem statim caperent eum ut puniretur.
Tercio ponitur adulatio simulata perversorum. Licet et proculdubio laudes quod sibi dicebant fraudulenta et corrupta intentione dicebat vera tamen dicebant. Et premittitur verbum laudationis pro 3° C
conio titulus venerabilis. Dicunt eum dicentes
magister. Sic dicitur qui novit artes quasi magister statione. Verum christus est magister artis videlicet dei patris omnipotentis qui sua arte hunc mundum produxit de nichilo. celos ex sua arte formavit invenit
fecit sidera claritate vestivit orbem. elementa distinxit. Sicut dicit philosophus. Cum preparabat celos aderam etc. Sed preter hoc magisterium creationis aliud magisterium attulit nobis veritatis et virtutis. Christianus enim hic sumpsit antiquos ex celo super filios hominum. videlicet quo non erat intelligens requirens aut requirens deum. Verus

declinauerunt a veritate et inutiles facti sunt usque
ad unum non est qui benefaciat. Sed hic ingressus
ostendit xpc ad ciuitates ut scolas congregaret
sed tuum humilem. Discite inquit a me quia mitis
sum et humilis corde. Joh xiij° Vos vocatis me
magister et domine etc. Deinde quia omnis ma-
gister professor est veritatis triplicem i. eo veritatem in
commendauit. scilicet vite. doctrine. et iusticie. De
veritate vite dicit Scimus quia verax es i. vita
tua non simulatoria. In ipso enim nichil fuit falsum
verus enim deus est verus homo. Vera anima
vera caro. vere passionis vere mortis vere resur
rectionis vere ascensionis. vere vite et non ficte
ysa xxxviij° Memento quo ambulauerim
coram te etc. in veritate. Ipse enim de se dicit Joh xiiij° Ego
sum via veritas et vita. Item commendauit i. eo veri
tatem doctrine. Et viam dei etc. qua scilicet peruenitur
ad deum. hec via arta paupertas est. hec via
despecta est humilitas. hec via laboriosa est pena
hec via caritas est ut dicit Aug. In veritate doces
docet magister in veritate qui non mentitur. et qui veri
tatem non abscondit. Et qui propter solam veritatem
non alia intentione docet. Xpus sic autem non est
mentitus ut dicit ysa. liij. eo quod iniquitatem ne
fecerit etc. sicut nec qui veritatem abscondit. Ps
non abscondi veritatem tuam a concilio multo. Joh.
xviij° Ego in hoc natus sum. Rursus in veritate
docuit quia non quesiuit gloriam mundi Joh viij
Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi
Ego enim gloriam meam non quero. Item commendat
in eo veritatem iusticie. Et non est tibi cura i.
solicitudo timor vel pauor vel fauor de aliquo
hic propter eam veritatem taceas et non [illegible]
Non enim respicis i. non attendis personas hominum
sed in ita potius a deo scimus quod semper talis fuit etc.

qd no dimitt spe maiestate cesaris qui iuste
dissimas quod verū est Sed no est q̄ iuste defend
ille vel defectus sciencie vel defectus iusticie
Et no qd ista volūtas cape quāmīsmodi a
laudibus incipiunt Sicut dicit lex ypocritaꝝ
Prima malicia scz simulata laudatio. laudant
eum quos perde volunt, et p dulcatorem laudis pal
batim corda hominum ad simplicitatem benigne con
fessionis inclinat et ponit exemplum Thamar
sorore quos qui vult cape mollibus nodos cum
iniciat aue cuius manibus et que licite teneri
no pt pblandimenta comprehendat Sic et isti bla
tera sub dolo laudes portantes i ore et ma
licie gladium abscondentes i corde. Thamar vidit
eleuaxibat greg dolo laudis comphendere festinant

Secunda pars

Quid ergo nobis quid tibi videtur licet censum dare
cesari an non Secunda que ps inquā continet
ponit illorum illaqueatiua questione de
bito cesari soluendo an no Ad cuius noticiam
est sciendum qd sub cesare augusto iudea subiecta
et tributaria facta fuit ut testatur luc. qui tpe
natiuitatis hanc legem ipso iudeis data de
scribit luce ii. Exijt edictum a cesare augusto.
Et sub dit Et ibant omnes ut profiterentur singuli
in ciuitate sua Similiter aug edicti occacione
cesar augustus herodes antipatri filium iudeis
prefecit et ut tributa exigeret ac romano pareret
imperio Ex quo suborta est magna contentio pha
riseis scribis et sacerdotibus et ceteris primatibus
asserentibus populum dei qui decimas et primicias
debant que i lege scripta cunt. fuabat no
debere legibus humanis subiacere. Herodi regi fore
licitum temporalia tributa exigere ab eis. qui primicias
et decimis eciā regi soluebāt etc Sz crisostomus Ioan

nota
pa ps
a

militares qui dicebantur herodiani allegabant ce-
sarem merito defendere rem publicam contra
defendere patriam que non nisi armatam militiam
fieri nec militares res absque stipendiis perfici
potest. Ideo iustum est dare tributa eis quorum
tutela esset imperium. Itaque hinc inde allegacio-
nibus deducti non absque violencia exigebant
tributa. Cum vero tamen iherosolima post ascensionem
domini subiugata est que legibus subici noluit tri-
butorum. Ergo quodam tempore circa festum azimorum he-
rode iherosolimis existente dum hec questio ageretur
in populo pharisei odio habentes ad insidias Christum cum
herodianis id est cum militibus herodis regis. Cesaris vel
cum iudeis qui partem fovebant herodis. Iesum
Cesari miserunt ad Christum sub hac questione eum
interrogantes. Cuius caperetur insidiis. Ut hoc
utraque parte distincta scilicet si responderet et diceret tri-
buta non esse solvenda adduxerunt herodianos
qui eum tamquam rebellem cesari punirent. Si
vero diceret iuste tributa exigi tamquam legali
libertati cum servitus odiosa sit populo deincurrerent.
Sic igitur in hac dissonancia recusaret ipsam
veritatis sententiam laudes premiserunt ut videlicet
esset observator doctor et defensor laudibus
ipsis de talibus premissis subiecerunt. Dic ergo nobis
Siquidem cum tu veritatem quod non facies
et quid tibi videtur. Neque cum aliud credis aliud
doceas. Licet censum dare cesari. Ut aliquibus
videtur eo quod defensor sit patrie. An non. Erant
plurimi qui asserebant deum loco cesaris protectorem
hii dant. Primicie decime oblaciones et presentia
ex lege ideo ipsi soli et non alteri homini sunt tributa
solvenda. Est autem census tributum quod unicuique
tamquam censetur id est imponitur. Iste autem census est

Unus denarius argenteus valens decem minuos
usuales. Completum est in eis illud Treno. i°
Principes provinciarum facti sunt sub tributo.

Cognita autem Jhesus nequicia Tercia pars 3a ps
eorum ait Quid me temptatis ypocrite. Osten
dite michi numisma census. At illi ob
tulerunt ei denarium. Et ait illis Jhesus Cuius
est ymago hec et superscriptio. Dicunt ei Cesaris.
Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt Cesaris
Cesari et que sunt dei deo. Tercia pars in qua
evangelista ponit prudentem Christi responsionem
Et duo facit. Primo premittit que faciunt
ad claram questionis solucionem que sunt quatuor
Primum est nequicie eorum cognitio. Cognita autem 1°
Jhesus eorum nequicia etc. Prima inquid virtus
videntis est intra voluntatem mentem agnoscere.
Nichil enim latere potest deum qui scrutatur re
nes et corda. Ideo ipse cognoscit eorum animi
fraudes et sermones. Neque enim est abscondita
Christo cum simplicitas personarum neque adulacio
labiorum. Sap. ... Est versucias labiorum et disso
luciones argumentorum. Ideo ut dicitur Prov. xxi° inf. ca.
Non est fortitudo non est consilium non est pruden
cia contra deum. Secundum est fraudis reprehensio 2°
ut Quid me temptatis ypocrite. Quasi diceret quo
quid veritatem ad dicere si me verbis capere. Et
propterea vocat eos ypocritas quia aliud preten
debant et aliud intendebant. Unde non videtur +
sed eorum sermones patefactos blande corrigit sed in
eorum ... aspera dixit. Causa duo ...
alloquitur. non ad corpus. voluntatibus non verbis
vide ergo quia pharizei blandiebantur ut perderent
Christus autem eos confundebat ut salvaret. Quia

valior e deus homo natus quam homo ypocrita / Vnde
ypocrisis est summopere detestanda, multis racionibus. Prima quia
deum prouocat, Job xxxvi Simulatores et callidi pro-
uocant iram dei / Secunda quia proximum decipit psalmo 4 v^o Si-
mulator ore decipit amicum suum / 3^o quia subiectum proximum
inficerat ... Matth. vi^o dicit Christus ypocritis nolite
simulatores decipiant et ego nunc senectutem maculat
... / Certo quia virtutibus ... Job
xv Congregacio ypocrite sterilis, vsa v^o omnis ypo-
crita erit mora / Quinto quia concludit a gloria
Job xiii^o Omnes ypocrite peribit / Sexto quia ali-
quis impenitencia Job xx Gaudium ypocrite ad in-
star puncti quod si steterquilinium in fine perdet
Vnde Bernardus ypocrite volunt esse humiles sine
despectu, pauperes sine defectu, bene vestiti sine
dispendio, pasti sine labore, adula-
toribus alios detrahentes, mordaces ut canes, dolo-
si ut vulpes, superbi ut leones, rapaces ut vrsi
ut vulpes, superbi ut leones, sine ...
volunt esse sine ante mundi iudices, sine ...
testes, postremo falsi accusatores et omni ...
tate carentes / Item quia puniuntur est iniqui-
tate carentes / Audite nunc iniquissima ...
mater regnisto / Audite ... capite datis / volens
a inimici que ... capite datis / volens
autem deus videre questionis materiam ut nos
informarent ut singulis capites in sententia
vero / si ... inquirat autem difficiliam
Job xxix Causam quam nesciebam diligentissime
investigabam / At illi obstiterunt et dixerunt
qui ... deus numos et pro tributo dabat
ut deus est / Certum est ... causa
cio ... illis deus est ymago et superscriptio
Quo interrogabat ex ignorancia, quia bene vide-
potest quia erat ymago Cesaris impressa et
nomine eius in circuitu, sed interrogabat dissimulatiue

ut dicit glosa communis contus ut illi videat qua quer-
ent ad cor verba audit quia ex corde visione
veritatem quoniam aperuit. Dicunt ei Cesaris. Er-
at enim tunc imperator Thyberius nepos vel pri-
vignus Octaviani. Sed a Iulio Cesare omnes imperato-
res dicti sunt Cesares et ab Octaviano Augusti
et sub eodem Tyberio dominus passus est et de hac ma-
teria habes supra v capitulo. Exiit edictum a Cesare Augu-
sto. Deinde ex premissis infert conclusionem determinatam
ibi Reddite ergo que sunt Cesaris Cesari et que sunt
Dei Deo. Quasi diceret ex quo presentem illum numisma habet
superscriptionem et ymaginem Cesaris Cesari illius
sunt tribuite scilicet tributum et pecuniam. Et que
sunt Dei Deo, scilicet primicias decimas et victimas
verum quoniam bene operatur nec alterum alteri preiu-
dicat qui cum regna constituit iura etiam regni de-
terminavit. Super Reg. viii. Ita ipse dominus tributum red-
didit Cesari ipse et Petrus. Dixit enim Petro Mat.
xvii°. Ut autem non scandalizemus eos vade ad
mare et piscem qui primo ascenderit tolle et aperto
ore eius invenies staterem, et illum sumens da eis
pro me et pro te. Item reddidit Deo que Dei sunt Ioh.
vi°. Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam
sed voluntatem eius qui misit me, qui ideo
non solum Deo sed et potestati superiori subiecti esse de-
bemus. Unde apostolus Rom. xiii°. Omnis homo
potestatibus sublimioribus subiectus sit. Non est
enim potestas nisi a Deo. Unde secundum Glossam: Nomine autem
superioris potestatis est. Superior que est secularis qua
fungitur Cesares reges et alii principes et domini
seculares quibus omnes debent esse subditi tamquam
institutis a Deo qui dicit Prov. viii°. Per me reges
regnant et legum conditores iusta decernunt. Rom.
xiii°. Qui enim potestati resistit Dei ordinationi

resistit. et sibi damnationem acquirunt. cui dicitur sunt in hoc
ipsum servientes i. pro tributum serviunt nobis. cui
vectigal vectigal. cui timorem timorem. cui ho-
norem honorem. Que omnia sunt consona determinationi
in hoc thema ad primum articulum. Quod dicitur
Reddite que sunt cesaris cesari. Aliud est potestas
ecclesiastica et spiritualis. qua funguntur papa cum clero et
prelati et rectores ecclesiarum et superiores in ordinibus
religiosorum. Istis superioribus debent reddere
obedientiam et reverentiam sicut subditi quibus dicitur
Hebre. xiii. Obedite prepositis vestris et subiacete
eis etc. Isti namque superiores spirituales tenent locum
dei. quia sunt in loco dei super capita eorum sicut suorum sub-
ditorum posita sunt ut dicitur. Iudicare populum meum in-
stitutum in ecclesia. reverentiam et oblationes etc. que
exhibentur eis exhibentur deo. Hinc est quod dominus dic-
cit prelatis et discipulos qui erant prelati ecclesie. Qui vos
recipit me recipit. et qui vos spernit me spernit.
Luc. x. Unde quando Ananias mentitus fuit Petro
et apostolis de precio agri. dixit Petrus Non es mentitus
hominibus sed deo etc. Sermo de eodem
Cuius est ymago hec et superscriptio. Mt. xxii.
Sermo secundus Circa hoc dicit Glossa super eodem verbo se-
cunda sive ymaginem et superscriptionem cognoscit
cesaris sive ymaginem et superscriptionem
qua deus in anima vultus sui lumine insigni-
vit. Quasi diceret ergo tunc dominus ad litteram questionem
a fecit de ymagine cesaris sculpta in nummo non
fecit ut illos quibus
quasi ignorantes ad considerationem animarum suarum tandem
loquebatur ad ymaginem dei revocaret. Sic adhuc hodierna die dominus
hominem facit de ymagine sua impressa in anima
debet reddere. sic Cuius est ymago hec et super-
scriptio et hec questio potest sumi in duplici sensu xxi

In uno sensu potest deus presumptiue cottidie lo
qui : scilicet hic eam ad consideracionem sui ipsius in
ducendo / In alio sensu potest deus in eodem modo medi
cio hic dei homini dictum est : Eum de prima ymagine
in qua nobis porrigendo / In primo sensu ista questio
potest duobus modis accipi / Uno modo de ymagine
hominis interiori / Alio modo de ymagine exteriori / Pri
mo loquendo de ymagine est sciendum sicut dicit
in glosa super illo verbo psalmi Signatum est super nos
lumen vultus tui quod ymago hominis interior est
Triplex ymago — triplex scilicet ymago creacionis ymago recreacionis
et ymago similitudinis / Prima ymago est a deo
secundum naturam formata / Secunda est a deo per gratiam refor
ta. Sed tercia est a deo et ab hominibus virtutibus et
actibus informata / Prima est ymago in qua homo
creatus est scilicet racio / Secunda est per quam ymago re
creata scilicet gratia dei que mentem reparando informat
Tercia est ymago ad quam homo factus est scilicet ad
ymaginem et similitudinem suam scilicet totius tri
nitatis / De prima ymagine loquitur. Cuius est
hec ymago hec indubitanter videtur. Dei ut ea
scribitur Genesis 1o Fecit deus hominem ad y
maginem et similitudinem suam Et capitulo xxvijo
deus de terra fecit hominem et secundum ymaginem
suam fecit illum / Hec autem ymago creata per hominem
hominis deformata est propter quod homo factus est
deo dissimilis. Unde pro illo tempore ad hanc questionem
Cuius est ymago hec non poterat convenienter
dici quod dei. quia totaliter erat deformata. Ideo
illud Jeremie 10 Effectus eram sicut ingredio olle
Ideo deus descendit et factus est homo ut
ymaginem suam deformatam repararet et refor
maret / Reformauit autem eam per gratiam iustificacionis

que confertur in baptismo, et tunc imprimitur secunda y-
mago de qua impressione est illud ps. Signatum
est super nos lumen vultus tui domine, dicitur y-
mago dei vocatur mentis vel menti naturaliter impressa
ut dicit Glosa. Quia sicut per vultum aliquis
cognoscitur sic per specialia dona cognoscitur
deus et appellatur hic ratio illud quod superius
est in anima sive dicitur mens sive ratio superior in
quo superiori nostro impressa est dei ymago ut in
sigillo secundum scolasticos. Et ideo dicit Signatum
est super nos i. in superiori huius vultus lumen est
gratia Christi qua similiter ut prius ymago in nobis
illustrata et reformata reparata et redonata
existit. Unde apostolus Renovamini spiritu mentis
vestre et cetera. innuens signatam ymaginem recepi-
homo cum factus est ad ymaginem dei. quam
peccando corrupit. sed renascendo signatur ut
dicit Glo. et hanc ymaginem sic signatam
sic illuminatam sic reformatam deus vult sibi reddi
ut sic ymago dei dicitur. Reddite que sunt cesaris
cesari et que sunt dei deo. secundum Aug. Sicut redditur cesari
sua ymaginem sic reddite animam deo lumine
vultus eius illustratam et signatam. Et ad hanc
consideracionem intendit deus reducere hominem per
questionem suam dicendo Cuius est ymago hec et
superscriptio ut ymago referatur ad naturam in qua
homo creatus est, et superscriptio ad graciam qua
recreatus est ac si deus per instinctum interius diceret
homini Considera teipsum et considera cuius sit ymago
ista quam intus in anima tua geris. an mea quam
ego formavi primitus. et corruptam reformavi
redemptam, si tamen ea puritate qua redonata
est custodieris an forte aliam ymaginem

acsi

interius

sed diaboli peccatis tuis noli te exprimere ut dicere-
tur supra. Dubitaret forte aliquis quare volu-
erit deus ut ymaginem suam in nobis consideremus et
ante oculos habeamus cum consideratio ipsius dignitatis
plurimos ipsorum inducat in superbiam. Exemplo in an-
gelo primo qui ex consideratione sue nature elatus
in superbiam dixit similis ero altissimo, Ysa-
xiiij ie xiiij. Ad hoc dicendum quod considerare dignitatem yma-
ginis dei in nobis utile est ad quatuor bona que
deinde consequuntur sive consequi possunt. Primum est ut ad- 1
inde deum diligamus. Quelibet enim res naturaliter di-
ligit sibi simile. Cum igitur in omnibus rebus creatis
cum corporalibus nichil sibi simile reperire et invenire
possit nisi solum cum deo, ideo dignius totum amo-
rem debet in deum reflectere. Unde Augustinus [illegible]
[illegible] magis est creator sed sponsus est creator.
Secundum est ut ymagini dei in nobis debitam 2
reverentiam exhibeamus. Eccli x°. Fili in mansue-
tudine serva animam tuam et da illi honorem secundum meritum
suum et nature indignum cum est ut creatura ra-
tionalis [illegible] in hoc deum inhonoret magis quam [illegible] per
ceteras creaturas honorantur. Tertium ne nephas esset
ymaginem [illegible] vel [illegible] in luto pro-
icere, quanto nephas est ymaginem trinitatis
per turpitudinem [illegible] unde super illud ps.
Domine in civitate tua ymaginem eorum ad nichi-
lum rediges, quod pene sicut stat in littera [illegible] dicit
Glosa: eorum id est impiorum in sua terrena civitate
ad ymaginem dei facti [illegible] ad nichilum redige-
runt, ideo in civitate sua celesti illorum ymaginem
eorum ad nichilum rediget, quia de illa beatitudine
nichil habebunt, cum capacitas est per ymaginem.
Quartum est ut ei tam similes effici gratia et gloria 3

simus nostra studeamus similes effici gratia et gloria
in qua perfectio nostra consistit de qua similitudine
dicitur i Johannis iii° Scimus quod cum apparuerit similes
ei erimus de qua similitudine dicetur in sermone
sequenti / Tertio dicendum est ut agnito dei beneficio pro
eodem deo gratias agamus / Quamvis enim pro omnibus
beneficiis deo gratias tenemur reddere maxime
tamen de isto beneficio ymaginis sive quod super-
excellit omnia / Nam ad hanc ymaginem pertinet
capacitas eterne beatitudinis que solius creature
rationalis est que toti mundo prevalet / Tantaque
itaque dignitate nobilitatis nostre ex ymagine
dei hoc nobis concedere vale est ipse tamquam dans
non ut ex inde nos extollamus ut deum esse obliui-
scendo Aug⁹ super illud ps. Custodi animam meam
quoniam sanctus sum dicit sic non est ista superbia
sed confessio non ingrati et hec te agnoscere est
lucifer contra te hec ut licet superbus sis deo
tuo. Sanctus sum quia sanctificasti me quod accepi
non quia habui quia tu dedisti non quia ego me-
rui. hec Aug⁹ / Et per hoc patet ad obiectum
[C]uius est ymago hec et super- Sub sermo primus Ꝝ 6
scriptio / Dicto de ymagine creationis et
recreationis nunc restat di-
cere de tertia ymagine scilicet similitudinis / Ad cuius
evidentiam est sciendum quod quia deus et natura ni-
hil agunt frustra secundum philosophum i° de celo et mundo
frustra autem est quelibet res que non exit in
operationem sicut frustra esset ignis qui non cale-
faceret et sic de aliis ita frustra esset ymago
dei in anima si anima non operaretur secundum eam Sunt
enim tres potentie in mentibus representantur ymago
trinitatis que debent convenire in actus suos ut in deum
aut similitudine trinitatis describere Unde Glosa

b sermo i⁹

A

super verbo prallegato Signatum est super nos lumen
vultus tui domine. dicit ymago similitudinis
ad quam factus est homo. qui factus est ad yma
ginem et similitudinem non patris tantum et filii sed
totius trinitatis / per memoriam similis patri / per
intelligenciam similis filio. per dilectionem spiritui sancto
hec Glosa. / Est autem hic notandum quod in proposito non
similitudo habet se ad ymaginem sicut perfectio
ad perfectibile / ita quod similitudo est perfectio yma
ginis. verbi gracia. / Si in tabula depingatur yma
go hominis lineamentis completis ymago quidem
est. sed si super addatur color similis exemplari
tunc vera similitudo erit perfectior. et nisi ille
color similis superadditus perficit illa lineamenta
prius completa in quibus consistebat racio ymaginis
Sic et in anima quia potencijs anime in quibus
consistit ymago dei super adduntur actus vel habitus
et ista dicitur ymago similitudinis per quam potencie
ymaginis non sunt ociose et vacue
nec in natura nec in gracia. sed sunt informate habi
tibus et actibus tam in se ipsis quam [illegible] acqui
sitis quibus mens tendit in divina similitudine
Ex quibus habitibus vel actibus potencie ymaginis
perficiantur est secundum quod perfectio memorie atten
ditur in continua dei memoria / perfectio intelli
gencie in dei noticia veritatis cognicione seu con
templacione / perfectio voluntatis in divini amoris
inhesione / Primo igitur perfectio memorie at
tenditur in continua dei meditacione hanc perfec
cionem habuit propheta cum dicebat Tre. iii° Memo
ria memor ero scilicet dei et tabescet in me anima
mea scilicet per devocionem ipse vivat. scilicet in valescit
in me virtus mea. Hugo. Bonaventura in libro medi
Sicut nullum momentum est quo homo fruatur

deo sine bonitate dei et una debeat esse monitum
quo eum non habeat presentem per memoriam omne tempus
in quo deo non cogites nominis te perdidisse. ¶ Secundo
perfectio intelligencie attenditur in divinorum se-
cretorum cognicione vel contemplacione. Non inquam
illa que habentur per creaturas et per scripturas, sed
talia que habentur per revelaciones in quas vide
Bernardum super Cantica sermone xxiii. Non est inquit
contenta anima illa cognicione de deo que similiter
per ea que facta sunt nisi et speciali prerogativa
in intimis illud affatibus atque ipsis medullis
cordis celitus illapsum suscipiat. Hanc perfectio-
nem intelligencie per excellenciam habuit in te-
rrigmentis archanorum divinorum contemplator
cui pectore revelata sunt secreta celestia. ¶ Ter-
cio perfectio voluntatis attenditur in divini amoris in-
hesione. Anima vero cum quanto divinus amor affi-
cit, habet perfecto quidquid voluntas desiderare
potest. Unde Augustinus in libro de contemplacione divina
Ihesu Christi. Magna inquit res est amor quo
anima per eum fiduciatur accedit ad deum, deo
constanter inheret, deum familiariter percunctatur
consulendo de omni re. Anima que deum amat nichil
aliud potest cogitare, nichil loqui vel desiderare; cetera
contempnit, omnia fastidit. Quidquid meditatur,
quidquid loquitur amorem sapit, amorem redolet.
Licet omnia tria perfecta potencias ymaginis
sunt que inferius tangentur. Et petit in fine de tri-
nitate in oracione sic inquiens. ¶ Coram te est scientia et
ignorancia mea. ¶ Ubi michi aperuisti suscipe
intrantem; ubi clausisti sed aperi pulsanti et
ad propositum meminero tui, intelligam, amem te. Au-
ge in me ista donec reformes me integrum. ¶ Et hec
est ergo ymago dei in nobis donis actibus et
virtutibus informata ac per hoc deo assimilata.

Oracio sancti Augustini

per quod dicitur ymago similitudinis quia suo ex-
exemplari perfecte est conformata. Et habet yma-
ginem deo convenienti. Cuius est ymago hec et super-
scripcio. Consideret iudicet deus veraciter cum talis
ymago est dei tam per creacionem quam per recreacionem et
et per assimilacionem et in exemplo per actualem et habitualem
inde tendentem superscripcio. Sed talis perfectio yma-
ginis non relucet in omnibus quia non omnibus in-
venitur ymago tam nobilibus habitibus et actibus
insignita sed econtra habitibus et actibus viciosis
acquisita. Unde Rom. 1o: mutaverunt gloriam incor-
ruptibilis dei visibile ymaginis corruptibilis
hominis et volucrum et quadrupedum et serpentum
per que intelliguntur universa genera viciorum inique
ymaginum similitudine. Isti imitant gloriosam
ymaginem dei inscripcionis de quibus dicitur Ysa. 3o affa-
cies combuste vultus eorum. Talem igitur ymaginem
tam deformem et sic turpiter per nos acquisitam
et inquinatam et in tales dies in templo suo porta-
verit. Cuius est ymago hec et superscripcio. Certe non
cognoscitur quia apud eum eius non est sicut
dicet quibusdam: Amen dico vobis nescio vos
vel. Et quemmet respondetur: dyaboli. Quot enim
vicia habet homo in corde suo tot demones habet
ibi depictos ut ymago refertur ad genus peccati
sup Et superscripcio ad circumstancias peccati. Hanc pravam
imitacionem ymaginis plangens ait Trenorum
iiiio: Quomodo obscuratum est aurum mutatus
est color optimus. Denigrate sunt super carbones
facies eorum non sunt cogniti in plateis. Certe vel

Cuius est ymago hec Sermo secundus sub sermo 29
et superscripcio ubi supra. Alio modo potest hec que-
stio fieri de ymagine exteriori. Cuius videlicet a
sit ymago quam simul in conversacione exteriori re-
putat. Non enim sufficit bonam vitam in occulto
ducere nisi et exemplo studeat se exemplarem

potius exhiberet. Sic dicitur illud Cant. v. Oculi
eius sicut columbe super rivulos aquarum que lacte sunt lote et resident
contritam virgo de claustro . Hoc insinuat
Sic apparet una tam effectu. benignitas in vultu.
humilitas in habitu. modestia in conuersacione. paciencia
in tribulacione. Talem ymaginem representauit
Joh. baptista cui prebuit habitum tegmine ca-
melus vestibus facta strophium videntur
Talem igitur ymaginem gessit Paulus primus
heremita qui contemptus toto seculo et indutus tuni-
ca de foliis vitam celestem duxit in heremo.
Sic et sanctus Franciscus in habitu et conuersacione ac
eciam in corpore suo stigmatizato quid aliud repre-
sentauit nisi ymaginem crucifixi de quo et cuius ymagines
fere seu ipsos similitudo. ac si diceret. Cuius est
ymago hec et superscripcio. Congruenter dicitur
Dei. ut ymago referatur ad sanctitatem vite inspi-
et superscripcio ad contemplacionem quo ad ymaginem
tenui ad baptismum vel professionem. Sic portemus
ymaginem celestis per celestem conuersacionem. Sed
heu non omnes portant ymaginem talem. Sed multi
portant ymagines ydolorum suorum que faciunt
sibi ut dicitur Amos v. Carnales sunt multi
ornates se cultu superfluo ad aspectum virorum
Et talibus dicit Ezech. xvi. Fecisti tibi
ymagines masculinas et fornicata es in eis
Et de tali queritur. Cuius est ymago hec Respon-
dent Dyaboli. ut ymago referatur ad deformi-
tatem peccatorum in persona sua et superscripcio ad or-
natus preciosos super pectus. Et Ieronimus dicit ipse
ymago et superscripcio sunt dyaboli. Quia talis per-
sona ... quid aliud est quam vexillum dyaboli
ipsius non contenta dampnacione propria capit eciam
animas aliorum. Prov. vii. Ecce mulier occurrit
illi ornatu meretricio preparata ad capiendas animas.

stigmatizato

Unde consulit dominus per sapientem Proverbiorum 6: Custodias
te inquit a muliere mala. Preciosam autem viri
capit. Et quod deterius est et mulier talis orna-
ta quod impetrat de ymagine dyaboli ad superscrip-
tionem suam. Potest etiam dici de quolibet homine qui
suis sive moribus et exemplis alios pervertit.
Unde Bernardus in quodam sermone: Quid tibi inquit
videtur graviorem hominis ab eo sustinere persecucionem
qui suggestione exemplo perniciosa scandali
occasione ab eo pervertit animas quas redemit quam
ab illo qui sanguinem eius fudit. Talis enim
officium dyaboli supplet, non immerito filius dy-
aboli dicitur. Iohannis 8o: Qui facit peccatum ex dy-
abolo est. Quoniam alio etiam sensu verba ista possunt
tractari prout deus in extremo iudicio hanc
questionem proponet exigendo a quolibet racionem quo
ymaginem sibi impressam custodierit et renovaverit.
Nam secundum dispositionem ymaginis in quolibet a con-
formitate vel deformitate peccata iudicabuntur.
Et sicut hoc clarius aliquibus cognoscetur et distinc-
tius. Et licet ibi omnia pateant oculis iudicis
tamen optat eam querere quando ab aliquo velud
ignorans ipse tamen ad instar sapientis medici
ad summam querit quod sciverunt sui assessores.
Dicit ergo hanc questionem de unoquoque: Cuius est yma-
go hec et superscriptio. Cui questioni quilibet
iusto respondebit: Domine hec ymago tua est quia
tibi consignata est in creacione, per te renovata in
redempcione, tibi conformata in assimilacione,
tibi representata per imitacionem et exemplari
conspectione. Sed e contrario reprobus econtra querit: Cuius
est ymago hec respondebit: dyaboli, non creacione
sed imitacione et voluntatis sue conformacione.

sicut Ioh. viii° dicitur Iudeis Vos ex patre d-
iabolo estis. Tunc inde ypocritis sententiam dicit in-
ter suis Reddite ergo que sunt Cesaris Cesari i.
dyabolo que superflua sunt dyaboli Et que dei sunt
dei deo Et ibunt reprobi in supplicium eternum iusti
autem in vitam eternam capitulo xxv. Dominica xxiiii

Dominica xxiiii.

Loquente ihesu ihesus ad turbas ecce princeps vnus 228
accessit ad eum et adorabat eum dicens
Domine filia mea modo defuncta est Sermo in
pone manum tuam super eam et viuet Et surgens
ihesus sequebatur eum et discipuli eius. Sicut
admodum vas liquore plenum si non moueatur aliquod
non vt non effluat Sic paterfamilias priuatus ac
liberalis facultatibus habundans nescit non effu-
dere necessaria petentibus Ita saluator noster plenus
gratia et veritate quando mouebatur fide et precibus
supplicantium plenitudinem gratie non potuit co-
tinere quin super effluet sicut patet ex eo quod testatur
quia motus prece principis ad suscitandum filiam
suam iuit et in via fide et deuocione mulieris he-
morroisse motus super effluentis ad tactum fimbrie
eam sanauit Igitur in euangelio presenti quod diui-
ditur in tres partes. In prima ponitur principis pro
filia deuota supplicatio. In secunda ponitur mu-
lieris emorroisse in via sanatio ibi Et ecce mu-
lier Tercia ponitur puelle resuscitatio ibi Et cum
venisset ihesus in domum etc. Circa primum tangitur
tria Primum est verbi predicatio ibi loquente ihesu ad
turbas etc. post sermones opus adiunxit Per
opera enim confirmantur dicta Marci ultimo predicauerunt vbi-
que domino cooperante et sermone confirmante sequentibus
signis Ita hic Secundo ponitur principis humilis deuota
supplicatio que implicat quinque Primum est accessio

ad xpm et hoc per fidem Hebr. xi oportet accedentem
tem credere. Alias enim frustra quis oraret si non
crederet quod omnia possibilia sunt credenti sed non
credenti. Dicit quod Ecce princeps unus accessit. qua-
lis principatus eius fuit Exprimunt marcus et lu-
cas quia archisinagogus i. princeps sina-
goge fuit nomine yairus. Secundum est diuine pie-
tatis recognicio Et adorabat eum quem recogno-
uit eum esse deum Deutro vi° dominum deum tuum
adorabis et illi soli seruies Unde dixit dominus
Sap xvi° Tu es deus qui vite et mortis habes
potestatem. Notandum autem quod dupliciter aliquis a-
dorat alium. Quidam enim adorant aliquem ut
se de periculo liberet sicut Iacob Esau fratrem suum
Genesis xxxiii° Adorauit primus separatus quidam
dam vero ut quod petant impetrent sic abyga-
il adorauit dauid ut impetraret veniam viro
suo i Reg xxv° Et ita hic quia ideo orauit ut
filie vitam impetraret. Alii ut honorent de qua
adoracione Mt iiii° dominum deum tuum adorabis
hac adoracione adorauerunt magi dominum Mt ii°
per dicebatur adorauerunt et honore latrie Et etiam
potest sumi hic de illo principe ut dictum est. Tamen
est dubitatio applicando Filia mea modo defuncta est
Cum enim videtur quod marcus dicit quod fuit
in extremis Et nunc dicit quod moriebatur. Solutio potest
esse quod pater recedens a domo dimisit eam in
extremis laborantem et morientem licet hic adhuc
non mortua. Unde desperans de vita antequam per-
venisset ad xpm credebat eam iam mortuam
ideo dixit absolute defuncta est. sed modo defuncta
est q.d. Ego dimisi eam in extremis laborantem
sed modo credo eam iam esse mortuam maxime
cum quidam dixissent ei iam coram deo constituto

no B
3°
no

filia tua mortua est · quid ultra vexas magistrum
ut dicit mar[ci] et luc[e] Et sic nullus est quando
Certus est supplex petens sine supplicatione Sed
veni impone manum tuam super eam licet hoc
2° dixit libera fide · fides tamen diminuta erat Tum
quia petiit quod dominus veniret qui est ubique Tum
quia petiit ut manum imponeret · qui solo sermone
restaurat universa Unde dixit ille Centurio
math viii° Domine non sum dignus ut intres sub
tectum meum Est tamen advertendum quod presentia
domini corporalis multum conferebat quia corpus
xpi fuit organum divinitatis Unde et martha
sibi dixit Johannis xi° Si fuisses hic frater
meus non fuisset mortuus Tactus eius similiter
pro salute multum valebat ideo in multis curis
fuit sicut math viii° In mundatione leprosi et luc[e]
vii° In suscitatione mortui quia accessit et
tetigit loculum et hic tetigit manum puelle
ut infra dicetur Dicet forte aliquis Cur
9° ille non arguitur de imbecillitate fidei sicut
arguitur regulus Johannis iiii° Et hic eum rogavit
dominum ut descenderet et sanaret filium eius
dixit ei dominus quasi reprehendens eum Nisi
signa et prodigia videritis non creditis Ad hoc
dicendum secundum Aug[ustinum] quod licet utrique fidem habuit
diminutam Istius tamen fides maior erat
fide illius Nam ille petiit dominum ut veni
ret antequam moreretur filius eius non crede
bat eum mortuum posse suscitare ille crede
bat tum ad iam mortuam filiam ire invitabat
Certus est confidentia spei Et veniet Non
2° enim dubitavit quin ista manus que creavit ho
minem de nichilo iuxta illud Job x° Manus
tue domine fecerunt me et posset et solo tactu
3° mortuam suscitare filiam Tercio ponit sufficiens

pria exaudicio Et surgens ihesus / ab opere scilicet
predicacionis quod aliquando racione necessitatis preter-
mittendum est Sequebatur eum / Sic debebat n.
pater puelle celeriter anxius pro eius salute
Et discipuli eius Sicut discipuli magistro
suo illos comitantur et ad loca sua accedunt
Moraliter notandum quod ex peticione istius principis
pro suscitacione filie sue possumus col-
ligere decem condiciones que requiruntur in oracione
ut sit exaudibilis Primo requiritur ut procedat
a principali parte hominis scilicet a corde Joh. iiii° Spiritus
est deus et eos qui adorant eum in spiritu et
veritate oportet adorare etc. Ideo cum homo ex ore
et sine interiore multum petit non ex hoc est ex-
audibilis Sicut de quibusdam dicitur Math. xv°
hic populus labiis me honorat Cor autem eorum
longe est a me Et hoc colligitur ex eo quod ille
orans dicitur fuisse princeps Secundo requiritur
unica orantis intencio Math. vi Tu orans intra
in cubiculum etc. Et hoc colligitur ex eo quod ille
dicitur fuisse unus non distractus aut diffu-
sus in intencione Tercio requiritur quod orans con-
siderans deo appropinquet Ps. Appropinquet depre-
cacio mea in conspectu tuo Unde de isto dicitur
quod accessit Quarto requiritur in orante fidelis
levacio ut hoc quod petit se credat posse ob-
tinere Luc. xi° Omnia quecumque orantes petitis credite
quia accipietis Unde ille princeps Zacheus dic-
tus est secundum Lucam quod interpretatur illuminatus Quin-
to requiritur dum supplicacionis supplex venera-
cio Unde iste adoravit eum Sexto requiritur
tocius hominis humiliacio Et hoc colligitur ex eo
quod ille cadit ad pedes eius secundum Marcum Et illud
duobus est illud Ps. Venite adoremus et

procidamus ante deum / Septimo requiritur di
uine pietatis timorosa recognitio quod colligitur
ex eo quod confessus est eum esse deum Malachie 1°
Si ego dominus ubi timor meus / Octavo re
quiritur miserie et necessitatis explicatio licet enim
deus omnia noverit homo tamen debet necessitatem suam
exprimere et deo offerre Jeremie xi° Tibi reve
lavi causam meam / Unde ille princeps causam
perturbationis sue et miserie exposuit dicens filia
mea modo defuncta est / Nono requiritur devota
postulatio non enim sufficit deo necessitatem exprime
re debemus eum petere Johannis xvi° Petite et acci
pietis etc. / Unde ille princeps per hoc quod exposu
erat necessitatem suam duo subiunxit requirendo
sed veni impone manum tuam super eam / De
cimo requiritur effectus petitionis indubitata
expectatio Marci xi° Omnia quecumque orantes petitis credite
Unde ille princeps confidenter adiecit dicens et vi
Et ecce mulier que / Secunda pars vet 229

2a ps Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim
annis accessit retro et tetigit fimbriam
vestimenti eius dicebat enim intra se Si te
tigero tantum vestimentum eius salva ero At ihesus
conversus videns eam dixit Confide filia fi
2 des tua te salvam fecit Et salvata est ex illa
hora mulier / Nota quod in qua ponitur miraculum
in via factum Et subdividitur hec pars in
quatuor particulas In prima ponitur huiusmodi mi
raculi conditio que notatur in septem quorum ea
exprimit hic dicit primum est sexus fragi
lis Ecce mulier / Secundum est qualitas pas
sionis que in fluxum sanguinis patiebatur
Tertium est infirmitatis diuturnitas duodecim annis
enim quatuor alia superaddit Marcus /

Primum quia multa expensa fuit a pluribus me-
dicis. Secundum quia omnia sua erogauit.
Tercio quia nichil proficiebat. Quarto quia magis
eciam deterius habebat. Curata autem sanguinis in fine
talis recurrit celesti medico qui pro nobis suum
de langwentibus sanguinem proprium effundere non
recusauit. Secundo tangit huius mulieris deuo-
cio quo ad quatuor. Primum est confidencie te-
meritas accessit confidenter non obstante quod esset
ex lege immunda cum non esset licitum contactare eam
quam Hebr. x°. Adeamus cum fiducia ad thronum
glorie eius. Secundum est verecundie honestas Rem°
que splendore erubuit in facie apparere sicut
maria magdalena. Tercium est perfecta humilitas
Et tetigit fimbriam vestimenti eius. Reputauit
enim se indignam tangere pedes christi vel eciam ve-
stimentum eius sed tantum tetigit fimbriam id est extremi-
tatem. Iudei enim habebant fimbrias in vestimentis
suis quibus differunt ab aliis nacionibus ex
lege secundum Numeri xv. Loquere filiis israel et dices
ad eos ut faciant sibi fimbrias in quatuor
angulis palliorum. Et est fimbria filum vel fi-
pendens in vestimento sicut fit in fine stolarum
et manipulorum ad ipsorum ornatum. Has fimbrias
dominus deus in pallio portabat et alii iudei.
Quartum est fidei securitas. Dicebat enim intra se
secreta meditacione. Si tetigero tantum vestimen-
tum eius et tamen magis fecit in opere quam cogitaua-
bat in corde. Quia sanata est ad tactum fim-
brie que pendebat de eius vestimento quam prius
cogitabat tangere vestimentum. Hic datur intel-
ligi quod si minor eciam aliquantulum fides esset
in ore per confessionem et in manu per operacionem
enim sit in corde ipsa sufficit ad salutem

3° Tercio ponitur hic fidei commendacio Et ihesus qui
sit videns etc. Math. ix° et Luc. viii hunc locum supp-
lent et dicunt quod statim sanata est mulier
ad tactum fimbrie et sensit quod sanata esset etc.
aut senciens virtutem que de ipso exierat Et co-
nversus ad turbam dicebat Quis me tetigit
Negantibus autem omnibus dixit petrus et qui
cum illo erant discipuli preceptor turbe te comprimunt
et affligunt et tu dicis quis me tetigit Et
dixit dominus Tetigit me aliquis Nam et ego
novi virtutem de me exisse et circumspiciebat vide-
re que hoc fecerat Videns autem mulier quia non
latuit cum tremore venit procidit ad pedes eius
et quam ob causam tetigit indicavit coram populo et quem-
admodum sanata sit confestim Tunc dixit illi
ihesus Confide filia Ecce securitatis fiducia als
taltatis gracia fides tua te salvam fecit Ecce
dulitatis efficacia Et nota quod dominus primo hanc
mulierem vocavit filiam et ut cognoscam eum
hec filiatio procedit ad icit sequitur fides tua te sal-
vam fecit Ideo filia quia fide plena Joh. 1°
potestatem dedit eis filios dei fieri Hic adverte quod
4° hec mulier ut ex littera patet credidit corde.
quia dicebat intra se. Dixit etiam ore quia
quarto ponitur ibi dicebat Accessit et tetigit ope
ad dandum intelligere quod si sanitatem volumus con-
sequi spiritualem oportet nos corde fidem mani-
festare per oris confessionem Rom. x° Corde creditur
ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem
5 Quinto ponitur hic mulieris sanacio Et sanata
est mulier ex illa hora scilicet qua Xpm fide teti-
9° git Erat enim [illegible] quam Xpus hanc mulierem
lepre volente manifestavit et ad hoc sex cus
adducit quia nec mulier verecundia [illegible] hec
quia contra legem fuit menstruata Xpm tetigit

Secunda ut ipsum corrigeret quia eum estimabat xpm
latere. Tercia ut fides eius aliis videntibus
eam ostenderet. Quarta ut manifestaret se omnia co-
gnoscere. Quinta ut ostendat quomodo deus sanat
sanguinis fluxum. Sexta ut in fide archisyn-
agogum dirigat, ubi tamen cum sanaret
etiam ipse ad filiam eius veniret. Secundo ut ibi
dicit fidelior fuit hec mulier archisynago-
go. Ille enim mediam ducebat, huic enim tactus
fimbrie sufficiebat. Dicunt quidam hanc mulie-
rem fuisse Martham per verba Ambrosii in tracta-
tu de psalmis, ubi dicit quod xpus languinem flu-
xum sanguinis siccavit in Martha et quod demones
expulit de Maria et corpus redivivi spiritus con-
stituit scilicet in Lazaro. Ex quibus videtur quod Mar-
tha fuit curata a sanguinis fluxu a xpo, sed quod
Martha fuit hec mulier de qua hic agitur non
habetur ex illis verbis. Plures enim mulieres paciuntur
sanguinis fluxum. Quod autem hec mulier non fuit
Martha patet per Eusebium in scolastica hystoria c. xi°
ubi dicit hanc mulierem de qua hic loquitur fuis-
se gentilem et civem Cesaree Philippi que est ci-
vitas intra gentium. Unde etiam Ambrosius super
lucam per hanc mulierem intelligitur gentilis populus
ut statim dicetur. Martha vero iudea et de Betha-
nia fuit. Narrat enim Eusebius ubi supra quod
hec mulier sanata ob xpi reverentiam quod
imaginem eream fieri fecit et statuit in area
sua cum sculptura vestium et fimbria prout xpm
hic viderat. Eodem tempore quo tangens eam sa-
nata fuit. Crescentes herbe sub ymagine ta-
gentes vestimentum eius ad pedes illius esset
virtute ex tunc multis languoribus fuit reme-
dium sanitatis. Cum vero ista ymago Cesaree Philippi

fidelibus ex devotione frequentaretur. Sicut dicit
Jeronimus — Josephus in libro hystorie tripartite. Superveniens Julia-
nus apostata sui inimicus xpiani nominis amovit
ymaginem xpi et suam ibidem collocavit que
fulminis ictu in pulverem redacta est. Allego-
[illegible] rice autem ecclesia est dicta que hic de ista muliere
dicitur secundum Jeronimum et Rabanum significant etiam
de gentibus collectam. et vere morbi que ha-
buit et vere modi quo convaluit. Et tem-
pus quo accidit. Morbus autem fuit sanguinis
fluxus qui causat in muliere sterilitatem. Quod
notat ecclesiam de gentibus derivatam. que ste-
rilis esset antequam esset per xpm gratiam fecunda-
ta ysa. liiij. letare sterilis que non paris. Vel
modus autem quo convaluit fuit quasi casual
casualis quia vadens dominus sanare synagogam
hec importabatur per filiam principis huius qui et
archisynagogus dicitur Mt. ix. Iuxta illud Mt.
Mt. xv. Non sum missus nisi ad oves que peri-
erunt domus Israel. Primo ergo de gentibus col-
legit synagogam. postea in fine vocavit. Sed
primo sanavit emorroissam, ultimo resuscitat
filiam principis archisynagogi. Et hoc innuit
Apostolus Rom. xi. Illorum delicto salus est gen-
tibus. Sicut mors puelle occasio fuit sana-
tionis huius mulieris. Unde Act. xiii. Quia
indignos vos iudicastis vite eterne ecce conver-
timur ad gentes. Tempus vero quo etiam de
gentibus recollecta de languit fuit tempus
nativitatis exordii synagoge. quia tunc mundus per
ydolatriam depravatus quod est languor ecce
fuit abraham vocatus de Ur Caldeorum Gene-
sis xii. qui fuit initium synagoge. Ita quidem fuit
tempus predicationis gentium et restitutionis syna-
goge.

in dolore / et hec patet in illa emorroissa que
tot annos fuit in infirmitate sua quot filia yairi
fuit etatis ut patet Marci v. ubi dicitur quod illa p-
uella erat fere annorum xii. Moraliter per hanc
mulierem emoroissam signatur peccator vicio car-
nali sanguinolentus. Ysa. 1° manus vestre i. opera
sanguine plene sunt. Talis xii annis fuit
vicio subiacet. cum semper fundat peccator in vicio
suis actibus / Secundo autem mulier multa pas-
sa fuit ut dicitur Marci v. significatur quod multa sustinet
que vicio dedita. quia dura et amara verba
ab hiis eciam quos amat / maiora scilicet mo-
lestias corporis, cecitatem mentis, dampna rerum,
odium hominum / dispendium fame / Item ero-
gant omnia pro voluptate carnis, etatem, vigo-
rem, decorem, substanciam, vitam, famam etc. Sed
tales quamvis quesierunt remedia superflua contra
illam passionem sed nichil proficiunt. Quia sicut
dicit Ieronimus contra Iovinianum li. 1° luxuria insaciabi-
lis est bestia et voluptas ut quanto magis
carpitur tanto amplius se sitim acuat. Vires de-
ficiunt et fornicandi desiderium non quiescit.
Nemo igitur ab hoc vicio poterit curari nisi
tangat fimbriam Christi. Sed videamus que ista
sit fimbria ista cuius vestis qua vestiebatur cuius
humanitas est. Phil. 2° habitu inventus est
ut homo. Fimbria vero que est vestimenti
extremitas passio Christi intelligitur. Ubi vestimen-
tum illud humanitatis tamquam in extremo consumatum
est. Hanc fimbriam qui tetigerit curatus et sa-
nus fluxu curabitur. Tangit autem cor-
de meditando, compaciendo et imitando ea que
sunt passionis et mortis domini nostri Ihesu Christi

Unde apostolus ad philippenses 2º hoc sentite in vobis quod et in christo ihesu etc. Tercia pars

Et cum venisset ihesus in domum principis et vidisset tibicines et turbam tumultuantem dicebat Recedite non enim mortua est puella sed dormit et deridebant eum Ro
Et cum eiecta esset turba intravit et tenuit manum eius et surrexit puella Et exiit fama hec in universam terram illam Tercia pars tangitur pomposa puelle resuscitacio et quatuor tanguntur scilicet plangencium vana lamentacio Et cum venisset in domum principis et vidisset tibicines id est qui tibijs canunt quo instrumento antiquitus utebatur in plangendis funeribus et canebatur carmen lugubre quod provocarent parentes ad luctum Et turbam tumultuantem in fletu et ululatu magno multo et est vociferacione funeralium Secundo tangitur merciam pietatis consolacio dicebat Recedite non enim mortua est puella sed dormit super id est michi qui possum eam maiori facultate suscitare a morte quam aliquis a sompno Unde beatus augustinus Ita tam facile excitat in lecto quam facile christus in sepulchro Et deridebant eum quia sciebat eam esse mortuam Et putabat eum loqui de dormicione sompni et tamen per derisiones eorum non pretermisit pius suum opus dans nobis exemplum ut bona opera non dimittamus circa alios irridentibus et insultantibus nobis etc. Tercio tangitur mira christi operacio Et cum eiecta esset turba quia non fuerunt digni videre resurrectionem qui plangebant eam mortuam quia eum qui est resurrectio et vita irridebant sed ipsi intravit Et assumpsit petrum iacobum et iohannem cum patre et matre puelle ut dicit

Marci et luce / quos secundum litteram voluit quantum
ad sensum litteralem / ut evidencia miraculi
turbam non confluxit / vel quia indigni erant
eam vel ne ante tempus laudes vidente appe
teret / Unde magistro ... dicit quod ipse precepit
patri et matri puelle quod non revelaret Et
tenuit manum eius / per tactum enim curavit
ut ostenderet quod illa humanitas esset instrumentum
divinitatis in miracula facienda / dicens ad cla
morem secundum luc ut astantibus audientibus ne
aliquis suspicaretur in ope divinitatis esse
aliquid magicum puella surge / Et sic illius
tactu confortata et voce eius excitata qui dixit
et facta sunt omnia / Et surrexit puella /
Signum resurreccionis alia duo signa addunt e
vangeliste / unum quod ambulabat / alterum quod ius
sit ei dari manducare / Quod ideo dicit ad
litteram ut verius appareret eius resuscitacio quia
resuscitati magice non ambulant neque come
dunt / Tercio ponitur huius rei famosa di
vulgacio / Exiit fama hec in universam terram il
lam scilicet provincie galilee / licet autem precepit ne
cuiquam dicerent propter hoc volens nobis dare exemplum
ut non queramus ostentacionem in operibus mira
culosis / virtus enim divina occultari non potest / Ideo
dicitur cum est virtus ostenditur fama / Et virtus
est tante efficacie et quanto plus occultatur tan
to amplius proditur / nec virtus esse probatur
nisi a laudibus hominum abscondatur / hinc est
quod huius rei magnitudo latere non potuit / sed ex
iit eius fama in universam terram illam etc.

9. i Cum eiecta esset turba Matthei ix° Sermo primus primo
Cum omnis Christi accio nostra sit instructio

secundum Augustinum in de vera religione. Hinc est quod omnia que
circa resuscitationem puelle et ceterorum mortuorum ge-
sta a christo leguntur ad mysterium morale et spiritualem
haberi possunt et secundum hec verba premissa de resurrectione
puelle mortue vita nature ad literam dicta
moraliter exponi possunt de resuscitatione cuiuslibet
anime mortue vita gratie que mors spiritualis
multo miserabilior est morte corporali qua
anima separatur a corpore. Hac autem morte spirituali anima
separatur a deo. Unde Augustinus. Plange inquit cor-
pus cum recessit anima et ideo plange animam a qua
recessit deus quod pro magno in comparatione habe-
tur. Hec Augustinus. Circa hanc autem materiam ad simi-
litudinem mortis corporalis de morte spirituali loquen-
do tria sunt consideranda. Primo de peccati congressu
quo peccatum aggregatur. Secundo de peccati recessu quo
anima a morte ad vitam resuscitatur. Circa primum
est sciendum secundum Augustinum in sermone domini in monte li-
bro 1o capitulo xiii quod tribus gradibus ad peccatum
pervenitur scilicet suggestione delectatione et consensu. consensio
Suggestio fit sive per memoriam cum aliquid illi-
citum cogitamus sive per corporis sensus cum aliquid
videmus seu audimus vel olfacimus seu gustamus.
Delectatio autem cum ad fruendum eo quod suggestum est
eo quod appetitus assurgit ut quis ieiunans viso cibo
appetit comedere vel visa pulcra muliere carnaliter
assurgit. Et hec delectatio in sensualitate consistens
assimilatur cure que tamen ante consensum non
peccatum est vel tamen tenue ut pene nullum sit. Sed
consensus supervenit plenum notum deo in corde
non etiam si factum non innotescat hominibus. Et hec
consensio est v vere tamen in viro. Sed sciendum
quod duplex est consensus. Unus in delectationem co-
gitationis. Alius in complectionem operis. De primo dicit

Augustinus xij de trinitate. Cum sola mentis cogitatione
mens oblectatur illicitis non quidem decernens facienda
tenens tamen et volvens libenter que statim
ut attingunt respui debuerunt. Et ideo de talibus
quoque cogitacionibus venia petenda est pectusque
percuciendum et dicendum dimitte nobis debita. Et
faciendum autem quod sequitur atque in oracione iungendum
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. De secundo
consensu Augustinus de sermone domini in monte. Cum quis con-
sensit in factum videtur sedari et quasi extinguitur cupi-
ditas. Sed postea cum suggestio repetitur maior accen-
ditur delectatio que tamen adhuc multo minor est
quam illa que assiduis factis in consuetudinem versa
est statim dicetur. De hac materia plenius habes in
sermone dominice xviij[a] Ut quid cogitatis mala in
cordibus vestris. Premissis igitur tribus gradibus
quibus pervenitur ad peccatum, quorum graduum distinctio
[illegible] ex tribus libris evangeliste in quibus
tres de morte huius puelle dissentiunt. Nam
Lucas dicit quod moriebatur, Marcus dicit in extremis
est, sed Matheus dicit mortua est. Anima igitur per-
veniendo ad peccatum est primo moriatur per suggestio-
nem quia apposito sibi veneno appetente. Hoc autem
verbum moriebatur est peccatum imperfectum et venenum
suggestionis adhuc est sine effectu. Secundo qua-
si in extremis et hoc per delectationem apposito enim sibi
veneno iam velud in extremis laborat an velit ac-
ceptare per consensum. Et sic iam in secundo gradu et sic
morti propinquior. Tercio accedente consensione
venit iam ad tercium gradum et tunc mortua est quia
venenum pervenit ad cor. Et hoc de primo. Circa secundum
est quod secundum Augustinum ibidem peccata sunt tres differentie scilicet
cordis, facti, in consuetudine, que sunt quasi tres mor-
tes anime. Et sicut tres mortuos qui in evangelio le-
guntur a domino suscitati. Unam in domo scilicet hanc puellam

Prima agit[ur] in p[re]misso themate. [Secunda] p[er] qua[m] signat[ur] pec-
catu[m] cordis scilicet videlicet cordis consensus libidini
consentiendo ad tale[m] gradu[m] p[re]missum. Altera mor-
tuus fuit platius extra civitate[m] videlicet filius
vidue de q[u]o Luce vij°. P[er] que[m] signat[ur] pecca-
tu[m] op[er]is cu[m] videlicet consensio q[ue] est i[n] corde q[ui]a ex-
portatur p[ro]dit in factu[m] et tunc est pecc[atu]m grauius.
Tercius mortuus fuit lazarus iam quadriduanus in
sepulcro de quo habet[ur] Joh. xi°. P[er] que[m] signat[ur] peccatu[m]
in consuetudine deductum quo homo iam redditur
quasi putridus. Et hoc est grauissimum. Et hanc
consuetudinem vincere difficillimum est ut dicit
Aug[ustinus] ibid[em]. Unde et Greg[orius] i[n] omel[ia]: Vsitata mens
culpa obligat mentem ut nequaquam surgere ad rec-
titudinem [possit] conatur et labitur quia ubi sponte diu
perstitit ibi etiam cum noluit [et coacta] cadit, et tamen non desperat
q[ui]a ad p[ri]mam cu[m] a[u]c[tem] cu[m] dei adiutorio consuetudinem
superabit ut dicit Aug[ustinus] ubi sup[ra]. Sciendum
p[er] hunc p[ro]gressum aggrauacionis p[ecca]ti contrarium debet
modus penitendi exemplo d[omi]ni in hiis tribus predictis
perficere mortuis. Unde Beda: Quanto magis grauior
est mors anime tanto acrior penitentie fletus assi-
stat. Relatum forte inuenies pluribus dictis contur-
bavit. Ad quadriduanum vero suscitandum fremuit,
se lacrimas fudit et voce magna clamauit.
Notandum autem q[uod] sicut peccatum comparatum male morti,
sic p[er] oppositum penitencia [bone] male morti. Sicut enim car-
nes mortuorum cottidie corpora mortificant, ita penit- Sic pe viuentes
encia. Ps.: q[uonia]m p[ro]pt[er] te mortificamur tota die.
Ista autem mors est nobis necessaria si volumus venire
ad spiritualem resuscitacionem. Mortificare autem in nobis
debemus carnem ... vagos mores.
Et hoc spirituali disciplina. Ps.: Apprehendite disciplinam

Secundo in vtiles cauillaciones et hoc vtili taciturnitate
nitate vbi dicit Orig' q[uod] taciturnitas est fe-
caritatis acquisitrix vere pacis conseruatrix amicorum mul-
tiplicatrix eterne beatitudinis adaptatrix omnium virtutum
conseruatrix. Tercio malas cogitaciones et hoc meditacione 111
passionis xpi vnde Aug' vbi s[upra] de virginitate inspi-
cite vulnera pendentis sanguinem morientis precium re-
dimentis cicatrices resurgentis. Caput habet incli-
natum ad osculandum cor apertum ad diligendum bra-
brachia extensa ad amplexandum totum corpus
expositum ad redimendum. Hec quanta sint cogitate hec
in statera vestri cordis appendite vt totus nobis figatur sit
in corde qui totus pro nobis fuit in cruce fixus.
Quarto motus carnales et hoc ieiunio et ca-
stitate vnde ap[ostolu]s Col. 3o mortificate membra
vestra que sunt super terram. Quomodo autem hoc sit pos-
sibile vos videtis supra parte 1a et c. 13. Quinto
in deuocione oracionis. Et hoc fuga ocij et occupa-
cione interna vt dicit Beda de templo Salomonis
multum iuuat oracionis puritatem si in omni loco vel
tempore nos ab actibus temperemus illicitis. Quecumque enim
sepius agere vel loqui vel audire solemus cum
licite est sepius ad animam quasi ad solita et propriam
recurrere sedem. Et hec de s[ecun]do. Sub sermone primo

512 Cum eiecta esset turba. Congruo de patris ingressu sub sermo 19
et de eius progressu. Conuenienter videndum
est de eius egressu seu anime apto recessu a
quo iam ad vitam gratie resuscitatur quod vltima
pars est ad propositum thematis assumpti. Circa quod
sciendum quod omnia que xpus fecit in suscitacione
huius puelle a morte corporali ad literam
describuntur ad hunc omnem die in suscitacione anime
a morte spirituali implentur. Colligite omnia verbis
euangeliste recolligendo reducuntur ad sex.

primum est quod dicit tibicines et turba tumul-
tuantem eiecit. per quod datur intelligi vanarum co-
gitacionum et malarum concupiscenciarum in corde peccatoris
tumultuancium eiectio. Quia corde cum peccatis obnoxio
non potest esse pax et tranquillitas eterna. Non est
pax impiis, sed semper est ibi tumultuacio cogita-
cionum eternarum(?) sicut dicit Greg. Si a domo
mentis ad monumentum vacare descendit sicut fit per pe-
nitenciam peccati. mox quasi absente domina cogitacio-
num fit clamor vel garrulla ancillarum turba
multiplicat. Ut autem vacuo admente redit scilicet
priorem mox confusio tumultuosa conquiescit. Hec
autem tumultuositas consurgit ex duobus. Primo ex
sui ipsius vana consolacione. qua peccator consolatur
se ipsum consolando in blandicionibus in cogitacionibus
de vite longevitate, et peccatorum voluptuositate,
de diviciarum habundancia, et deliciarum affluen-
cia, de dignitatis sue magnitudine et similibus pre-
intencione(?) certitudine, Tales cogitaciones quasi sire-
nes alliciunt hominem perpendere in peccatis. Secundo
signatur per tibicines qui sunt mali consolatores.
Et sicut quidam dicunt tibicines canunt mulieres
[illegible] carmen lugubre canentes super funere ad
relevandum dolorem flencium. In quo commemorabant
condicionem et virtuosa gesta defuncti. Unde et philo-
sophus dicit quod in ploracionibus et lamentacionibus quas
super mortalos faciunt fit commemoracio defuncti tunc
memorando qualis fuit mortuus dum vixit et quali-
ter gessit. Unde bene per tibicines signantur mali
consolatores qui subrepunt hominem in cogitacio-
nibus suis. Talis tibicen fuit ille qui dicebat
Luce xii. Anima mea habes multa bona etc. Sed quod
hec fuit vana consolacio patet per illud quod sequitur
dicit autem deus Stulte hac nocte repetent ate

inimici tui animam tuam. Secundo tumultus cogita
cionum consurgit in corde peccatoris ex peccato prava
cogitatione et inclinatione quia unum peccatum inclinat
et trahit ad aliud sicut rota rotam. Quia ut dicit
Gregorius peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo
pondere ad aliud trahit. Talibus dicitur Ysaie
5: Ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vani
tatis. Ubi Glosa: multo vanitas in funicu
lis trahit quia peccata connectuntur ut fila ara
nearum que licet tenuia sint si tamen ex hiis nodu
s texantur solidissimus funiculus texitur
Eo iam demersa unde dicit Gregorius in omelia:
Reiterata culpa obligat mentem ut sursum ipso
regressu. Et hoc fit in penam peccati precedentis ut in
decem dicit Gregorius xxv moralium. Iusto iudicio dei
cor peccantis obnubilat ut precedentibus peccatis merito
et in aliis cadat ut qui malum faciens spectat
demum iuste in aliis nolens cadat. Et sic sequens
peccatum non solum est peccatum sed et pena peccati precede
ntis. De talibus similibus dicit psalmus in persona
peccatorum: Circuierunt peccatores triplex sunt hic
Et sic triplex funis peccatorum sicut hic per
turbam tumultuantem que fuit turba flentium
eiulantium et plangentium ut dicitur in capitulo et Luce
8. quod significat quod omnis consolatio et delectatio peccat
oris coram maior qui sunt in peccatis est permixta
est dolore et tristicia. Proverbiorum 14: Risus dolore
miscebitur et extrema gaudii luctus occupat.
Unde peccator ex corde numquam potest esse letus propter
remorsum conscientie et timorem iehenne propter ca
... inimicus volens suscitare animam mortuam. Primo
de domo cordis eiciat tibicines vane consolationis
et turbam tumultuantem vane presumpcionis

peccatorum / et attende quod dominus istos non eicit cum fla-
gello sicut vendentes et ementes de templo
sed simplici verbo dicendo / Recedite · ad innuendum
quod hec eiectio que fit de corde peccatoris nequaquam
fit sine voluntate hominis / Recedite enim et iterum
~~precedimus~~ quodammodo voluntarium licet mixtum
permixtum / Qualiter ad iustificationem impii licet precedat
gratia dei gratum faciens requiritur tamen motus liberi
arbitrii in deum et in peccati detestationem ut sequatur
peccati remissio · quia qui creavit te sine te non
iustificat te sine te · ut dicit Augustinus / Ubi est preter-
mittendum quod semper in illa eiectione de qua hic lo-
quimur datur spes veniendi · quia detestationem peccati
concomitatur spes venie / quod innuit in eo quod eis dominus
dicit / Recedite recedite mox adiecit non est
mortua puella sed dormit / Non enim nemo est
mortuus nisi qui vite beneficium respuit / Ergo
ideo quod peccata eiciuntur a corde accedit spes
Sermo 2us Intravit et dixit / Sub sermo secundus // Ulterius 823
Tertium quod dominus hic gessit est quod intravit domum
scilicet anime per gratiam penetralis intima, dis-
cutiens minima · perquirens abscondita / Illustrans
obscura · vivificans mortua · disponens torti
Nota hic bis nulla recta. / Ubi attendendum quod dominus non intravit solus
sed assumpsit certas quasdam personas ut sequitur /
Quartum quod dominus hic gessit est quod assumpsit petrum
iacobum et iohannem patrem et matrem puelle
ut dicitur in Luca per quas personas quasdam cir-
ca penitentes possumus quasdam bona concomitancia intelligere
ad veram vite suscitationem / Primum est petrus
contritio et confessio, que significatur per petrum qui
peccato sue negationis flevit amare quantum ad
contritionem / Et inspiratus confitens quantum ad confessionem

Et hec duo accipiuntur in una persona quia neutrum
eorum sufficiat sine alio scilicet ita vere optimitate. Secundo
est bravii supplantatio quod intelligitur per Jacob mis-
tice qui interpretatur supplantator et ut homo asserat per
caudi ita subpeditet et conculcet quod semper se am-
plius per altitudinem ponat. Tertio est boni propo-
siti conservatio non enim sufficiat peccata conculcare vi-
cijs bonus operibus studeat insudare. Et hec
signatur in Josue qui interpretatur agnus est gratia
Dei secundum bene operandi. Non enim est gratia Dei ocio-
sa et si non operatur non est ut dicit Gregorius de
caritate. Tertium est proprie conditionis consideratio per nota
quam humiliatur ut nichil boni homo sibi ascribat
sed quod maxime facit considerare proprie fragilitatem
et miserie quam homo contraxit a patre et matre.
Si enim homo considerat ex quam vili et fedo semine
conceptus sit ex parte patris et ex qua sordido et
impurissimo menstruo conceptus ex parte matris
sicut dicit Innocencius in libro de vilitate conditionis
humane. Formatus est inquit homo de luto de
pulvere de cinere quidque vilius est de spurcissimo
spermate conceptus in prurito carnis in fervore
libidinis quidque deterius est in peccati labe natus
ad laborem timorem dolorem quidque miserabi-
lius est ad mortem etc. Si enim homo hec et talia
considerat nullam invenit materiam superbiendi sed
se totum Deo subiciendi. Ad hoc ergo inducit dominus
patrem et matrem puelle ut considerata vilitate con-
ditionis sue quam ab eis accepit iuxta illud
Job xvii Putredini dixi pater meus es et cetera
recogitet legitur putredinem et indignum se indicet
quod vilis putredo tam vilet et intaphiat ...
sit Deum creatorem redemptorem et glorificatorem

sum offendere. Habet igitur iusticia comitiva deus
intrans ad eam suscitandam assunt. Tercio quod
deus gessit est quod tenuit manum puelle in quo
signatur auxilii divini porrectio in omnibus enim
bonis premissis collatis nemo penitens in se ipso posset
persistere nisi deus manum adiutricem sibi porrigeret
ut gratia cum dextera manus que hominem for
mavit ad vitam nature resuscitet ad vitam gracie
ut possit dicere illud Job x formasti me et po
suisti super me manum tuam formasti me quoad
esse nature et posuisti super me manum tuam re
suscitando me ad esse gracie. Quartum est quod clamavit
dicens puella surge secundum Lucam in quo signatur
divini precepti impositio. Consuevit deus hiis
quos sanavit aliquod verbum imperativum dicere quo
illi discerent quid deberent facere. Unde illi curato
in porticu Salomonis. Ecce sanus factus es iam
amplius noli peccare ne deterius tibi contingat
Joh. v. Item mulieri in adulterio deprehense dixit
Vade et amplius noli peccare Joh. viii°. Item
mundato alicui dixit Vade ostende te sacerdo
tibus Luc. xvii°. Similiter dixit emorroisse
Matth. ix° hodierno. Aliquibus vero dixit sicut
Marie Magdalene vade in pace. Similiter
illis quos a morte suscitavit aliqua verba di
xit. Ad Lazarum inquit vero ait Lazare veni
foras. Ad adolescentem filium vidue dixit
Adolescens tibi dico surge. Iste vero puel
le dixit puella surge. Cum hoc enim verbo sur
ge comprehenduntur omnia que pertinent ad salu
tem anime. Et quod hoc verbum clamando di
xit secundum Lucam signat magnam affectionem ad

anime salute · quia clamor magnus desiderium est magnum sm Greg. Ea aut que pertinet ad ane salutem consistit in tribus a quibus debet homo surgere scilicet a morte · a sompno · a morbo · a morte pcti · a sompno torporis et ocij · a morbo fastidij ubi dei · in hijs tribus consistit tota vita spualis. Primo cum oportet hominem surgere a pcto · quia est mors aie ut dicitur est ad ephe . v. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te xpc. Sz quia sunt nonnulli qui postquam surrexerunt ad huc iacent et dormiunt torpore et ocio a bono opere. Ideo hos oportet ut resurgant a tali sompno ad opandum bonum Rom xiij Hora est iam nos de sompno surgere Glo . i . de torpore et negligencia beneficiendi scilicet operando. Rursus sunt nonnulli · qui postquam surrexerunt a morte pcti et a sompno ocij ad huc iacent in morbo fastidij. Vocatur aut fastidium morbus ille quo tollitur appetitus comedendi per quod intelligitur fastidium ubi dei quod est abus aie iuxta illud deut. viij et mt iiij Non in solo pane vivit homo. Ideo oportet tercio ut resurgant a tali fastidio Iacentes cum in hoc morbo · vivunt in magno tedio vite sue ut possint dicere illud Job x · Tedet animam meam vite mee etc. Et revera illi qui sunt fastidiosi ubi dei · quia nesciunt quid agunt in vita sua spuali aut proficiant sive deficiant. Hoc in pulchro et apto est iij Reg xix · de helya qui cum iaceret sub umbra iuniperi nesciens quid faceret quia tedebat eum vite petivit aie sue ut moreretur Cui apparuit angelus dni dicens Surge comede grande enim tibi restat via.

Quod optime convenit proposito. Via siquidem qua
ad patriam tendimus valde gravis est sine cibo
verbi dei. Et nequaquam peragi potest sicut dicit Glo.
super eodem passu. Sicut corpus hominis absque alimento cor
porali subsistere nequit, ita nec anima vivere potest sine
cibo verbi dei. Sicut dominus per angelum dixit Helye
surge comede. Ita ad hunc per instinctum interi
ore gratia resuscitat dicit. Surge comede pa
nem scilicet verbi dei. Ex premissis colligo patet quod in resuscitatio
ne hoc verbum surge triplicem effectum importat
ac si dicat. Surge vive quantum ad primum.
Surge operare quantum ad secundum. Surge comede
quantum ad tertium. Et hic triplex effectus evide
ter apparet in hac puella. Et hoc est septimum quod
dominus contulit in eius suscitatione. Scilicet quia verbo
suo effectum dedit. Dicto autem hoc verbo puella
surge sequitur secundum Marcum. Et confestim surrexit puel
la et ambulavit et iussit sibi dare come
dere. Ubi tanguntur omnes tres effectus. In eo quod
dicit surrexit innuitur resurrectio a morte peccati.
In eo quod ambulavit innuitur resurrectio a
torpore ocii ad operationem boni. Ambulare enim
progressum operationis bone importat. In eo enim
quod comedit innuitur resurrectio a morbo fasti
dii verbi dei. Ad hec tria sponsus invitat animam
dicens Cant. ii°. Surge propera amica mea et
veni. Surge a malo. Propera in bono. Veni poste
re. Dei verbo efficitur quod spiritualiter exemplo hu
ius puelle surgit, sic ambulat et sic dei verbum
manducat. Quia talis ambulat cum Helia in forti
tudine cibi illius usque ad montem dei Oreb. Qui
invitatur mensa dei sicut Luc. xxii. ut edatis et
bibatis super mensam meam in regno meo quod ubi et

Cum videritis ab[ominacionem] **Dominica ultima Trinitatis**
hominacionem desolacionis que dicta est a dani-
ele propheta stantem in loco sancto qui legit intelli-
gat. Tunc qui in Judea sunt fugiant ad montes
Et qui in tecto sunt non descendat tollere aliquid
de domo sua et qui in agro non revertatur tollere tu-
nicam suam. Ve autem pregnantibus et nutrientibus
in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra
hyeme vel sabbato. Erit enim tribulacio magna qualis
non fuit ab inicio mundi usque modo neque fiet.
Et nisi breviati fuissent dies illi non fieret sal-
vus omnis caro. Sed propter electos breviabuntur dies illi.

24 Sicut geometrici et philosophi naturales dicunt quod inter omnes
figuras perfectior est circularis cuius ipsa semper prin- a
cipium continuatum est fini. Propter quod et deus fecit ce-
lum circulare. Cum igitur divini officii ordo in sancta dei
ecclesia debet esse perfectissimus ut sancta eius matre
possimus [illegible] ad celum. Convenienter sunt [illegible]
evangelium anni quod incipitur in [illegible]
primo evangelio anni quod de adventu loquitur de ad-
ventu Christi in iudicium. Et similiter illud ut finis
iungatur suo principio. Congruum est enim ut sicut fi-
nis iudicat finem ut vere in fine temporis anni ecclesia-
stici finis mundi agitur materia huius evangelii
hac occasione legitur sive introducta fuit.
Cum enim discipuli audissent de destructione tem-
pli et urbis futura et de antichristo futuro et de ad-
ventu Christi filii dei in iudicium et de consummacione
seculi accesserunt ad eum secreto dicentes. Dic
nobis quando hec erunt et quod signum adventus tui
et consummacionis seculi. Dominus autem videns questionem
eorum quantum ad tria premissorum explicate et ad quartum
implicite scilicet de consummacione seculi que includitur in ad-
ventu Christi ad iudicium utrumque enim simul fiet.
Et secundum hoc illud evangelium dividitur in tres partes principales.

In quarum prima agitur de templi et civitatis destru-
ctione. In secunda de adventu antichristi et eius per-
secucione ibi Signus dixit vobis. In tercia agitur
de adventu Christi ad iudicium et mundi consummacione
ibi Statim autem post tribulacionem. In prima parte
tria facit salvator. Primo predicit civitatis et tem-
pli et ipsius iudaici gladium. Secundo dat evade-
ndi specialiter consilium ibi Tunc qui in iudea sunt.
Tercio ponit causam quare suum consilium est necessarium ibi
Erit ibi tribulacio. Primo ergo predicit tempus future deso-
cm lacionis et hoc dupliciter quo ad signum et quo ad
tempus. Signum quidem est abhominacio desolaci-
onis. Et quantum ad hoc dicit Cum videritis abho-
minacionem desolacionis. Tempus vero est illud quod a da-
niele taxatum est. Et quantum ad hoc dicit Que
dicta est a daniele propheta stantem in loco sancto qui
legit intelligat. Circa primum ergo ad signum vi-
dendum est quid intelligat per abhominacionem deso-
lacionis. Ieronimus dicit quod abhominacio secundum veterem scri-
pturam ydolum nuncupatur. Ideo additur desola-
b cionis eo quod in desolato templo atque destructo ydolum
positum sit. Et propheta addidit in loco sancto id est in tem-
plo quod erat locus tocius sanctitatis pro illo tempore ut
pote divino cultui mancipatus. Vult ergo dominus
dicere Cum videritis abhominacionem desolacionis
id est ymaginem abhominabilem stantem in loco sancto
id est in templo desolato et eam adorari per eos
hoc erit signum desolacionis mox future de
cisione urbis et templi et dispersione gentis
iudaice. De qua autem ymagine hoc intelligatur
no Sciendum autem quod de triplici ymagine legimus
in templo statute. Prima vivente adhuc Christo Pylatus
posuit ymaginem tyberii cesaris in templo et

compellebat iudeos statuam illam adorare sicut deum
Item post ascensionem Christi anno x. herodes ascalonita
posuit ymaginem Gay cesaris in templo quam etiam
cogebat iudeos adorare pro deo. Et de hiis duabus
ymaginibus vel circa alteram ut dicit magister in hys-
toriis. non potest competere hic expositio que dicitur de signo
desolacionis. De prima non quia hoc iam factum erat
quando dominus dixit hec verba. De secunda etiam non. quia
hoc de biano futurum erat scilicet infra decem duos
et triginta duobus annis ab ascensione et ultima
que facta fuit per tytum et vespesianum. Ista illa
adhuc non fuit ista desolacio de qua hic dominus
intendit. Etiam tytus et vespesianus non tota-
liter inde eiecerunt iudeos sed remanebat adhuc
quedam vestigia et inde [illegible] latentes ubique re-
manserant iudei ad locum suum redibant. Licet de
iste scilicet tyto et vespesiano loquitur quod ymagines
suas posuit in templo. Postea vero centum triginta
ta annos multiplicatis iterum iudeis cum rebellarent
romanis adrianus imperator dictus elyus iudeos
subiugauit et expugnauit urbem quam ultimo restau-
rauit. Et tunc ad perpetuam rei memoriam statuam
sive ymagines posuit in sancta sanctorum ubi archa domini
stare consueuit et compellebat iudeos illam statu-
am adorare tamquam deum. Et hec est illa dete-
standa abhominacio de qua hic dominus loquitur et
de qua daniel prophetauit que fuit signum deso-
lacionis totalis et destructionis iudeorum que statim
secuta fuit. Nam quia recedente adriano iudei
illam abhominacionem ymaginis de illo loco sancto a-
mouerunt et confregerunt. Ob hoc adrianus indigna-
tus apposuit manum secundam et funditus euertit ur-
bem et templum ita quod non remansit lapis super
lapidem. Et eodem fecit imperator recipiens iudeos

remaneret intra illa vno nec vltra permisit hic
aliquam ciuitatem oppidum vel castrum et terram illam
nationes illas inhabitare fecit. Destructa ergo
funditus ciuitate Adrianus ibi iuxta edificauit
ciuitatem modicam quam nomine suo Eliam appellauit.
De hac ergo vltima desolatione est prophetia Danielis
scripta Daniel ix. In templo eius erit abhominacio
desolationis et vsque ad consummationem et finem vn-
di semper perseuerabit desolatio. Hominibus vrbis ex-
presse colligitur quod ista iudeorum desolatio et dis-
persio durabit vsque in finem mundi. Quod autem dominus in-
tendebat de ista desolatione magis attestatur Lucas
qui eodem loco hec verba domini commemorans dicit
Cum videritis circumdari ab exercitu Ierusalem tunc scitote quia
appropinquabit desolatio eius. Et subdit Et capti-
ui ducentur in omnes gentes. Et nota secundum Eusebium
quod propheta cum dicit Cum videritis innuit quod viuentibus
quibusdam eorum quibus loquebatur hec erant futura, sicut
vixerunt Johannes Symeon et Juda et quibusdam
aliis discipulis. Unde inter alios scripsit Johannes
vt non videretur de hiis que tempore suo facta sunt
prophetiam scribere qui post captionem Ierusalem vixit multo
tempore sicut dicit Eusebius in cronica. Et subdit Eusebius
Unde admiranda fuit virtus Christi et fortitudo
discipulorum qui talibus temporibus predicabant inter eos
quos iudaica impugnabant. De ipso de signo de-
solationis restat videre de tempore secundum adaptationem prophetie
hic Danielis ad quam dominus remittit cum dicit hec
dicta sunt a Daniele propheta subdens qui legit
intelligat. In quo verbo secundum Jeronimum ad misticam
intelligentiam prouocamur. Ad intelligentiam autem
huius debes scire quod scribitur Daniel ix. Cum
Daniel oraret pro liberatione populi sui rursum accepit
per angelum Gabrielem tales lxx ebdomades

abbreviate sunt super populum tuum et super urbem
sanctam tuam et consummetur prevaricatio et finem accipiat
et peccatum et deleatur iniquitas et adducatur iusti
cia sempiterna et impleatur visio et prophetia et
ungatur sanctus sanctorum / Scito ergo et animadverte ab ex
itu sermonis et iterum edificetur ierusalem usque ad xpm
ducem ebdomades vii et ebdomades lxx. sexa
ginta due erunt et rursum edificabitur pla
tea muri in angustia temporum et post ebdomades sexaginta
duas occidetur xpus et non erit eius populus qui
eum negaturus est et civitatem et sanctuarium dissi
pabit populus cum duce venturo et finis eius va
stitas et post finem belli statuta desolacio / Con
firmabit autem pactum multis ebdomada deficiet — una et in dimidia ebdomade
hostia et sacrificium. et tunc immediate sequitur
quod supra allegatum est / Et erit in templo abhomina
cio desolacionis et usque ad consummacionem et finem per
severabit desolacio. Hec ibi Circa quem hoc ubi
dicit accipi in glosa sic hos ubi xpm incarna
tum designat angelus qui lege prophetias conple
vit peccata tulit et iusticiam adduxit et unctus
est oleo leticie pre consortibus eius / et posuit ebdo
madas non dierum sed annorum / Et vii. hic sunt
ebdomades una / Abbreviatas vero sic dicit ut in
telligamus annos lunares qui breviores sunt
solaribus undecim diebus / Septuaginta vero
ebdomades annorum solarium faciunt annos qua
dringentos septuaginta quos / Lunarium vero
annorum faciunt quadringentos nonaginta / Est
ergo sensus quod ab exitu sermonis ut reedificetur
ierusalem usque ad xpm ducem fluxerunt anni luna
res quadringenti nonaginta / Primo autem numerus E
annorum illorum ad propositum non adequetur adap
tatur est sicut quod doctores diversimode ponunt
principium et finem predictarum ebdomadarum / Beda

cum incipit numerare a xx° anno regno regni Artax-
erxis in quo Neemias pincerna impetravit ab eo
ut restaurarentur muri Ierusalem et restituit eis in
multa angustia ab illa igitur augustia licen-
tia a rege accepta usque ad passionem Christi flux-
erunt anni lunares quadringenti nonaginta /
Et hanc summam annorum computat secundum annos Gre-
corum qui descendunt usque ad xviii annum Ti-
berii Cesaris / Affricanus autem ut refert Greg
dco hunc numerum consonat in principio sed in fine
discordat hic extendit enim lxx ebdomadas usque ad
quintumdecimum annum Tyberii in quo baptizatus
est Christus / Tertullianus vero inchoat ebdoma-
das a primo anno Darii in quo egressus est sermo
dei a Daniele per angelum ut iterum reedificarentur
muri Ierusalem et extendit eas usque ad captivita-
tem factam per Romanos / Et tunc post lxx ebdoma-
das perdita est civitate et sanctuarium dissipabit po-
pulus cum duce venturus / Hebrei vero ut dicit Ieronimus
incipiunt computare lxx ebdomadas a die qua angelus
Gabriel locutus est Danieli quo anno primo
Darii regis et ab illo die computant lxx ebdomadas
et tunc occiditur Christus / Et hoc mortuo Vespasianus
septem ebdomadibus id est annis xlix / Cuius adiu-
tinus superavit iudeos et urbem et templum
omnino subvertit / Circa quod ita diversimode in hac
materia locuntur doctores difficile est nobis ali-
quid certi diffinire / Nam istas ebdomadas lxx quidam
dicunt complevit incarnationem Christi ut dicit Apostolus in
hystoriis terminando vero ad passionem Christi ut Beda
terminando ad baptismum Christi ut Affricanus terminandum
vero extendunt eas usque ad Vespasianum ut
Tertullianus / Hebrei vero lxx ebdomadas ex-
tendunt usque ad Helium Adrianum et tunc compl3

ꝯdictis et hij mag̃ri videntur attendere ad propositum
nostrum q subducunt triginta tres annos de illis annis
qui fluxerunt a pec mortem xpi usque ad adrianum
vij ebdo. i. xl nouem annos ut dictum est / constat
autem q Cronicis q inter mortem xpi et tempus illud
quo adrianus imperauit fluxerunt an lxxxij°
et sic hoc ibi subtrahunt .xxxiij. annos / Sed
ipse sunt aliud modum computandi quam nos scilicet per
olympiades ut ait Jeronimus / Sic nichil determinat
sed relinquit arbitrio lectoris scilicet que velit
Augustinus autem ad hesicium dicat apertissime sic te
statur daniel prophetiam tunc fuisse completam quando
subuersa est urbs / Nam hoc intelligat de excisione
facta est sub vespesiano / non ultima que sub
adriano non respondet / Sed cum intellexit de ea que
sunt sub vespesiano tunc recte complentur lxx ebdo
madibus usque ad tempus illud vespesiani etc. appie
de computum et medium cum hebreis sicut sine ipse
discrepet ab eis quia ipsi contendunt usque ad
adrianum subtrahendo triginta tres annos ut
dictum est quasi si contendunt ad vespesianum tunc
idem cum augustinus / Sed si augustinus intellexit de excisione
que erat sub adriano tunc idem concordaret cum
hebreis in subductione triginta trium annorum
et sic hoc intelligendo de excisione que erat sub
vespesiano augustinus magis determinate attingit
completionem lxx ebdomadarum quam aliquis predictorum
doctorum / Sed queritur quare prophetie sunt ita obscure
ut vix ab eruditissimis etiam post facta possit
intelligi sicut de prophetia apparet / Ad hoc dici
potest quia non conuenit omnibus futura reuelare / unde deus
electis suis et adhuc in perfectis dicebat Act. 1°
iosse Non est vestrum scire tempora vel momenta etc. Et ait
xxiiij° de die autem illa nemo scit neque filius

hominum neque angelus sed solus pater. Unde quod
dominus hic discipulis futurum predixit hoc itaque
amisse dixit quod similiter fluxum spiritualis intelli-
gendo nemo potuit intelligere. Et hoc est quod ipse
addidit qui legit intelligat scilicet misterium quod
homines non omnes capiunt, quod tamen impossibile
est huius prophetie intellectum alias deus non remitteret
lectorem ad requirendam intelligentiam. Unde et
dicitur Danielis xii capitulo: Tu autem Daniel claude
sermones et signa librum usque ad tempus statutum;
pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia. Et post
sequitur: Et ego Daniel audivi et non intellexi.
Dixi domine mi quid erit post hec. Et ait vir indutus
lineis: Vade Daniel quia clausi sunt signatique
sunt sermones usque ad tempus prefinitum. Ubi Glosa:
Si hoc Daniel qui ... dixerit sermones ... licet autem illud
intelligere non sit impossibile, difficile tamen
est nisi spiritus sanctus dominus tribuit intellectum.
Quia dicitur ii Petri i: Omnis prophetia scripture propria inter-
pretatione non fit; non enim voluntate humana al-
lata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati lo-
cuti sunt sancti dei homines. Consequens ergo est quod
nonnisi revelante eodem spiritu possit intelligi. Et
hoc maxime verum est de prophetia non dum imple-
ta. Completas autem prophetias finale intelligit
qui veritatem pronunciata novit. Secundo salva-
B 20 tor dat evadendi periculi consilium: Tunc qui in
Iudea sunt etc. Tanta enim erit persecucio quod nemo
poterit resistere sed sola fuga remedium erit. Et
qua fuga tria docuit. Locum fuge: Tunc qui
in Iudea sunt fugiant ad montes, ut ibidem
contra romanorum protegantur ex certo. Secundo fu-
ge sollicitudinem: Et qui in tecto non descendat
tollere aliquid de domo sua, sed potius cuncta re-
linquens ne occupatus capiatur. Tertio fuge celeritatem

Et qui in agro non revertentur tollere tunicam suam
ut luca dicit. Et qui sunt in medio eius disce
dat et qui in regionibus non intrent in eam. Sup
ra memorate enim causa consuluit qui in regioni
bus fuerant ad civitatem fugere ut ibi tuerentur
sed non sic futurum erat romanis contra eam venien
tibus quia tunc tutius erat civitatem relinquere quam
in eam ingredi. Istud consilium secundum litteram completum
est cum imminet obsidio civitatis ut dicit in hy
storia ecclesiastica ad montem seu [illegible]. Omnes
[illegible] transeuntes iordanem venerunt ad appolo
ne civitatem que sub rege agrippa erat. Et l
contra obsidionem civitatis salvati sunt quia rex
agrippa erat confederatus romanis sicut predixerant
ysa. xvi. Absconde fugientes et vagos ne p
das. Habitabunt apud te profugi mei Moab esto la
tibulum eorum a facie vastatoris. Adhuc enim bat
tra ultra iordanem quibusdam sunt moabitarum
sicut patet Judith v. Sequitur. Ve autem pre
gnantibus et nutrientibus in illis diebus quando
videlicet ultima a romanis comprehendetur. Ve erit
pregnantibus et nutrientibus externa sicut dicit
Orig. Tunc non erit tempus miserendi sed nec
super pregnantes nec super lactantes nec super
infantes vel quod qui potius pregnantes uteros
romani scindent et nutritos in parietes illidant
ad petram. Aliter secundum Ieronimum. Ve erit pregnantibus
quia gravato utero fugere non poterunt. Ve nu
trientibus quia amore parvulis detenti capientur
sicut formica amore filiorum ligata sunt [illegible]
capitur. Deinde [illegible] dat aliud consilium quod
[illegible] quod est orationis suffragium. Orate autem
scilicet deum qui potest solus exaudire et a periculo
liberare ut psalmus xxxiii. Cum ignoramus quid

agere debeamus. Hoc solum habemus residuum, ut
oculos nostros dirigamus ad te. Ne fuga vestra
qua fugere oportebit ab impetu romanorum
fiet hyeme / quia tunc male potest homo fugere
V 2 fugam propter frigus / vel sabbato quia non licet illo die
ambulare nisi parum. Act. 1o Sabbati
habens iter i. mille passus. Racio patet primo
Machab. ubi gentes resistentibus intulerunt bellum
in diebus sabbatorum. qui non miserunt la-
pidem contra eos volentes polluere diem istum
Sed post ea hanc simplicitatem correxerunt dicentes
Si quis venerit adversus nos diebus sabbati pugnemus
adversus eum et non moriemur sicut perierunt
3o Racio salvator ostendit suum consilium esse necessarium
propter tribulacionis magnitudinem / Erit enim tunc
tribulacio magna qualis numquam fuit ab inicio
mundi usque modo neque fiet / Illa enim tribula-
cio qua ultimo iudei afflicti sunt. excessit
tribulacionem captivitatis babilonice. tunc
tempore antiochi / et tota adversancia. que anacio
nibus sustinuerunt / Qualis vero ista tribu- + de pressura
lacio dicitur luce xxi. Erit tribulacio magna
super terram et ira populo huic et cadent gladio
et captivi ducentur in omnes gentes et ierusalem
calcabitur a gentibus. donec impleantur tempora
nacionum. Cris. in omelia. Intoleranda inquit iudeos
unde tam intollerabilis ira divinitus venit
super eos omnibus que ante facta sunt difficilior
tione manifestum per crucem in manifestacione
Sed adhuc ostendit ipsos graviorem penam sub-
ire dignos in hoc quod addidit / Et nisi
abbreviati fuissent dies illi non fieret salva
omnis caro. Ac si diceret secundum Cris. Si amplius
durasset prelium romanorum adversus civitatem
nullus iudeorum possent [illegible] / Non enim romani

solus impugnabat eos qui sunt in iudea sed et
eos qui sunt dispersi persequebantur. Quod autem
dicitur dies abbreviati secundum augustinum ad hesychium
non sic intelligendum sicut quidam estimant
quod tunc dies cursu solis abbreviantur sicut tempore
Iosue prolongata fuit vel quia ebdomade dani
elis dies abbreviate sunt turbate. Sed sic
accipiendum est. Sicut enim in scriptura dicuntur
dies mali non quod dies ipsi mali sunt sed ea que
fiunt in eis, ita dies dicuntur breves quibus consola
tio donatur et longi qui in afflictione tollerantur.
Longi ergo dies breviabuntur quia mala que
primus patitur deo donante per tollerantiam minus
sentiuntur. Hec autem iudei dicunt quod propter predica
tionem et discipulos hec mala venerunt. Unde
secundum lucam: nisi illi breviati essent dies, ia
diati perissent. Unde subdit: Sed propter electos bre
viabuntur dies illi. Non enim debemus ambigere
ut dicit augustinus quod excisionem urbis fuisset illo
populo electi dei qui de circumcisione credide
runt. Sic fuerant credituri propter quos sunt
breviati dies illi, ut tollerabilia fierent. Hec
sufficiant de excisione urbis de qua compressio
vult passus ille etiam ut scribit lucas.
Prima tamen multa et sancti doctores eundem passum
exponunt de adventu antichristi et nos de ex
posicionibus illius sensum accedamus. Cum Sermo alius | Secundus sermo
videritis abhominationem etc. Expo
sita ista particula de desolatione spiritualiter
Ierusalem... restat eam nunc expo
nere de desolatione universali per totum orbem
futura que est tempore antichristi cuius adventus
erit signum consumationis mundi. Et secundum hoc per
abhominationem stantem in loco sancto intelliguntur

a

abhominacionem [videlicet] antexpistum que bene abhominacio
no dicitur propter iiii^or. Primo quia ex adulacio vastiang
Secundo quia dyabolus est cum ingressurus Job xx
xviii in gerediatur bestia latibulum et in antro
suo morabitur. Tercio tamen abhominabilis o-
peracionis quia sub specie sanctitatis abhominabi-
lia operabitur. Quarto quia ita erit homopaur
et dyabolicus tum divinum sibi usurpabit ho-
norem iuxta illud Tess. ii^b Revelabitur homo
iniquitatis filius perdicionis et qui adversatur et ex-
tollitur super omne quod dicitur deus et colitur
quasi deus quia in templo sedebit. hec abho-
minacio erit desolacionis. quia desolabitur eciam
devastabitur cultus vere religionis. et sacri-
ficium erit in ablacionem Josephus 1o cessavit sacrificium
et libacio in domo domini et lugebunt sacerdotes
et ministri dei. Sciendum autem quod nascetur antixpistus
in babilone de tribu dan. iuxta quod Jacob
Genesis xlix. dicit fiat dan coluber in via
cerastes in semita mordens etc. Et ad veniet
iherusalem circuidet se dicens iudeis Ego sum
xpistus vobis promissus tunc confluent ad eum
omnes iudei et reedificabunt templum aroma-
nis destructum. sedebit ibi dicens se esse
xpistum et deum. hec Glosa ii. Tess ii^b Unde
exponatur littera sic Cum videritis abhomina-
cionem id est antixpistum abhominabilem tamen superbie
qua se asseret deum desolacionis. quia tunc
est maxima desolacio. quando destruetur cultus
dei stantem in loco sancto a romanis destructo quem
iudei reedificabunt ut dictum est ad minus iuxta
id est ipsa persona antixpisti in templo predicta est ad minus
le Danielis xx. Qui legit prophetiam daniel
intelligat sic regnantem antexpistum consumacionem

mundi instare. Sed quidem quando ista abhominatio (~~desolatio~~) sit fu-
tura. Dicendum quod ad hoc nichil facit prophetia su-
pra dicta de lxx ebdomadibus quia ille ebdo-
mades iam dudum sunt complete ut dictum est
et ideo quia dominus remittit nos ad Danielem
oportet nos invenire aliquem locum in Daniele
scriptum ex quo ~~ex~~ trahatur propositum tempus antichristi.
Et quidem ad hoc plures laboraverunt varii varia
conicientes. Secundum enim ad hoc venitur Dani-
elem xii. ubi postquam angelus in capitulo precedenti
multa miracula Danieli de antichristo revelaverat
et Daniele querente usque quo finis horum mirabilium
responsum accepit quod in tempus et tempora et dimidium
temporis. Et quia hoc responsum obscurum erat ex-
posuit angelus per causa idem per alia verba dicens
A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium et
libacio in desolacione dies mille et cc lxxxx.
Iste numerus in puncto reddet tres annos et dimidi-
um et ultra hoc undecim dies. Hanc prophetiam
isti ad propositum adaptare conantes diem intelli-
gunt pro anno. Sic quod concludunt quod antichristus veniet
post mille ducentos nonaginta annos ab illo tempore
quo ablatum fuit iuge sacrificium quod fuit tempore
Vespasiani et Tyti vel secundum alios tempore Adriani.
Si igitur a Tyto et Vespasiano incipiunt computare
fuerunt post nativitatem Christi anno domini m° ccc lxx
vi° qui est annus quo ego ea iam scribo non-
dum per deum currunt adhuc aliqui de antichristo pro-
ximi. Si vero computat a tempore Adriani que fuit a
nativitate domini C xvi. restabunt adhuc anni
xxxiiii. vel circiter quia tot anni fluxerunt inter
mortem Vespasiani et imperium Adriani. Sed ista de-
terminatione fallitur quia tempus positum in prophetia non
debet intelligi fluere ab ablatione iugis sacri-
ficii et positione abhominationis simul sed ideo

quod fuit xlii° a
vel post passionem

Cuius terminus a quo usque ad pacem summam ecclesie
fluent ille 1290 dies. Que talis dies hoc est summe
da pro primo incipit illa prophetia intelligi de tempore adventus
antichristi sed de tempore quo regnabit antichristus quod erit
a tempore quo ablatum fuit iuge sacrificium i. diminu-
tio cultus catholice ecclesie. Et posita fuit desolacio
abhominationis i. cum venit antichristus abhominabi-
lis qui iuge sacrificium ecclesie et cultum dei tollet
cogens homines iudaizare et circumcidi et sabba-
tizare. Et tunc transibunt dies 1290 quia tanto
tempore regnabit antichristus scilicet tribus annis cum dimi-
dio quibus peractis morietur antichristus quem dominus Jesus
interficiet spiritu oris sui ut dicitur ij thess ij°
Et tunc erit summa pax in ecclesia per xlv dies qui
concedentur electis penitentia. Et de hoc tempore pacis est
intelligendum est illud Apoc viij° In apertione sigilli
unde in libro factum est silencium in celo quasi me-
dia hora pro qua ista xlv dies signantur. Completis
hiis diebus erit finis mundi et dominus veniet ad
iudicium sed quando vel qua hora penitus ignoratur
ut dicit Glosa ij thess ij° super illo verbo iam
allegato quem interficiet dominus spiritu oris sui. Sunt
quidam qui ista prophetia producta licet loquatur de antichristo
de tempore adventus sui non facit ad propositum ut
est dictum. Alii ad hoc adducunt illud Danie-
lis viij° Audivi usque quo visiones et iuge
sacrificium et peccatum desolacionis que facta est
et sanctuarium. Et respondit usque ad vesperam
et mane dies duo milia trecenti 2300 et
mundabitur sanctuarium et per hoc volunt habere quod
quando antichristus venit finis seculi mundi erit ij° cent-
quinquaginta v anni dicunt quod illud tempus quod
paruit hic in prophetia inchoat a die revelata
prophetie a quo tempore dicunt usque ad christum

fluxisse nongentos annos quibus si superad-
dantur 1800 itaque annos bismillesimus trecen-
tesimus vincularie istius prophetie erit 1800 a
domini incarnatione et tali tempore dicit antixpm
esse venturum quod satis concordat ad priori opini-
one de tempore adriani. Sed hec deductio videtur
falsa quia prophetia premissa fuit sub balthasar
principe nabuchodonosor cui successit darius
primo anno cyri a quo usque ad xpm non fluxerunt
nisi 779 ut dicit Josephus et affricanus quibus
si addiderimus mille quadringentos quos ipsi po-
nunt debere defluere a nativitate xpi usque ad fi-
nem mundi habemus 7979 et sic deficit illud
tempus a tempore dato in prophetia a anno 2X. Arguitur si
hec prophetia de fine mundi et de antixpo debet in-
telligi non implebitur nisi anno a nativitate domini
77XI quod annus bis millesimus septuagesimus
quadragesimus post nativitatem cum prophetia illa usque
ad xpm fluxerunt solum anni 779 ut dictum est
itaque et dictum illud falsum esse. Sed aptius ut
sic dicunt hec prophetia intelligitur ut etiam patet ex
littera sequenti de prophanatione templi facta ab anti-
ocho de quo queritur ibi prophetia quamdiu debeat istam
vari. Et respondetur quod de mane usque ad vesperam id est
a principio illius desolationis usque ad finem eius
duo millia trecenti scilicet dies annorum et dies.
Isti autem dies ascendunt ad annos sex et men-
ses duos quinque et dies 20 quod tempus flu-
xisse patet usque ad purificationem templi factam
per iudam machabeum devictis ducibus regis an-
tiochi quos miserat in iudeam. Alii volunt
antixpi incentivi tempus a post xii° de multis

que fugit in solitudinem et per illud c° xx° de
angelo apprehendente serpentem scilicet ipsius sunt sunt
ita obscure et implicite dicta glosatur sicut alic
net sz in proposito meo quia hic dictus non remit
tit ad apoc. Ioh. sed ad ipsarum amicus/
Sunt et alii Ioachim abbas qui conversus est de
vetuare dexit tempore antichristi et de aliis fratrum
pietates et statu mundi secundum concordantiam que
tuendum utriusque testamenti, sed licet in textu sunt
dicunt satis subtiliter non tamen infallibiliter
quia ipse fere in multis fefellerunt sicut
patet in ipsis/ Cum fuerint anni post partum virgi
nis alme in festum ... mille ducenti et decies
deni tunc antichristus nascetur demone plenus
hoc sichanes Ioachim predixit in anno. Quo tur-
soldanus statim sibi subdidit urbem/ Sed hoc
multum fallit quia ultra tempus propter praegnia
tum iam fuerimus. Et iam unde dico sicut
prius quod illud tempus quo veniet antichristus ne
mo estimare scire potest ex ipsis nisi cui hoc
fuit divinitus revelatum/ Sed contra hoc Ioachi-
myli sic dicit Ita nunc erunt illi quibus dictum
est vestrum non est nosse tempora vel momenta. Sed quid
illis proderat hoc scire nisi ad aliquid fac-
nobis aut quibus dictum est Cum videritis hec
omnia fieri scitote quod prope est in ianuis/ nobis
nunquam qui videmus non apostolis quia non viderent
nec ad aliquam vanitatem datum est nobis hoc per
pendere posse non tamen sermonibus et ad scruta
nda voluntas. sed tamen licet credentibus et ad
hominem tendentibus ... nota illius pro
Christi metuentibus tempore sicut diximus/ Et aut
dicat Ioachim quod nobis credentibus et ad hom

benedictibus vere actore et vere gentibus re-
velatio sit non distinxit qui non meruit. propterea
illud quod datum est non fuit solum tempore suo sicut
fuit tempore secundi imperatoris fratrum scilicet anno domini mo cco
lxo vo agno atque claruerunt plus quam ducenti
anni nec adhuc videmus signa aliqua nisi mali-
quibus effectibus malis qualia fuerunt ab initio
mundi et apparuerunt temporibus apostolorum. Unde Paulus
apostolus ubi supra loquens de adventu antichristi dicit
Nam misterium iam operatur iniquitatis. Et licet captio
urbis que fuit tempore Joachim videtur unum de signis
antichristi adventus que tunc fuit ablatio iugis
sacrificii in loco illo sancto adhuc tamen cultus dei
vivus remanet per totam etiam nec aliqua signa
adhuc notabiliter apparent. Iste autem ablationis
iugis sacrificii secundum premissa non durabit regnum
antichristi nisi tribus annis cum dimidio. Sed a captione
illa urbis transierunt iam plures quam ducenti anni
quia illa captio urbis et prophanatio temp-
li non est adhuc illa abhominacio desolacionis
de qua dominus hic loquitur. Hec de tempore adventus
antichristi [illegible] legenti dicta sufficiant. Quod
autem veritas ita habet et quod divinum sit deo
committamus. Certum ut dicit Augustinus xx de civi-
tate dei. Cessat ergo omnis humana calculacio
quam diem illam novissimam penitus deus vo-
luit hominibus esse ignotum et que apostolis in-
terrogantibus prohibuit dicens Non est vestrum nosse tempora vel
momenta. Nemo putat se investigaturum
hec Augustinus. Sed circa verbum Cum videritis
occurrit hec dubitacio quia non intellecti dicta sa-
ut predictum est in alia expositione victuri essent
excidium destructionis urbis ac per hoc cognovisse
dicebat dominus Cum videritis [illegible] autem per illa

opposicionem de antichristo. quo hoc recte dici potest. cum
intellectus apostolorum ante multa tempora vixit. Ad
hoc dici potest secundum utramque exposicionem quod dominus
illis verbis non solum alloquebatur discipulos
presentes singulariter sed generaliter omnibus
fidelibus loquitur in isto tempore futuris. Sequitur
Tunc scilicet in adventu antichristi. qui in iudea sunt
fugiant quia iudei eum primitus suscipient.
et ibi maior erit persecutio post colapsionem antichristi
provinciam fugiat indigna. ad montes i. ad loca
secreta et deserta ubi latitare possint. vel
vel ad montes i. ad maiores qui sunt in terra
ps. levavi oculos meos in montes. Hec hilarius
Iudea deseri monet et transfugi in montes ne
admixtione plebis illius que credit in antichristum
est antichristo vel aut contagio afferatur. Et qui in
tecto i. eminencia perfectionis non descendat tollere
aliquid de domo sua per cupiditatem rerum temporalium
secundum que quibus est sepe perfecti erant. aculum
ne perferendis. Et qui in agro sunt labora-
tes in fructu bonorum operum quantum ad activos
non revertantur tollere tunicam suam. i. non rede-
ant ad occupaciones seculi postquam se impliciti
sunt ad occupaciones seculi postquam se implicuerunt
tes per que tunica mea. Cant. v. expoliavi
me tunica mea quo induar. Hec hilarius
passionis in operacione precepti non ad curas pristinas
redeat. ob quas veteris peccaminis spolijs
anima contegebat. erat tunica velut hymi
buit. quantum ad hec duo predicta dicat augustinus
ad heletum in tribulacionibus cavendum est
ne quis spiritualis de excelsis ad carnalem vitam de spirituali
sublimitate descendat. aut qui profecerat in
anteriora se extendens deficiendo in posteriora
respiciat. Ve pregnantibus et nutrientibus in illis

diebus. Quod non de pregnantibus feminis est i-
telligendum secundum hylarium sed de gravantibus omnibus
peccatorum et nutrientibus ipsa peccata. Et illi dicuntur
pregnantes qui fetum mali propositi ceperunt. Nutrien-
tes vero illi qui peccatum mali operis nutriunt atque
fovent. Vel secundum augustinum pregnantes sunt avari qui
aliena concupiscunt et spem habent adipiscendi. Sic
mulier pregnans spiritualis plena est. Nutrientes vero
sunt illi qui quos cupiebant possident qui pos-
sessa nutrire dicuntur dum ea detinent colunt et
adaugent. Et ideo erit ve illis erit quia ad fugi-
endum anxii inertes sunt quia nec peccatum fugere
nec neque cibum verbi panis accipiunt. Orate autem
ut non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Per
hyemem intelligitur habundancia iniquitatis. Matthei
quia ubi habundat iniquitas refrigescet caritas.
Per sabbatum torpor et ocium a bonis operibus. Tren.
Viderunt hostes deriserunt sabbata eius. Est ergo sensus
secundum hylarium Orate ne in peccatorum frigore et in
bonorum ocio reperiamini. Quia utrumque multum impe-
dit hominem a fuga a diabolo. Ymo in magis fit
compulsione sibi. Quare apostolus monet omne
spiritus hominem subiungit. Erit enim tribulacio ma-
gna qualis non fuit ab inicio mundi usque modo.
Licet enim alie persecuciones sunt particulares haec
enim erit universalis quo ad loca et quo ad sub-
iecta quia animas et corpora ponet in periculo. Vel si-
cut dicit Rabanus ideo sollicitur tormenta sanctis inferentur
ut hactenus sunt illata. Et quod plus est signa
et mirabilia eos qui inferunt comitantur. Et sic
qui mala inferunt videbuntur sancti et qui mala
sustinebunt videbuntur prophani. Neque fiet dan-
pnum. Et veniet tempus quale non fuit ex quo
gentes fuerunt esse ceperunt usque ad tempus illud

Et nisi abbreviati fuissent dies illi. sc. ad
1290 Dan. xii qui faciunt tres annos et dimi-
dio quibus patebit imperium sicut dicit Aug.
20. de civi. dei c. 8. Apoc. ponit tempus
predicationis sue mensibus et qui et faciunt
tres annos cum dimidio quod tempus intelligit
Daniel xii per tempus et tempora et dimidium temporis
et figuratur in Iac. v. ubi ait Helyas pro-
oravit pluvia ne esset super terram et oravit ut non plu-
et non pluit mensibus annis tribus et men-
sibus sex. Et dicit Glosa ultio accidit precantis
hic ubi pluvia omnis consolationis divine
claudetur fidelibus non fiet salva omnis caro
demensus est omnis caro non fieret salva i. nullus
homo fieret salvus. si esset longior predicta deso-
lationis tempus ab omnibus desolationis tempus et
bus persecutionibus simul adveniat quibus resiste-
re persecutiones i. fluctus hereticorum tyrannorum et
malorum christianorum simul hic aggregabunt. Ps.
omnes fluctus tuos induxisti super me. Et
alibi in Ps. omnes fluctus tuos induxisti super
me. Sed propter electos breviabuntur dies illi sc.
[illegible] vel dicta sc. per tempus et tempora et dimidium
temporis Apoc. xii. Et non tempore alia est invalue-
re etiam acto quia fiat fuerunt i. annis. Rabanus
Talis tribulatio erit tunc in tantum electos domini
et omnibus velut cribro conquassantibus pal-
leis sequestratis solum frumentum in horreis domini
remaneat colligendum. | Secunda pars huius 226

c. ype

Tunc si quis vobis dixerit Ecce hic est Christus
aut illic nolite credere. Surgent enim
pseudochristi et pseudoprophete et dabunt
signa magna et prodigia ut in errorem
inducantur si fieri potest et electi. Ecce pre-

dicitur vobis Ergo si dixerint vobis Ecce in deser-
to est nolite exire Ecce in penetrabilibus no-
lite credere Sicut enim fulgur exit ab orien-
te et paret usque ad occidentem Ita erit adven-
tus filii hominis Ubicumque fuerit corpus congregabuntur
et aquile / Secunda pars in qua specialiter agitur de
adventu antichristi et eius perversitate et seductione
licet enim particula precedens que specialiter loquitur
de destructione urbis Iherusalem etiam facio appona-
tur antichristo. Et ostenditur hic multiplicatus et vehe-
mentia seductionis / Circa multi discipuli
antichristi venient ad seducendum populum dicendo quod
iste sit verus deus in lege et prophetis promissus
et ibi. deus hoc predicit ne fideles tunc decipi-
antur. Et secundum Crisostomum dicit dominus discipulis non
solum illis utilia ad discendum et scribendum sed
et nobis et omnibus qui post nos venient / Dicit
ergo tunc ubi i. tempore antichristi. Si quis vobis dixerit
hic est Christus aut illic nolite credere ii. thess
ii° Obsecro vos ne cito moveamini a vestro sen-
su Et assignat causam quare non debeamus
credere / Surgent enim pseudo christi et pseudo
prophete i. falsi christi / Et est hic christi pluralis
tamen in casu Et pseudo prophete / Dicitur at
pseudo grece latine falsus vel deceptor et
est genus omnis et indeclinabile Et dabunt
signa magna / que scilicet aliquid fuerint nuncii et
prodigia quia aliquid portendit i. manifes-
tant de futuris quamvis demonum multa
miracula possunt fieri quod permittit deo. Unde
Gregorius xv moralium / Antichristus coram carnalium
oculis miranda prodigia faciet per que tunc
homines trahet circa qui bonis partibus de-

deberent potestate illius ubi scilicet veritate subici
erunt ¶ Unde sequitur ut in errorem inducantur si
fieri potest etiam electi ¶ Hoc dicit quia licet pre-
destinatio sit certa non tamen tollit libertatem
arbitrii. Certa autem propterea predestinatus potest condemp-
nari in sensu diviso vera est ¶ Sicut diffusius
dicitur primo sentenciarum capitulo dicit quod primo ille ex
aggressor hortatus est et plus quam sunt quam
sit ¶ Non dixit ut in errorem inducantur electi
sed dixit si fieri potest ¶ In quo vult ostendere quod primo
nos hereticos sed frequenter sunt hic persuasiones ut
possint quedam corda etiam sapientum commovere
sed non deliberare Augustinus autem et Albertus dicunt quod
dominus loquitur hic de electis non per predestinacionem
sed secundum humanam estimacionem ¶ Sed dicta domini [illegible]
bene possumus dicere quod hic exponendum est si prius
ut sit sensus Si fieri potest id est fieri non potest Unde
Gregorius super Ezechielem omelia xo dicit quod electi temp-
tari possunt sed cadere finaliter nequaquam possunt ¶ Ecce
predixi vobis quia dicit ad hoc ista predico vobis
ut cauti sitis ¶ Virtute quia iacula minus fe-
riunt que previdentur ut dicit Gregorius
Si ergo dixerint vobis ¶ promissi presendo prophete
Ecce in deserto supple vestus tamquam religiosus
in deserto commorans Nolite exire ut illis credatis
et eos imitemini in sua falsitate ¶ Vel nolite
exire videre eum ut non seducamini Ecce in
penetralibus id est in absconditis et abditis
locis Nolite credere Certa non erit adeo in
sus sed veniet promissus secundum Augustinum ¶ Sequitur
B ¶ Sicut enim fulgur ¶ Ubi reddit racionem iam dicta
certa eius dicebat Nolite credere mencienti-
bus sed nobis dicens quod hic sit vel illic id est locis
occultis ostendit quod non oporteat eum querere in

lucas occulto et xiiia li. v° post adventum suo
apparuit in primo angelis singulis orbis terra-
rum nullo sciente a principio. Unde secundo tamen
adventum suo non ita occulte sed manifeste ve-
niet. Unde non indigebit ut aliquis adventum
eius annunciet secundum Crisostomum dicit g(lo)b. Sicut ful-
gur exit ab oriente et paret usque ad occiden-
tem oculis scilicet omnium manifestum Ita erit adven-
tus filii hominis ad iudicium omnibus quia ipse deus
manifeste veniet. Sequitur Ubicumque fuerit
corpus ad huius textus intelligencia est scien-
dum quod sicut dicit luc. xvii° quod ad aliud trac-
taret de eadem materia inter alia dicit sic ut
fulgur coruscans sub celo in eo quod est sub
celo sibi fulget Ita erit filius hominis in die
illa Deinde interrogantibus discipulis ubi domine
dixit eis illud verbum ubi fuerit corpus illuc
congregabuntur et aquile. Sicut enim prius
instruxerat eos de modo adventus sui quia ma-
nifeste veniet sicut fulgur. Nunc in illo verbo
instruit eos de loco in quo futurum est dicit g(lossa)
Ubicumque fuerit corpus scilicet id est corpus in humanitate
iudicaturus in forma gloriosa Illic congregabuntur
et aquile id est sancti occurrentes Christo obviam ve-
nientes ad iudicium. I thess. iiii°. Sed non dicit
aperte de loco ubi futurum sit iudicium. Verumtamen
locus manifestus erit et publicus Et quia ibi
congregabuntur et aquile per quas sancti intel-
liguntur scilicet quibus iuventus renovata est ut
aquile et qui assument pennas volabunt nec
deficient locus autem iste congregationis sanctorum
Christo occurrencium erit ubi Christus erit corporaliter
scilicet in valle Josaphat secundum sanctos qui est locus
publicus et famosissimus propter opera nostre

redempcionis que ibi gesta sunt vel in aere
super locum ubi xpus ascendit. Tercia quia ad-
uentus xpi erit ita publicus et manifestus
quantum ad locum et quantum ad modum, ideo ipse non
indiget preconijs et nuncijs talibus qui nos
citarent dicentibus Ecce hic vel illic est
xpus ergo talibus nolite credere etc

2.3. pars Statim autem post tribulacionem Tercia pars
dierum illorum sol obscurabitur et luna non
dabit lumen suum et stelle cadent de
celo et virtutes celorum movebuntur. Et tunc ap-
parebit signum filij hominis in celo et plangent
se omnes tribus terre Et videbunt filium hominis
venientem in nubibus celi cum virtute magna
et maiestate et mittet angelos suos cum
tuba et voce magna et congregabunt electos
a quatuor ventis a summis celorum usque ad terminos
eorum Ab arbore autem fici discite parabolam Cum
iam ramus eius tener fuerit et folia eius na-
ta scitis quia prope est estas Ita et vos cum
videritis hec omnia scitote quia prope est
in ianuis Amen dico vobis quia non preteribit
generacio hec donec omnia fiant. Celum et
terra transibunt verba autem mea non transibunt

Tercia pars in qua agitur de adventu xpi ad iu-
dicium et mundi consummacione. Postquam enim dominus
premunivit fideles contra seductionem antixpi
et ministrorum eius ostendens se manifeste ven-
turum hunc ordinem et modum primi adventus
demonstrat Et duo facit Primo describit signa
precedencia iudicium que sunt quatuor scilicet solis
obscuracio lune tenebracio stellarum ab scen-
sio et virtutum celorum commocio Dicit ergo Sta-
tim autem post tribulacionem dierum illorum videlicet

abhominationis antixpi et predicationes pseudo
prophetarum Quod autem dicit Statim sic intelligen-
dum est quod non statim immediate sed quod brevi post
tempore Quia ut dicunt doctores et sancti post tribu-
lationem antixpi antequam appareant manifesta signa
iudicii erit tempus breve in quo poterunt electi &
decepti per antixpum penitere ut patet Apocalipsis viii° Et factum
est silencium in celo quasi media hora Illud enim tem-
pus non durabit ut dicunt doctores nisi xlv dies
vel circiter ut dictum est Et hoc est quod hic dicitur
Statim autem post tribulationem dierum illorum id est parvo
tempore elapso post tribulationem apparebunt mani-
festa signa propinqui iudicii Et hoc est quod
subditur Sol obscurabitur non privacione sui lu-
minis cum sit eternale Corpora enim celestia manebunt
tunc in sua materia integra sed ista obscuri-
tas erit respectu nostri per interpositionem alicuius corpo-
ris oppaci quemadmodum fit in eclipsi Et luna non
dabit lumen suum Quod potest dupliciter intelligi
uno modo quia erit interposita nubes densa inter ea que
solem et post lunam que erit ad usus terram ob-
scurabit cum non habeat lumen nisi a sole Alio modo
per interpositionem nubium obscurabitur Et stelle ca-
dent de celo Non quantum ad earum substanciam
cum sint incorruptibiles sed secundum apparenciam
quia tunc stelle abscondentur nubium densita-
te et de nubibus ad usque terram descendunt
exalationes ignite que dicuntur stelle caden-
tes Et virtutes celorum movebuntur Virtutes
hic accipiuntur hic angeli qui sunt medio tem-
pore ordine virtutes scilicet ad quorum officium spectat
operari aliqua miracula sicut quod dicit
beatus Dionisius Et tunc frequencius ipsi move-
buntur Solito ex divina voluntate ad faciendum

f moti boni & re- | nebunt in iudicii | mora videlicet in pe- | ccatorum more | potente obedientem | in corpore quod ad iudicium | pertinet sibi et coelum | celi est ... & permanet | usque veram ...

miraculosas discontinuaciones in elementis ad
terrendum homines tempore iudicii venientis
Secundo describit iudicis adventum ibi Tunc
immediate post signa predicta apparebit signum
filii hominis in celo i. in aere Et crux clavi
lancea que sunt passionis signa vel instru
menta vel aliter signa i. cicatrices que
apparebunt quasi in corpore xpi et ipsa appa
rebunt in aere Et tunc plangent se omnes
tribus terre i. aliqui de omnibus tribubus et
nacione aliqui mali quibus adventus iu
dicis erit terribilis Et videbunt filium hominis
quia sicut deus est in forma humana iudicabit
venientem in nubibus celi sicut in nube asce
dit in celum ab apostolis ut dicitur Act 1o hic
ihesus qui assumptus est a vobis in celum sic ve
niet Cum virtute multa quia primus adven
tus fuit in infirmitate Secundus erit in virtute Et
maiestate quia deus ut deus. quia in primo
venit ut famulus Et mittet angelos suos
quia ministerio angelorum colligentur omnes
mortui Cum tuba Sicut enim in dacione legis
auditi sunt horribiles sonitus ut dicitur Exo. xix
ita audietur tunc sonus horribilis et consimiliter
angelorum virtute factus in elementis Et voce magna
qua ista vox erit vox xpi vocantis mor
tuos ad iudicium. vel electi specialiter adducentur
ministerio angelorum quia sunt omnes corpora a
quatuor ventis celi i. quatuor partibus
mundi. unde dicuntur iiij or principales venti
Et per hec intelliguntur alie partes orbis minus
principales A summis celorum usque ad terminos eorum
Iste modus loquendi est secundum apparenciam extra
summum celi videtur esse super verticem capitis
viri Terminus autem celi videtur ubi terminatur

aspectus quia ibi videtur aliud iungi hec / sicut
ergo veritatem equaliter distat circa undique
Est ergo sensus Ab summis celorum, id est ab omni loco
qui sublatus est adducentur electi ad iudicium
Deinde nos docet cognoscere ea que dicta sunt
per similitudinem parabolicam dicens Ab arbore autem fi-
ci discite parabolam, id est similitudinem ad propositum
congruam Cum iam ramus eius tener fuerit et
folia nata, sicut in vere contingit / Scitis quia
prope est estas quia talia accidunt sole ascen-
dente ad signa septentrionalia per que ascen-
sum causatur estas Ita et vos cum videritis hec
omnia fieri Scitote quia prope est Christus veniens
ad iudicium in ianuis, qui in ianuis est propinquus
est domui primo ingressui idem in domo / Nota quod
ponitur solum exemplum de arbore fici et non de aliis
arboribus / Cuius ratio potest esse primo quia ficus
post omnes arbores virat, id est in vere viret et
vestitur foliis Et sic magis estati continuo
appropinquat non tamen immediate quia post ea alique
arbores florent et immediate estati iniciant
Eodem modo predicta signa que omnia completa fuerint
omnino de vicino non tamen immediate aduen-
tum consummationis mundi docent Hebr. x°. Ad-
huc enim modicum quantulumque qui venturus est
veniet et non tardabit / Secunda quia sicut in
se habet ficus quo ardore et pruritu exspectat
ita in sanctis et electis est ardor et vehemens
desiderium ad vitam futuram Et ideo dicit electis
his signis visis desiderium completum est in proximo
Iacobi v. Confirmate corda vestra / Tercia quia sic
multitudinem granorum sine distinctione sub
una cortice continet Ita multorum fidelium con-
gregatio sine distinctione unum sit in fide Christi
Ultimo confirmat dominus premissa asserere iuratoria

dns. Amen i. vere dico vobis quia non preteribit
generatio hec i. congregatio fidelium scz etiam in
ultima etate mundi est dicente apostolo i
Cor. x Nos sumus in quos fines seculorum deve-
nerunt quia habituri fideles opprimantur tempore
antichristi tamen aliqui permanebunt in fide stabiles
usque ad finem mundi. Et hoc est quod addit
donec omnia fiant quasi diceret non dico vobis
tempus determinatum adventus mei. sed dico vobis
[illegible] unum quod ex signis precedentibus fu-
turum me cognoscetis adesse / aliter quod generatio
vere temporibus que usque in fine seculi duratura
est hec omnia complebuntur. Tertio quo ad se
sufficiat in generali dominus diem adventus sui no-
bis magis manifestavit notitia magis de-
terminatam sibi reservans quod ideo dicit statim in
fine huius capituli De die illa et hora nemo scit
sed determinate. Creditur tamen quod nocte resurrec-
tionis dominice erit resurrectio generalis scz in nocte
pasche quod ideo in primitiva ecclesia ut dicit Jeronimus fide-
les tota illa nocte vigilabant quasi iudicem
expectantes iuxta illud Mt. xxv. Media autem
nocte clamor factus est. Ecce autem anno quis
ille venturus sit penitus ignoramus ut dictum
est. Et sic cottidie vivamus quasi de illa sumus
[illegible] omnia quasi efficienti firma concludit. De
Celum et terra transibunt non quod corrumpantur sed
suam formam. sed cessabit motus celi et transmuta-
tio in elementis. Ista enim ordinata sunt ad
complendum numerum electorum quo ideo ipso completo in iudicio
cessabunt ista que sunt ad finem. Habito fine
cessabunt / verba autem mea non transibunt. sine
preteribunt quin compleantur [illegible] secundum Jeronimum in
finalibus est fixa et immobilia [illegible] quia

sermonum aliquid decidet. Cum enim assignat spēla
tinis celum et terra coequatione sue creacionis ni
chil sunt inse necessitatis ut non sint. Verba autem xpi
ab eternitate contra illud inse continet necesse ut
maneat. De hac materia plura habes supra in 1º dominica
prime dominice adventus Erunt signa in sole et
luna etc.

Sub sermo primus

Cum videritis abhominacionem etc. Math. xxiiiiº. ub' s'mo 19

28 Verba ista licet ad litteram dicta sint de desola
cione urbis ierusalem et templi, et uno sensu
vel etiam de persecutione antixpi secundum aliud sensum, con
sistit tamen ad moralitatem trahendo convenienter
exponi possunt de abhominatione desolationis anime que
fit per peccatum. Ad cuius evidenciam est sciendum quod
quia peccatum mortale deformat animam et ponit eam
contra nomen hominis ut patebit, ideo per abhomi
nacionem desolationis recte intelligere possumus ab
hominabilem animam peccato deformatam. Item quia peccatum
est subiective in anima. Anima autem debet esse
templum dei secundum apostolum, ideo convenienter dicitur
ydolum abhominacionis stare in loco sancto, id est peccatum.
Rursus quia non omnes vident neque intelligunt
magnitudinem peccatorum, ideo vale est homini si
dicitur et legere illi, scilicet ut defectus suos intelligat
et cognitos emendet. Et sic sensum in verbis
premissis salvator summa facie dicto suo sermo
instruit nos que et quanta mala operatur peccatum in
anima. Unde dicit Cum videritis abhominacionem
desolationis, qui legit intelligat. Secundo docet nos
quibus cautelis et remediis contra peccatum uti de
beamus. Unde subiungit Tunc qui in Iudea sunt
fugiant [illegible]. Circa primum sciendum R
quod peccatum mortale quinque mala facit nobis in
anima. Primum est quia mentis oculos obtenebrat

et obfuscat. Ex quo notatur in eo quod dicit abhominacionem. Secundum est quod hominem nobilitate divine ymaginis privat. Quod notatur in eo quod dicit abhominacionem. Tercium est quod gratia desolat. Quod tangit in eo quod dicit desolacionis. Quartum est quod anima iudicio dei semper stat. Quod innuitur in eo quod dixit dicta est a daniele propheta. Quintum est quod templum dei inquinat quod notatur in eo quod subdit stantem in loco sancto. Primo igitur peccatum oculos obfuscat et obtenebrat. Psalmus. Obscurentur oculi eorum ne videant. Plerosque peccator vel consuetudine peccandi vel obstinacione mentis. vel vel ex ob temptacione dyaboli peccatum suum non videt quia videre non volo. nec peccatum reputat peccatum. Unde Gregorius in prima parte omeliarum. Cum in gravium peccato inferior homo labitur. suadet ei dyabolus ne peniteat vel ne consideret peccatum leve et modicum in corde reputat et affirmat misericordiam predicat. longum spacium vite promittit promittit peccato ut sic in contemptum dei et desperacionem suam inducat et perdat. Hec Gregorius. Ut ergo peccator visum recipiat peccatum est ei collirium gracie dei. Preter virtutem eius in peccatum potest. sed per se resurgere non potest sine adiutorio dei. Apocalypsis iii. Collirio unge oculos tuos ut videas. Sed notandum quod collirium non statim ita perfecte sanat ut clare videre quamvis omnia sed successive iuvat. Sic gratia dei preveniens que non est spiritualis domus, sed quidam amor dei. quod per collirium intelligitur. quo mentis oculos ungit et tamen sanat. ut peccatum suum videat et cognoscat non tamen prima facie perfecte sed quasi sub nebula et in grosso et

et deinde paulatim per gradus illustrat ut clare
videant Et hunc gradualem processum sanandi men-
tis oculos designavit dominus in illo ceco nato si-
bi oblato de quo legitur Marci viij° Primo dominus in-
positis manibus exspuit in oculis eius et tunc
interrogavit eum si aliquid videret Video vi-
deo homines velud arbores ambulantes Deinde
iterum dominus imposuit manum super oculos eius et
tunc clamavit videre omnia Per hunc cecum in-
telligitur peccator ita obtenebratus per peccata quod
defectus suos non videt quem dominus paulatim sa-
nat Primo imperfecte et postmodum perfecte Primo enim
tangens eum in oculos eos exspuit quod fit
secundum Bedam quando dominus afflatu sui spiritus simul ad
visum dei mentem illuminat Sputum enim de capite
influit in os et ad flatum emittitur quod si-
gnificat gratiam dei prevenientem que semper dum verbi
dei spiramine ore predicatoris in oculos peccatoris
anime exspuit quo mens sanatur ut saltem
in grosso peccatum videat quod primitus non videbat
Unde iste cecus primo vidit homines tamquam
arbores ambulantes non enim ut dicit Beda
distinguebat lineamenta humanorum corporum vi-
debat tamen obscure corpora et moveri de
loco ad locum Sic peccator sputo divine gratie
prevenientis quasi collirio tangitur et linitur
tunc incipit videre sua peccata sed adhuc indistincte Secun-
do scilicet dominus manum gratie specialis super mentis
oculos imposuit tunc clare et distincte omnes
suos defectus videbit Dubitaret autem hic
aliquis de duobus Primo de eo quod dictum est
scilicet quod homo peccatum ita obscurat quod peccatum suum
non videt quomodo hoc sit verum cum videmus plu-
res peccatores [illegible] multum intelligentes qui

in lumine intellectus naturali optime sciunt discernere
inter bonum et malum. licet secundum hoc non operentur.
Unde et Augustinus qui olim fuit illius opinionis
hoc retractavit primo libro retractationum qui sic
dicit. Non approbo quod in oratione dixi qui non nisi mun-
dos verum scire voluisti. Respondere enim potest multos
etiam non mundos multa scire vera. Secundo
dubitatur propter dictum quod dictum est quod deus paula-
tim peccatores sanat et illustrat cum omnino perfecte
possit ea perfecte. quod hoc sit verum, eo scriptum est in
psalmo dei perfecta sunt opera. unde dominus uno verbo
tantum illuminavit Petrum et statim perfecte sanatus
et illustratus cognovit peccatum negationis sue et fle-
vit amare. Ad primam dubitationem dicendum quod
intellectus noster lumine naturali sibi inditum de
se sufficiens est ad certa intelligibilia cognoscen-
da sed quorum nobis sensibilia possumus
devenire. Ad aliqua vero intelligibilia intellec-
tus humanus cognoscere non potest nisi fortiori lu-
mine perficiatur. sicut lumine fidei vel prophetie
vel alicuius auxilii desuper illustrante quod to-
tum dicitur lumine gratie inquantum est nature sup-
additum. Secundo hoc quidam dicunt quod peccator in
lumine naturali sine gratia bene cognoscit verum
vel actum peccati puta furtum homicidium fornica-
tionem et cetera talia que sensibilia sunt et per
sensibilia cognosci possunt. sed sub ratione peccati in-
quantum scilicet peccata sunt talia non cognoscit sine
gratia quia deordinacio qua homo deficit subi-
ci deo ex sensibilibus cognosci non potest. quare
ad eius noticiam requiritur fortius lumen
sive hoc sit lumen fidei, sive motio divini in-
stinctus per priorum preminentie. Et per hoc patet so-
lucio ad obiecta. Ad secundam dubitationem dicendum

complexive plura requiruntur ad iustificationem impii
omnia tamen simul sunt eodem tempore sed quia
ordine nature unum prius est alio ideo succes-
sive fieri describuntur naturali enim ordine in
iustificatione impii primum est gratie infusio
secundum motus liberi arbitrii in deum tertium
motus liberi arbitrii in peccatum quartum remissio
culpe que tamen omnia adeo fiunt in instanti uno
Dicit propositum ergo est quod deus potuit illum cecum
statim et uno momento perfecte sanare sed successi-
ve facere voluit ut designaret qualiter nos peccatis
obscurati spiritualiter ordine quodam reducamur
ad lucem Unde dicit Glosa et est Bede Quem
uno deus totum curare poterat paulatim curat
ut magnitudinem humane cecitatis ostendat que
vix et quasi per gradus ad lucem redeat et gra-
ciam suam nobis indicat per quam singula per-
fectionis incrementa adiuvat Unde licet deus
uno instanti posset peccatorem sanctum facere exemplum
de latrone regulariter tamen ad conversionem ex
parte nostra plura successive requiruntur peccati scilicet
agnicio peccati displicencia contricio confessio et
satisfactio que nobis sunt successiva sed deus
potest implere omnia in uno instanti vel momento
Dicitur autem aliqui sic auxilio gratie preveni-
untur prius illustrati fuerint ut peccata sua prius
tamen in grosso conspiciant ut locum habeat dicendi
cis verbum premissum Cum viderit Deinde cetera
mala que ex peccato nascuntur considerantes demum
ad perfectam cognitionem premissorum deveniunt illumina-
tione spiritualis gratie perducuntur quod sequitur
circa corpus omnium istorum malorum cognitionem sub-
inguitur Qui legit intelligat ut ibi dicitur.

Primo s[?]

Cum videritis abhominacionem etc. Viso de primo
malo quod inducit peccatum convenien-
ter videndum est de aliis. Secundum igitur
malum quod peccatum inducit est quod hominem no-
bilitate divine ymaginis privat. Quod idcirco
nomine cum dicitur abhominacio. Peccator enim est ab- 229
hominabilis deo. Sap. xiiii. Abhominabiles deo
tor pravum et impius abhominabiles facti sunt in
studiis suis et non solum abhominabiles ymo ab-
hominacio et abstraccio quod precipue est Prov. xv. Ab-
hominacio est domino vita impii. Dicitur homo pec-
cator abhominacio ex duobus. Primo ex eo quod perdit
illud per quod homo differt a bestia quod est
racio. Enim cum homo agit contra racionem tunc per-
dit. Unde dicit Augustinus de fide ad Petrum [illegible] peccatum Bene
est omnium [?] nam hominis cum ceteris cum animalibus
irracionabilibus nullum est peccatum quia carent duo
scilicet libertate liberi arbitrii et discrecione boni
et mali. Et ideo nec premium nec pena eis de-
betur propriis operibus sicut homini qui est racio-
nalis. Ex eo igitur homo peccando racionem post-
ponit convenit cum bestiis et ut sic non vult ho-
mo [?] recedit ab homine. Unde tunc bene dicitur
abhominacio ab ab quod est sine et hominis natura
humana cum racionem derelinquit quia abiecta
homo efficitur abhominacio. Ex alio eciam homo
per peccatum criminale mortale fit abhominacio. Enim cum ho-
mo sit ymago dei debet imitari deum ad cuius est
ymago. Ymago enim dicta est quasi imitago. Ex eo
cum homo ymitatur deum in operibus bonis tunc
recte dicitur ymago dei ymo eciam filius. Cuius-
cumque opera quis facit eius et filius est. Enim
nec quis peccat mortaliter filius dyaboli est

quia opera eius. Et sic ymago dei vertitur in
ymaginem dyaboli. Joh. viii°. Vos ex patre dyabolo
estis. Et tales recte dicuntur abhominabiles de
quibus Eze. viii°. ymagines abhominacionum suarum
fecerunt. Tercium malum quod peccatum inducit est
quod animam perturbat et desolat. Ex quo notatur
in eo quod dicitur desolacionis. Ita homo sibi ma
le conscius nunquam ex animo perfruitur quia semper
presumit seva et perturbata consciencia ut dicitur
Sap. xvii°. Et Ysid. ii° libro solliloquiorum suorum
dicit. Nulla pena maior pena consciencie. Vis autem
nunquam esse tristis bene vive. Secura mens tristi
ciam leviter sustinet. Bona vita gaudium semper
habet. Consciencia autem rei semper in pena est. Nunquam
secura mens cum male conscie prius agitur sti
mulis. Et Aug. 1° Conf. dicit. Jussisti domine et
ita est ut pena sibi sit omnis inordinatus
animus. Et secura mens quasi iuge convivium
Prov. xv. Quartum malum quod peccatum inducit
est quod animam dei iudicio ream facit quod innuitur
in eo quod dicitur que dicta est a Daniele propheta
que scilicet abhominacio id est peccatum facit hominem
divino iudicio ream dicta a Daniele tam
nomine suo quam actu quam eciam libris. Omnis
enim peccator eo ipso quod peccat reum se facit divi
no iudicio quod subire ipsum oportet sive hic
sive in futuro. Et hoc indicat nobis Daniel
primo nomine suo. Daniel enim interpretatur iudicium
dei et hoc quo ad nomen. Daniel etiam actu
iudicium dei ostendit ut patet in illis duobus
senibus accusatoribus Susanne quos instinctu
dei severe iudicavit. Hoc quantum ad actum.
Daniel etiam ore iustum iudicium dei affirmat

dum populo adeo plagato orauit dicens Dan
ix° Quia in veritate et in iudicio induxisti hec omnia
propter peccata nostra peccauimus enim et inique egimus
et ideo vniuersa que fecisti nobis in vero iudicio
fecisti. Et hoc quo ad tubam. Recte igitur per dum
blum iudicium dei signatur. Et si hoc iudicium
dei tam durum est peccatoribus impositum ut patet
verbis danielis quanto terribilius erit in futuro. vnde
Jeronimus super Mt. Quocienscumque diem illum
considero toto corpore contremisco. Siue comedam
siue bibam siue aliquid aliud faciam semper
videtur in aure mea tuba sonare dicens vobis. Sur
gite mortui etc. Et si de dei iudicio tremunt
iusti et electi quid faciant miseri peccatores. Quam
horrendum est incidere in manus dei viuentis. Aug
dicit in li. de consilio b9 In isto iudicio erunt accusatores
peccata accusantia. a dextris demonia. subtus
horrendum chaos infernale. desuper iudex iratus
foris mundus ardens. intus consciencia mordens
vbi vix iustus saluabitur. Heu miser peccator
sic deprehensus quo fugiet. latere tunc erit impos
sibile. apparere intollerabile. Et ita quantum malum
est esse reum iudicio dei. Vnde dicit dominus peccatori
per prophetam Eze vij°. Iudicabo te iuxta
vias tuas. Quintum malum est quod peccatum inducit
est quia peccatum animam templum dei inquinat et
polluit. Quod notatur in eo quod dicitur. Stantem
in loco sancto. Grauius est quippe peccatum quod commit
titur in loco sacro quam si committeretur in alio loco
vnde eiecit dominus ementes et vendentes de tem
plo quia in templo non licet emptio et venditio
Sed quid accipimus hic per locum sanctum nisi animam
fidelem per baptismum sanctificatam. Et dicit

Apostolus i Cor iiio. Templum dei sanctum est quod estis
vos secundum animam et secundum corpus. hec Glosa. Racionalis
vana anima est locus sanctus quia deo
sacrificatur et templum et habitaculum omnis sanctitatis. Sed
quando est onus abhominationis et fedo luto peccati
pollutus quod sequitur Malachie iio. Et transgressus
est Iudas et abhominatio facta est in Israel et in
Iuda qui interpretatur confitens signatur homo va-
nus qui debet esse confessor domini et factus est
transgressor per abhominationis deformitatem quia
contempsit speciem et decorem cuiuslibet. Et egres-
sus est a filia Syon omnis decor. Et ideo in
loco sancto stare est peccatum mortale in quo abhomina-
biliter perdurare. Sequitur. Qui legit intel-
ligat quod refertur ad omnia predicta. Postquam
enim homo per auxilium gratie prevenientis incipit
peccatum suum aliqualiter videre quo ad primum. Et
quam abhominabile peccatum sit quo ad 2m. Et
inde turbatur et desolatur quo ad tertium. Et
incutitur et timor de divino iudicio quo ad
quartum. Videt enim quam miserabilis que debet
esse quasi templum dei sit polluta est et contami-
nata quo ad quintum. Tunc incipit libere confiteri
et inceo peccata ad dolorem et compunctionem studiose
plangere. Et tunc accedente gratia spirituali lu-
cis gratia sic incipit omnes defectus suos clare
videre et perfecte intelligere et admirari quam
vite sue declinaverit. Quod gratia operante conversus
de beato Augustino de quo legitur in libro Confessionum. Quod
cum ipse attenderet suam ingrossare videret circo
fumositatem cordis et cetera...
oculos... massa ...
orta est ... stercus ...

+

vimbrium lacrimas et dolores non continens lamen-
tabiles voces dabat. O quamdiu quamdiu cras
non instat hora finis turpitudinis mee. Et
audita voce Tolle tolle et lege. Et aperto codi-
ce legit. Et statim quasi infusa luce securi-
tatis ab eo omnes dubietatis tenebre defuge-
runt. Iste passus adaptari potest omnibus premissis
contentis. Ad considerationem quorum malorum peccatorum et quo-
rum legit. Iterum ante errores suos perniciosos
clare videt et veritatem intelligit. Et tunc
convertitur. Verbum domini cum legit intelligat.

...nus sermo sc

Tunc qui in Iudea sunt fugiant ad montes
ubi supra. Christus libris salvator docet qui-
bus remedijs et cautelis ad evaden-
dum abhominationem peccatorum uti debeamus. Post-
cum homo vidit et legit et perfecte intellexit
quantam abhominationem et desolationem incurrit con-
tra peccatis ut dictum est. Si evadere velit tunc debet
uti sex remedijs seu cautelis. Primum quod sit
actu in Iudea. Secundum quod inde fugiat. Tertium
quod ascendat super tectum. Quartum est quod non descen-
dat de tecto. Quintum est quod egrediatur in agrum.
Sextum quod non revertatur. Hec tollendo tunicam
suam. Hec ad moralitatem transferendo possumus
dicere quod innuunt nobis hic sex gradus quibus
per detestationem abhominationis devenitur ad
statum perfectionis. Primum igitur requiritur per
detestationem abhominationis peccati est quod homo
sit in Iudea in vera confessione omnium peccatorum con-
tra cuius confessio instituitur. Hoc primum omnium
per detestationem peccati est quod homo sit in Iudea.
Dicitur In exitu israhel de egypto. Per quod
abhominacio tenebrosa peccati intelligitur.

Statim subdit effecta est Judea sanctificacio eius
De hac confessione sanctificacionis dicit Aug9 in
li. de penit. Confessio est salus animarum. dis-
sipatrix viciorum. restauratrix virtutum. oppugna-
trix demonum. obstruit os inferni. portas aperit
paradisi. Item quia non sufficit confessionem ante-
cedere annualem nisi subsequatur relevacionem gradus scan-
dendum ad quod indiget homo consilio et auxi-
lio maiorum. Ideo sequitur. De iudea fuge ad
montes per quos intelliguntur viri perfectione sub-
limes sicut apostoli et eorum sectatores qui bene
dicuntur montes. Sicut enim pes montis tangit
terram et cacumen elevatur usque celum. Sic
et viri perfecti licet pede corporis ambulant
infra terram cacumine mentis elevantur in celum
Secundum illud apostoli philip. iii. Nostra conversacio in celis est
Ad istos montes confugere debet quasi de iudea
confitentes et penitentes ut dicere possit corde
quilibet cum psalmista. levavi oculos meos in montes
unde veniat auxilium mihi. Et hoc a talibus
est auxilium implorandum ut accedat illud Luc.
xxiii. dicent montibus cadite super nos et
collibus operite nos. Isti enim sunt montes et
colles qui super alios hic adiuvant operire
protegere et defensare suis doctrinis orationibus
et exemplis. Postquam autem isti ab humacione
fugientes ad dictos montibus fuerint recep-
ti correcti et apti. Tunc ideo debent ascende-
re super tecta. Tectum est superior pars domus cooperi-
ens et preservans ab pluviis omnia que in domo
sunt per quod intelligitur superior porcio scilicet spiritus
mentis que super eminet omnibus viribus ani-
me custodiens eas ab pluviis et tamma-
tibus passionum et temptacionum In tali tecto

B

anima suis amoribus percussa et subiecta ut
dictum est habebit residenciam suam manens ibi
quasi solitaria ut possit dicere illud Ps. factus
sum sicut passer solitarius in tecto. Unde bene
solitarius quia ab omnibus rebus creatis abstrac-
tus. Et hoc est quod subditur: non descendat ali-
quid tollere de domo sua. Quod est contra. De hac
solitaria abstraccione dicit Bernardus in quibusdam
dictis: O sancta anima sola esto ut soli omnium bono
serves temetipsam quam ex omnibus tibi elegisti. Fu-
ge publicum. Fuge domesticos. Fuge proximos et
domum patris tui. Monachi autem isti ab hominibus
~~fugientes a pud montibus fuerint recepti~~
Huius secessio vel abstractio a rebus mundanis fit
tribus modis sicut potest colligi ex dictis Bernardi
in sermone de peregrino. Primus modus est quod quis
solum in necessariis contentus et tamquam advenam
et peregrinum se reputans victu et vestitu contentus
gravare corpus timet et aliis onerari, de quibus dicit
Gregorius quod eis affluencia onerosa est quam habent
ipsum gerunt tollerant quia festinantes ad pa-
triam in itinere tamen multa portant. Et isti licet
sint solitarii in tecto in hoc tempore ad necessaria dumtaxat
descendunt quibus non sine dilatacione utuntur.
Secundus modus est quod quis utitur etiam in necessariis de-
lectatur et nullo ad temporalia sit affectus sed
tamquam mundo et mundialibus mortuus et anima
adversa equaliter accipit. Mortuus autem si quid
deficit non sentit. Sic etiam in suis affectibus
mortificata commodis et in commodis non desinit
de quibus dicit apostolus Gal. Michi mundus
crucifixus est et ego mundo. Talis est in tecto

perfecte abstractionis cum summa pete est diversi
ab omni rerum creatarum et quarumcumque mutatione perfice
re solum delectatur per amorem deo dulcius atque
re Talis passer solitarius fuit in tecto maria
magdalena quam nunc persona dicit Origenes in omelia
super illud Joh xx Maria stabat Onerosi sunt
michi nunc omnes consolatores et consolationes quia querunt
me extra querere creatorem Et ideo clamus est
michi ad videndum omnis creatura Nolo ange
los videre nolo ad omnes manere Extra possunt
dolorem meum augere Non quero quos angelos sed
ipsum qui fecit me et angelos non quero sed
meum et angelorum dominum Licet in hoc tecto
abstractionis et contemplationis valde dulce
consistat manere anime amorose expedit tamen
interdum ocium contemplationis postponere et pro aliorum
acquisitione laborare Unde sponsus in canticis
sponsam id est animam amorosam de quiete contemp
lationis ad laborem active vite invitans ait
Surge propera amica mea et veni Ubi dicit
Glosa Surge pro contemplatione sponsione
et propera id est labora in aliorum acquisitione Unde
hac amicabili invitatione illecta et de fruc
tu spirituali acquirendo gavisa quod sine illo non
fructum facere possit revertitur vilum ad idem
sponsus dicens superna veni dilecte mi egrediamur
in agrum vite active Per agrum quod parvulorum
intelligitur de quo est Ecce in nubibus firmissis
submergit Et qui in agro est Super quo notatur
quidam documentum positum non vero quod animam de
abhominatione fugiente et uxorem ad perfectionis
fastigium perficiente oportet interdum in agrum active
vite descendere et perfectum salutifero laborare

Exuamus cum vita activa contemplativa videre
sit et quietior et suavior quia ut dicit Ambrosius
Contemplativa vita est ingrata nichil sit quod timeatur
ab eius sustentatur. Ideo ne occupatur aliquis
molestiis. Activa tamen vita est fructuosior
et magis necessaria et magis meritoria certis temporibus
quam contemplativa. Et secundum hoc fecunditas
Lye prefertur pulcritudini Rachel. Unde dicit
Gregorius in quodam sermone: Sunt nonnulli qui ma-
gnis muneribus ditati dum solius contempla-
tionis studiis inardescunt parere utilitati proxi-
morum predicatione refugiunt, secretum quietis di-
ligunt, secessum speculationis diligunt appetunt.
De quo si districte iudicentur dictantur procul dubio rei
sunt quia venientes ad publicum prodesse potu-
erunt. Item Gregorius super Ezechielem omelia iii: Sine
contemplativa vita intrare possunt ad celestem
patriam qui bona que possunt operari non neg-
ligunt; sine autem activa vita intrare non
possunt qui negligunt bona operari que possunt.
Bonum est igitur propter dilectionem contemplationis
descendere ad agrum actionis. Cavendum est
autem sollicite ne in agro active vite quis
laborans nimis se immisceat negociis secu-
laribus quia difficile est mundanis occupari
et mundiali conversatione non coinquinari. Ecclesiastici
xiii: Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.
Ideo subditur: Vado venatum, tolle tunicam suam
que est sextum documentum istius processus circa
potencium intelligitur complexio seculi ad quam
tollendam venator promptissimus est. Unde sponsa
Cantica v: Exspoliavi me tunica mea quomodo
induar illa. Quasi dicat abieci omnes occupationes

seculare qua quondam implicabatur quo resumpta
illam iterum nullo modo sine periculo. Homo in Joseph qui
ne macularetur et femina relicta in manibus eius
pallio fugit. Sic et perfectus quilibet tunicam pri-
stine conversacionis retro se relinquat ne abho-
minacionem reincurrat. Sic perfecti competentem istorum de-
coluit. nec ad domum revertendo nec ad culmi-
nem verticemque contemplacionis reascendere festinet
dimisso cum quietum fuit ad agendum descendens
Et hanc sectam alternacionem qua dum in hac vita
sumus continuet. Exemplo legislatoris scilicet moysi
qui nunc ascendebat in montem et ibi gloria
sua dominum frueret libertate nunc vero descende-
bat in castra ut cum utilitate necessitatibus populi pro-
videret ut dicit Innocencius [illegible] infra castella
nisi cum prodeunt. Sic et de ipsis animalibus ewan-
gelista scribit Eze(chielis) primo. Et ibant et revertebantur.
Ibant namque ad actionem et revertebantur ad con-
templacionem. Et utinam cum vero desiderabili
vicissitudine et nos continuare studeamus donec
ad illum celestem montem perveniamus. Ubi sicut
Aug(ustinus) xxii de civitate dei. Vacabimus et vide-
bimus et amabimus et laudabimus. Et quod erit
in fine sine fine. Et ad nos perducere dignetur
deus deorum qui vivit et regnat per omnia secula
seculorum. Amen.

Incipit Registrum Sermonum [illegible]

lxb c

ymagines ydolorum quod multi sibi fecerunt lxxx b
ymago abhominacionis que fuit lxl b
ypocrita non debet esse prelatus 369 d
ypocrite quomodo cognoscuntur 378 a
ypocrisis quam detestanda lxl b locu lxxd

Deo laus et graciarum actio

Explicit postille magistri Jordani super partem
estivalem ewangeliorum dominicalium rescripte
anno domini millesimo quadringentesimo tre
decimo feria quinta ipso die sanctorum Petri et Pau
li apostolorum etc.

mpas [illegible]

Questio

An vitale possit fieri mortale [illegible] Vel adeo vitale quod non
fieri possit mortale de plano [illegible] quod vitale possit
fieri mortale [illegible] mortali [illegible]
[illegible] vitale possit fieri mortale [illegible]
[illegible] ad [illegible] ad [illegible] [illegible]
[illegible] iste vitalis fieri [illegible]
[illegible] vel mortalis [illegible]
[illegible] de mortali [illegible] ad [illegible] fieri illa [illegible] mortali [illegible]
[illegible] mortali [illegible]
[illegible] possit mortale [illegible] fieri mortale [illegible]
ad [illegible] [illegible] fieri [illegible]
[illegible] quod vitale [illegible] fieri mortale [illegible]
[illegible] possit vitale mortale fieri [illegible] ad [illegible]
[illegible] quod vitale [illegible]
[illegible] ad mortale [illegible] fieri [illegible] mortale [illegible]
fieri mortale [illegible] adeo vitale [illegible] fieri mortale
de plano [illegible] mortale [illegible]
[illegible] illa [illegible] esse [illegible]
vitale fieri mortale [illegible] illa [illegible]
[illegible] illa [illegible] est [illegible]
[illegible] est [illegible] illa [illegible] est [illegible]
[illegible] esse [illegible]
[illegible] adeo mortale [illegible] fieri mortale de plano [illegible]
[illegible] vitale [illegible] vitale [illegible]
[illegible]